SPECVLVM AVREVM OPINIONVM COMMVNIVM CONTRA COMMVNES.

IN QVO NON TANTVM OCTINGENTARVM Quæſtionum Practicarum,in Iure Canon.Ciuili & Regio repertarum *Reſolutiones, ad Contractus, Vltimas Voluntates, Delicta & Iudiciorum Ordinem ſpectantes:*

Sed etiam ex oppoſitione, diuerſarum Communium Opinionum, quænam ex illis MAGIS COMMVNIS, & in foro receptior ſit, ad viuum cernere licet.

Opus tam Iudicibus ipſis, quam cauſarum patronis, atque omnibus in foro verſantibus valde neceſſarium, & in Germania antehac nunquam viſum.

AVCTORE HIERONYMO DE CAEVALLOS
Hiſpano, Iuris vtriuſque Licentiato, & inſigni Regiæ ciuitatis Toletanæ Aduocato.

Cum gemino Indice, vno Quæſtionum, altero rerum & materiarum copioſiſſimo.

TOMVS SECVNDVS.



VENETIIS, MDCIIII.

Apud Societatem Minimam.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO DOMINO CARDINALI D. FERDINANDO NINNO DE GVEVARA,

Præſidi Generalis Inquiſitionis, & ex conſilio ſtatus Regis Philippi III. obſeruantiſſimus Toletanus aduocatus Hieronymus de Cæuallos, S. P. D.

SVMMA quidem cum ratione, Cardinalis Illuſtriſsime, & noſtræ orthodoxæ Religionis præſul generalis, diuinus ille Plato ſcriptum reliquit; tum demum orbem terrarum beatum futurum; cum ſapientes regnare, & reges ſapere cœpiſſent. In qua Platonis ſententia, auctoritateq; fretus, & confiſus noſter (numquam ſatis laudandus) Rex III. Philippus, poſtquam huius regni imperium, & monarchiam ſuſcepiſſet, anteaquam ad vlteriora procederet (vt prius religioni conſuleret) ſtatim illi in mentem veniſti; vt tuis humeris totam mundi machinam ſuſciperes, cogitans alium ita perfectè munus illud tam graue ſuſcipere non poſſe, quia altiſsimus puer ab omnibus, in iuuentute tua (ſumma cum ratione) vocatus fuiſti: nam ita mirum in modum in Salmanticenſi Academia, in Collegio inſigni Conchenſi, hanc noſtram iuris diſciplinam elucidaſti, & condecoraſti, vt intra breue temporis ſpacium, à Rege noſtro Philippo II. ſuæ Pincianæ regalis Cancellariæ auditor fueris electus, vbi omnibus Iuriſperitis tui acerrimi ingenij teſtimoniū, admiratione inſolita facile præſtitiſti. Et cum tua ſingularis virtus, & auctoritas literarumq; ſcientia, non ſolum ad Regem noſtrum Philippum, ſed ad ſuperos euolaſſet, ſupremi regalis conſilij moderator (communi omnium conſenſu, & applauſu) electus fuiſti: & ibi tam recte munus illud exercuiſti, vt intra breue temporis ſpatium Præſul Regalis Cancellariæ Granatenſis merito fueris nominatus. Et ſic poſt tot magnos, & varios labores, in reipublicæ Chriſtianæ beneficium ſuſceptos, in ampliſsimum Purpuratorum ordinem (incredibili omnium lætitia) accinctus es, ſupremaq; Cardinalis poteſtate (noſtro Clemente Papa Pontifice Maximo approbante) condecoratus fuiſti. Nouerat enim, ille ſummus Chriſtianæ reipublicæ moderator, integritatem animi tui, mores, prudentiam, & doctrinam eximiam, cui ita in omnibus, & per omnia placuiſti, vt abſq; tui conſilij approbatione, ardua nunquam terminarit. Et cum illa ſanctiſsimi noſtri Papæ, & Pontificis maximi ſuprema in te col-

latæ beneficia, ad noſtri Regis Philippi III. aures deueniſſent, cupiens te facie ad faciem videre (ſuis, & regni neceſsitatibus occurrens) ſupremam fidei aduerſus hæreticam prauitatem iuriſdictionem, & poteſtatem, & præſtantiſsimum Chriſtianæ reipublicæ culmen, & præſidium condonauit. Vnde tua publice conſecrata virtus, & merita, laudatione aliqua priuata nõn indigent. Omittimus enim recenſere, tuæ nobilitatis ſplendorem, claram & antiquam progeniem, aliaſq; fere innumerabiles laudes, quæ cum omnibus notæ ſint, ab omnibus ſummis eloquijs extolluntur, & ſic mei muneris non eſt in hac tam breui oratione, omnia quæ de te paſsim dicuntur, & vno ore prædicantur, recenſere, quod eo libentius facio, quod tua clementia, ſingularisſq; modeſtia, nihilominus pati ſolet, quam accumulatos laudum titulos ac aceruos ingentiſsimos. Ob eamq; cauſam, poſtquam ſecundum librum practicarum quæſtionum communium contra communes, compoſuiſſem, tu ſemper in mentem occurriſti, vt facilius ad ſecurum portum meæ aſsiduæ lucubrationes & vigiliæ deuenirent, & ſic Zoylorum rabiem, tui nominis ſplendore illuſtratus, tuaque ſanctitate, et auctoritate approbatus, effugerem. Nec vero hoc opus à me compoſitum eſt, vt gloriam (cuius ætas hæc auidiſsima eſt) captarem, ſed vt doctorum opiniones ad inuicem contrarias, in tot varijs commentarijs diffuſas, et à nemine recollectas ſcriberem, vt ijs qui ſublimiori præſtant ingenio, ad illa acutius proſequenda, aditum aperirem. Ob idque ſummis precibus efflagito, et obteſtor, vt hilari fronte, & eo animo quo ſtudioſiſsimos amplecti & fouere ſoles accipias: nam licet munus hoc ſit valde exiguum, ſummæ tuæ humanitatis, & benignitatis magnitudine, iam mihi perſpecta, eius tenuitatem facile ſubleuabis. Et ſi has meas vigilias & ſecundos partus gratos tibi eſſe intellexero, præclarum ſatis mecum actum eſſe arbitrabor, et tanto beneficio honoratus, maiora edere non pertimeſcam. Vale.

SPECVLI AVREI OPINIONVM COMMVNIVM CONTRA COMMVNES,

Tomus Secundus.

IN QVO QVAESTIONES PRACTICAE, in iure Canonico, Ciuili, & Regio repertæ, ordine ſucceſſiuo, à quæſtione 434. Tomi prioris, ad vſque 800. & vltimam, proponuntur, & ſolide diſcutiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Relaxatio quando petitur quoad effectum agendi, eſt neceſſaria partis citatio, quia contra inauditam partem eſt definiendum.*
2 *Contraria communis opinio defenditur, quod non ſit neceſſaria partis citatio.*
3 *Practica tribunalium Hiſpaniæ eſt, vt pars non citetur.*
4 *Concordia opinionum aſſignatur.*
5 *Citationis omiſſio, in relaxatione iuramẽti, non reddit proceſſum nullum.*
6 *Relaxatio iuramenti, quæ fit a Nuncio Apoſtolico, abſque citatione procedit.*
7 *Fruſtra ſpectatur euentus, cuius rei nullus ſequitur effectus.*
8 *Relaxatio iuramẽti ſolum habilitat perſonam, ſine præiudicio iuris creditoris.*
9 *Quod fieri poteſt inuitis, multo fortius abſentibus & ignorantibus.*
10 *Tertius poſſeſſor rerum hypothecarum, non eſt citandus de iure.*
11 *Executio fieri poteſt in præſidio ſpecialiter hypothecato, cum clauſula de non alienando.*
12 *Tutius eſt quod tertius poſſeſſor citetur, antea quam creditor in poſſeſſionem mittatur.*

QVÆSTIO CCCCXXXIV.

Vtrum in relaxatione iuramenti requiratur partis citatio. (Communis contra communem.)

QVotieſcumque petitur abſolutio
à iuramento, debet præcedere
partis citatio, quia contra inau
ditam partem nihil eſt definiẽ-
dum, vt in c. 1. de cauſa poſſeſ-
ſionis & prop. l. de vnoquoq;,
de re iudic. l. ea quæ. C. quomo
do & quando iudex, ex qua ratione hãc opininem te
net Cardinalis, Abb. & Felinus, num. 23. in c. 1. de iu
reiurau. & hãc dicit communem opinionem Decius
in c. qua fronte, col. fi. de appellationibus, & dixit cõ-
munem Selua de iureiurando, quæſt. fin. & dixit etiã
communem Curtius ſenior conſ. 65. col. fin. & Ber-
nardus Diaz reg. 5. vbi late Salzedo proſequitur iſtũ
articulum, & dixit etiam communem Ioannes Mau-
ritius, in tractat. de reſtitutione, c. 115. & 117. col. 5.
1 & Couar. lib. 1. variarum, c. 4. num. 5. Quod procedit
etiam quando relaxatio ſolum petitur, quoad effectũ
agendi, & excipiendi, quia etiam eo caſu citationem
requiri, tenet Federicus de Senis, conſ. 300. & Domi
nicus conſ. 16. Aocharanus conſ. 282. & conſ. 198.
Guido Papæ quæſt. 140. & 225. & hæc opinio tutior
eſt, ſecundum Felinum, in d. c. 1. de iureiur. & eſt cõ-
munis ſecundum Curtium iuniorem, conſ. 43. & ſe-
cundum Hippolytum, in d. l. de vnoquoque, nu. 163.
de re iudicata, & ſequitur Guillermus Benedictus de
teſtam. in princ. fol. 4. & Bertrandus conſ. 42. vol. 1.
& conſ. 154. Paulus conſ. 259. num. 2. vol. 2. Capella
Toloſ. deciſ. 62. Didacus Perez l. 1. tit. 2. lib. 3. ord. &
dicit communem. Grat. reſp. 23. nu. 11. vol. 1. & hanc
opinionem ſequitur Ioan. Botta conſ. 68. num. 14. &
15. vbi dicit magis communem. Et quod ab hac opi-
nione non ſit recedendum in iudicando & conſulen-
do, vt tenet Bertrand. ſup. & dicit magis communem
Roland. conſ. 13. n. 25. & in relaxatione a iuramento
ſuper actu metu celebrato, hanc opinionem ſequitur
Menoch. conſ. 24. num. 11. vol. 1. & Flamio. lib. 2. de
reſign. benefic. quæſt. 1. nu. 28.
2 Sed contrariã partem (imo quod eo caſu nõ requi-
ratur citatio) tenet Oldr. conſ. 120. & Anchar. conſ.
18. & eſt cõis opinio ſecundum Alciat. in c. cum con
tingat, nume. 125. de iureiur. & ſequitur Afflict. de-
ciſ. 220. & Rolan. conſ. 13. & 34. lib. 1. & Guttierrez
in auth. ſacramenta pub. nu. 109. C. ſi aduer. vend. &
Ioſephus Ludo. dec. 18. nu. 9. & Menchaca lib. 1. cõ-
trouerſiarũ illuſtriũ, c. 2. nu. 17. Parladorius lib. 2. re-
rum quotid. c. 3. nu. 55. & Salzedo in additionib. ad
3 Bernardũ Diaz, reg. 5. col. 4. qui dicit, quod ita ſerua-
tur in curia Complutenſi, & in publicis tribunalibus
eccleſiaſticis totius Hiſpaniæ. Et profecto aliqñ ita
practicatur in hoc tribunali Archiepiſ. Tolet. Et hãc.
opinionẽ dixit cõem Gom. in trac. breuium, nu. 46. &
ſeruari apud Gallos fatetur Guiller. Bened. ſupra, ver.
duas habens filias, col. fi. nu. 199. & Molin. ad Alex.
conſ. 222. col. 6. vol. 2. & hæc ſecunda opinio practi-
catur quotidie in tribunalibus eccleſiaſticis, ſecundũ
Azeued. in rub. nu. 13. tit. 3. lib. 4. recop. Afflict. dec.
220. nu. 10. idéq; docet Anaſtaſius Germonius de ſa-

QVÆSTIO CCCCXXXVI.

Vtrum reus poſt litem conteſtatam poſſit deducere poſſeſſorium, quãdo ab actore petitorium eſt deductũ. Communis contra communem.

REus poſt litem conteſtatam, non poſſit deducere poſſeſſorium, vt ſuſpendatur petitorium ab actore deductum. Ita Bartol. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 24. ff. de acquiren. poſſ. quem ſequitur ibi Aret. nume. 16. Alex. nu. 85. Claud. nume. 55. & eius opinio eſt communis, ſecundum Iaſon. ibid. num. 137.

Contrariam tamen ſententiam tenet ibi Cumanus, & Socinus, col. fin. Paul. & Iaſ. num. 138. Vincentius, num. 108. Corraſius, num. 33. tenet etiam Abb. in c. ex conqueſtione, de reſtit. ſpoliat. & in c. paſtoralis, num. 34. de cauſ. poſſ. & prop. & hæc opinio ęſt communis apud canoniſtas, ſecundum Rip. ibi, nu. 161. & plura tradit Couar. lib. j. variar. c. 16. num. 13. & Otalora de nobilitate, 3. par. 3. partis princip. c. 3. nu. 10. & Ioan. Garcia de nobilitate, 3. par. gl. 11. nu. 55. vbi latè exornat hanc quæſtionem.

QVÆSTIO CCCCXXXVII.

Vtrum decimæ ſint de iure diuino & naturali debitæ. Communis contra communem.

DEcimæ ſunt debitæ de iure diuino & naturali, text. eſt in c. parochianus, & in c. cum ſit, & in c. cum tua, de decimis, & in c. omnes, 6. quæſt. 7. gloſ. Archidiaconus, & Ancharanus, & in c. 1. de decimis, in 6. Innocentius, in c. fi. de parochiis. Et tandem hęc eſt communis opinio ſecundum Francum, in d. c. 1. de decimis. Menchaca (plures referens) lib. 2. controuerſiarum illuſtrium, c. 81. nu. 1. Veracruz, in ſpeculo coniugiorum, 2. par. art. 21. p. 433. Gigas, conſ. 119. nu. 1. Nauar. in manuali, c. 21. nu. 28. & nouiſſime vltra omnes hanc opinionem pluribus fundamentis ſequitur, & confirmat (contra Couar.) Anaſtaſius Germonius, lib. 3. de ſactor. temp. immunitatibus. c. 19. à num. 11. vbi refert plures ſacræ paginæ auctoritates, & Concilia Rotomagenſe, & Muguntenſe, & Concilium Tridentinum, ſeſſ. 25. c. 12. de reformatio. ibi, *cum decimarum ſolutio debita ſit Deo, qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadunt.* & late proſequitur hanc quæſtionem Caſtro, lib. 5. aduerſus hæreſes, in verbo, decimæ. & Camillus Berch in reg. Arag. §. 2. gloſ. 1. nu. 314. Sebaſtianus de Medicis, in ſumma omn. hæreſ. 1. par. verb. decimæ, nu. 41. Belluga, in ſpec. princip. in rubr. 13. §. tractemus, ex nu. 3. Paulus Fuſcus, de viſitatione, lib. 2. c. 21. nu. 14. Didac. Perez, in l. j. tit. 5. lib. j. ord. pag. 117.

Sed contrariam opinionem (imo quod decimę debeantur iure humano, & Pontificio, non autem iure Diuino) tenent Theologi frequentius: inter quos ſanctus Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. & ibi Caietanus, & Turrecrema. in c. reuertimini, 16. q. 1. & S. Tho. quodlib. 2. c. 8. Archiepiſcopus Flor. 2. p. tit. 4. c. 3. §. 5. Syl. verbo, decima, quæſt. 3. & 4. Maior, in 3. diſt. 37. q. 36. Alex. de Ales, 3. p. ſummæ, quæſt. 57. membr. 6. art. 2. Et tandem (apud Theologos) hanc opinionem dicit communem Alfonſus de Caſtro, ſup. lib. de hæreſ. in verbo. decima. Couar. lib j. variarum, c. 17. nu. 2. vbi pluribus rationibus & fundamentis hanc Theologorum ſequitur opinionem, & Rebuffus, in tractatu de decimis, quæſt. j. à num. 2. & Soto, de iuſtitia & iure, lib. 6. quæſt. 4. art. 1. & 3. quam opinionem nouiſſime defendit Gutier. lib. 2. canonic. c. 21. a nume. 1. & 7. vbi late diſputat pro vtraque parte hanc quæſtionẽ, & refert auctoritates & fundamenta. Et aduerte ſingulariter, quod petenti decimas, non poteſt illi opponi exceptio compenſationis, vt tenet Abb. in c. tua nobis, num. 10. de decimis, & Romanus ſingulari 551. Caſtillo, in l. 64. Tauri, Salzedo, in additionibus ad Bernardum Diaz, reg. 99. verb. adde, & limita. 1. Didacus Perez, in dicta l. prima, titu. 5. lib. primo ord. pag. 124. Rebuff. ſupra, quæſt. fin. num. 19. & quando decimæ poſſunt conſuetudine tolli, diximus in quæſtio. 364.

QVÆSTIO CCCCXXXVIII.

Vtrum vaſallus poſſit feudo renunciare, vt à ſeruitio ſolito liberetur. Communis contra communem.

DVbium eſt elegans in iure, an vaſallus poſſit feudo renunciare, vt à ſolito ſeruitio liberetur. Et non poſſe renunciare, tenet gloſ. in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitutionibus, verbo, alienandi feudum, quam dicit eſſe communiter approbatam Gozadinus, conſilio 62. nume. 5. & dicit etiam communem Curtius iunior, de feudis, in quæſt. 4. principali, in vltima cauſa priuat. feudi, in prima quæſt. primæ regulæ, cuius opinionem dicit communem Albericus, in l. ſed a nullo, §. 1. num. 3. ff. de negot. geſtis, & ſequuntur plurimi relati per Euerardum, in topicis legalibus, columna 143. verſic. decimo, quam opinionem eſſe moribus receptam, teſtatur Iulius Clarus, lib. 4. receptarum ſententiarum, §. feudum, quæſtio. 32. num. 2.

Sed contrariam ſententiam (imo quod poſſit renũciare feudo inuito domino) dixit communem Abb. in d. c. quæ in eccleſiarum, num. 19. In hac tamen cõtrarietate reperies ſingularẽ diſtinctionem, quam dicit communem Albericus, in l. cum fructuarius, num. 3. ff. de vſufructu, videlicet, quod ſi feudum ſit ſimpliciter conceſſum ſine adiectione ſeruitij, tunc poſſit renuntiari, vt in vltima parte, & hoc inſinuant aperte verba tex. in c. 1. in fin. de vaſallo, qui contra conſtit. Lothar. feud. alienauit. ſi vero cum determinatione ſeruitij, tunc renunciari non poſſit, vt diximus in prima opinione (in qua nihil reſoluit Iaſ. in l. 2. num. 25. C. de iure emphyt.) Aliam cõcordiã in quæſtione propoſita aſſignat Iulius Clarus, ſupra, num. 8. vt prima opinio procedat in feudo ſæculari, ſecunda in feudo eccleſiaſtico. Quam opinionem, & concordiam dicit magis communem Socinus, conſi. 66. num. 3. vol. 3. quæ opinio veriſſima eſt, ſi concurrant tria requiſita, tradita per Iulium Clarum ſupra, num. 4. primum, quod alienatio fiat ſine fraude: ſecundum, quod ille cui ſubinfeudatur, ſit eiuſdem conditionis: tertium, quod alienatio fiat cum eiſdem pactis & conuentionibus.

SVMMARIVM.

1 *Simonia eſt dare vel promittere aliquid temporale pro ſpirituali.*
2 *Datum vel promiſſum monaſtrio ob ingreſſum religionis monialium, cenſetur datum ob cauſam alimentorum.*
3 *Tres opiniones refert Menchacà, in quæſtione propoſita.*
4 *Lex.22.tit.7.p.1.declaratur.*
5 *Monaſterium pauper poteſt pretio conuento moniales recipere.*
6 *Ca.16.ſeſſ.25.Concilij Tridentini,declaratur.*
7 *Datum monaſterio ea pactione, vt monialem recipiat, abſque labe ſimoniæ recipi poteſt.*
8 *Monaſterium non debet recipere dotem pro ingreſſu religionis,ſed pro alimentis.*
9 *Conſuetudo eſt recepta in Hiſpania, vt paciſcatur pro dote monialium.*
10 *Monaſterium Sancti Clementis regalis, huius ciuitatis Toleti, habet in reditibus quotannis duodecim millia ducatorum.*
11 *Moniales in receptione nouitiæ non poſſunt aliquid recipere abſque pœna excommunicationis, vltra victum, & veſtitum.*
12 *Monaſteria opulenta,non poſſunt aliquid recipere pro ſuſtentatione monialium ingredientium.*
13 *Michael Craſſus reprobatur in ſua opinione.*
14 *Mulieres nobiles,minoribus reditionibus & expenſis admitti non debent in monaſteriis.*

QVÆSTIO CCCCXXXIX.

Vtrum valeat institutio facta de monaſterio ſub ea conditione, vt talem in monialem recipiant.
Communis contra communem.

MOnaſterium fuit heres inſtitutus ſub ea conditione, quod Mariam recipiat in monialem.
Dubitatur, an talis conditio tanquam turpis reijci debeat,& valeat inſtitutio. Et partem affirmatiuam tenet Bart.in l. 2.C.de inſtit.& ſubſti.& S.Tho.2.2.q.
100.art.3.per tot.& hanc opinionem dicit communem Iaſ.in d.l.2.nu.3.vbi Alex. & hanc dicit ſeruari Paulus,in l.Titio centum,§.j.ff.de condit. & dem.
1 Et ratio huius opinionis eſt, quia ea igendo legatum pro dote monialis,committitur ſimonia,cum recipiatur aliquid temporale pro ſpirituali. Ita probat text.
in c.quemquam,de ſimon.& l 22. tit.7 p.1. vbi hoc
2 tenet Humada,qui diſtinguit inter receptum pro ingreſſu religionis,vel pro ſuſtentatione monialis,prout cenſetur eſſe in hoc vltimo caſu mens teſtatoris.

Sed in quæſtione principali contrariam opinionẽ (imo quod abſolutè talis conditio non reijciatur, ſed quod vitiet inſtitutionem)tenet idem Bart.in d.l.Titio,§.j.quam dixit eſſe communem opinionem Alex.
3 in d.l.2. in qua re tres opiniones adduxit Michael Craſſus,recept.ſent.§.legatum,q.55.qui dicit eſſe magis communem opinionem, vt talis conditio reijciatur,& quod inſtitutio valeat,vel legatum. Ita conſu-
4 luit Natta,conſ.619 nu.11.& Gregorius, in d.l.22. verbo, *Porque la reciben en la orden*. vbi reſoluit cum Baldo,quod ita ſeruatur de conſuetudine,& aſſignat rationem. Et ſecundum prędictam diſtinctionem intelligenda eſt d.l.partitæ, quæ generaliter & indiſtinctè loquitur,quam opinionem ſequitur Gutierrez, in 2.par.canonicatum quæſt.c.32.nu.61.vbi dixit,quod
5 eſt vſus receptiſſimus, ſine aliquo ſcrupulo, non eſſe ſimoniacum recipere moniales dotatas ex pactione præcedenti, maximè ſi monaſterium egens ſit. Ita tenet gloſ.in c.non ſatis,& in c.hortamur,.32.quęſt.2. & docet Bald.in authen.res quæ,C.commu.de legat. num.13.vbi Padilla, num.55. quæ opinio veriſſima eſt,& ita obſeruatur, nec prædictis obſtat decretum
6 Sancti Concilij Tridentini.c.16.ſeſſ.25. vbi moniales nihil poſſunt recipere quocunque prætextu, à parentibus, vel curatoribus,vel propinquis, nouitij,vel nouitiæ profitentium religionem,ibi: *Sed neque ante profeſſionem,excepto victu & veſtitu, nouitij, vel nouitiæ illius temporis,quo in probatione eſt, quorumcunque prætextu à parentibus, vel propinquis aut curatoribus eius, monaſterio aliquid de bonis eiuſdem tribuatur, ne hac occaſione diſcedere nequeant, quod totum vel maiorem partem ſubſtantiæ ſuæ monaſterium poſſideat, neq; facile ſi diſceſſerit id recuperare poſſit. Quin potius præcipit Sancta Synodus,ſub anathematis pœna,dantibus & recipientibus,nec hoc vllo modo fiat, & vt abeuntibus ante profeſſionem omnia reſtituantur,quæ ſua erant. Quod vt rectè fiat, Epiſcopus etiam per cenſuras eccleſiaſticas (ſi opus fuerit) compellat*. Quæ verba ſatis notabilia ſunt pro confirmatione opinionis Bart. in d. l. 1. de cõditionibus inſtitutionum,dicentis,non valere legatum relictum à teſtatore monaſterio, pacto appoſito, vt talem in monialem recipiant: maxime hodie, ex illo decreto,per quod tam dantibus, quam recipienti
7 bus,anathematis pœna imponitur. Sed profecto,ſi attente verba Concilij perpendantur, non diſponunt, neque reſoluunt noſtram principalem quæſtionem, cum ſolum ibi caueatur,quod nihil recipiatur à nouitiis ante profeſſionem,vel ab eorum parentibus, conſanguineis vel curatoribus,pro ingreſſu ipſius religionis,& ſic pro eo tempore quo in probatione ſunt: ſecus vero etiam facta profeſſione, quia in hoc caſu, neque ante profeſſionem,neque poſt,reprobatur pactum, cum conferatur ad tempus habile, in quo iam facta eſt profeſſio. In quo caſu ceſſat ratio Cõcilij ibi, *ne hac occaſione diſcedere nequat*. Et ibi, *ne facile ſi diſceſſerit,id recuperare poſſit*. Et ibi, *vt abeuntib. ante profeſſionem,reſtituantur*. Et ſic ſequuta profeſſione,nihil eſt reſtituendum, & valebit datum, vel relictum ſub hac pactione. Quæ non repugnat menti, neque intentioni Concilij:imo à contrario ſenſu confirmat noſtrã poſteriorem opinionem, in quo ſenſu,vnico verbo illum text.intellexit Gutierrez,ſupra,num.69.pro qua ſententia faciunt tradita per Sotum, de iuſtitia,& iure lib.6.quæſt.6.art.2.ad 4.quem ſequitur Padilla,in d.authent.res quæ, num.55. vbi reſoluit non committi ſimoniam in conſtitutione dotis monialium,cũ realiter & vere monaſterium non recipiat dotem, vel precium pro ipſo ingreſſu monialiũ. idem tenet Sebaſt. Medicis,in ſumma peccat. 2.p. ti.9.quæſt.78.n. 49.& 89.& probant verba dictæ legis partitæ,ibi, *el que diere alguna coſa porque lo reciban en la orden*, quaſi ſecus ſit pro alimentis ad ipſam monacham exhibendam, & hæc cenſetur eſſe mens dantis & recipiẽtis,vt effugiamus delictum, quam opinionem ſequitur Paulus Fuſch.ſingulari 92.litera, C.& de viſitat.

lib.

Digitized by Google

lib.2.cap.15.nu.54.& lib.2.ca.18.num.23. Lofred.
in deciſ.Toloſ.311.Guido Papæ,deciſ.80. Natta,cõ
ſi.618.Vbaldus,in cãdelabro eccleſię,tit.de ſuſpenſ.
nu.45. Guillerm.Bened.in c.Raynutius, verb.cuidã
Petro, nu.13. Et ſic in Hiſpania eſt receptiſſima hæc
9 conſuetudo,& ab omnibus tolerata,nam quando agi
tur de recipiendis nouitijs,ſtatim fit conuentio de do
tibus, pro alimentis eiſdem præſtandis, & tunc pan-
duntur monaſteriorum ingentes neceſſitates: quia li-
cet monaſterium habeat magnos reditus (prout vidi-
10 mus in monaſterio ſancti Clementis regalis huius ci
uitatis Toleti, quod habet in reditibus quotãnis plus
quam duodecim millia ducatorum) ad huc profecto
eget maioribus ſumptibus pro monialiũ ſuſtentatio-
ne,& pro reparatione domus,eccleſiæ, ornamentorũ,
& etiam ad ſoluenda ſalaria œconomi, & aliorum ſer
uitorum, & pro ſuis litibus agitandis, vt eleganter cõ
ſiderauit Gutierrez,ſupra,nu.66.& ſic temperãda eſt
opinio Nauarri,de reditib.eccleſiarum,quęſt.1.num.
11 100.& 101.& in apologia, quæſt.1.monit.84. Sed
hæc conſuetudo admittenda non eſt, imò damnanda
(tanquã peſſima corruptela) in eo quod recipiunt mo
niales in receptione nouitiæ, vel in eius profeſſione,
que llaman ſu propina y entrada, quod omnino exclu-
dit(ſub anathematis pœna)ſacrum Concilium, excep
to victu & veſtitu, ipſius nouitiæ, quæ pœna non eſt
contemnenda. Et ſic redeundo ad noſtram principa-
lem concluſionem,tenendũ eſt valere pactum,& con
uentionem factam cum monaſterio, vt pretio acce-
pto,talis recipiatur ad profeſſionem, & religionem;
dũ tamen habeamus intentionem ad temporalia,hoc
eſt, vt promittatur & recipiatur pro ſuſtentatione ip-
ſius.Ita declarat Gregor. verbo, *porque le reciban en la
orden*,in d.l.32.tit.7.par.1.col.2. vbi ſequitur Floren
12 tinum & alios, ſubdens laudabile eſſe exigere ab in-
gredientibus victum, quando monaſterium non po-
teſt ſuſtentare maiorem numerum monialium. Quæ
opinio verior eſt,& tenenda, & magis reſpicit fauorẽ
religionis,quam ſi legatum valeret, & cõditio ſeu pa
13 ctum reijceretur, prout tenet Michael Craſſus, ſupra,
cum nullus vellet inſtitutionem facere,nec legata re-
linquere,ſi conditio reijceretur: maxime cum illa nõ
ſit turpis neque impoſſibilis, ſecundum mentem te-
ſtatoris,& ſic non habet locum lex,obtinuit,ff.de cõ-
ditionib.& demonſtrationibus, vt exiſtimat Michael
Craſſus,ſupra,& hanc dixit eſſe generalem conſuetu
dinem Humada,in d.l.22.gloſ.3.nu.2. vbi etiam di-
cit,quod mulieres nobiles & illuſtres, debent recipi
14 in monaſterijs minoribus dotibus & expenſis, quam
humiles & plebeiæ, argum.text.in c.de multa, de præ
bend. Quod quidem iuri & rationi congruit, vt tradit
Nauar.in Manuali,c.23.num.102.

SVMMARIVM.

1 *Lex,cum poſt.§.gener,ff.de iure dotium,declaratur.*
2 *Dos incerta eſt liquidanda pro modo facultatum promit tentis,& dignitatem mariti.*
3 *L.1.C.de dotis promiſſione, declaratur.*
4 *De iure regio valet promiſſio dotis incerta.*

QVÆSTIO CCCCXL.

Vtrum promiſſio dotis incerta valeat iure priuato. Communis contra communem, & quid iure Regio.

PRomiſſio dotis incerta valet iure priuato, text.eſt
1 in l.cum poſt, §.gener,ff.de iure dot.l.3.C.de do-
tis promiſ.& docet Antonius Gomezius,in l.53.Tau
ri,num.19.Baeza,de non meliorandis filiabus ratio-
ne dotis, c.1.num.6. qui plura adduxit ad hoc, quod
2 dos incerta eſt liquidanda pro modo facultatum pro-
mittentis,& ſecũdum dignitatem mariti.l.quæro. vbi
glo.ff.de iure dotium, ita tradit Matthæus de Afflict.
deciſ.339.num.9.& eſt tex.de iure regio,in l.8.tit.4.
p.5.vbi Gregorius. Sed huic reſolutioni obſtat text.
vulgaris (licet in intellectu difficilis) in d.l.1.C.de do
3 tis promiſſio. vbi gloſ.pouit primum intellectum ex
ſententia Azonis, quod in d.§.gener, promiſſio dotis
(licet incerta) erat collata in arbitrium boni viri: at ve
ro in d.l.1.in nullius arbitrium. Et hunc intellectum
eſſe communem tenet Albericus,ibi, ſed glo.ibi aſſi-
gnat alium intellectum,ſcilicet,quod in d.§.gener.li-
cet dos incerta fuerit, tamen fuit per ſtipulationẽ pro
miſſa,& propterea tenet promiſſio: verũ in d.l.1.fuit
dos promiſſa per pactum nudum, quare ne duo ſpe-
cialia concurrant,non valet. Et hunc intellectum ob
ſeruate totum mũdum, & eſſe communem aſſerit Za
ſius in l.1.nu.30. ff.ſolu.matri. & alios intellectus ad
illum tex.aſſignat Gutierrez.1.p. de iuramento con-
4 firmatorio, c.63.nu.14.& num. 8. reſoluit quod ho-
die de iure regio valebit promiſſio incerta, ex l.2.tit.
16.lib.5.reco.

QVÆS. CCCCXLI.

Vtrum tempore belli teneatur emphyteuta ſoluere penſionem. Communis contra communem.

TErra in emphyteuſim, conceſſa propter inſtan-
tes labores excoli nõ potuit. Dubium eſt,an em
phyteuta teneatur ſoluere penſionem. Et emphyteu-
tam propter bellum non excuſari à penſione domus,
tenet Richardus, Cuman.& Alex.in l.3.§. in amitten
da,ff.de acquir.poſſeſ.idem Richardus, & Butrius,in
l.1.C.de iure emphyteutico, & ibi Alex.nu.7.ſcribit
hanc opinionem cõiter ſeruari. Idem conſuluiſſe Car
dinales Paduæ,ac inde totum collegium Paduanum,
aſſerit Abb.in c. potuit,num.fin.de locato.

Sed contrariã partem (imo quod fiat remiſſio pen
ſionis in emphyteuta, propter incurſationem bello-
rum) tenet Bart.& cæteri,in d.l.1.num.12.C.de iure
emphyteutico,vbi Iaſ.num.91. dixit hanc eſſe cõmu
nem,quam (ante eum) dixerat cõmunem Abb.in d.c.
potuit, nu.18. vbi etiam dixit communem Imola, &
Alex.ad Bart.d.nu.12. & communem profitetur Syl
ueſter,in ſumma,verb.emphyteuſis, §.1.eandem affir
mat communem Iaſ.in d.§.in amittenda, num.6. &
vide Iulium Clarum, lib.4.receptarum ſentẽtiarum,
§.emphyteuſis. quæſt.8.nu.6.& 7.qui diſtinguit, an
emphyteuta aliquos fructus percepit tempore belli,
vel non: & vide Boerium, deciſ.249.col.3.cum ſeqq.
qui reſoluit, quod propter bella eſt facienda remiſſio
conductionis pedagiorum, ſeu aliarum rerum. Et di-
cit eſſe communem opinionem (licet contrarium te-
nuit) Bald.in l.licet,quæſt.3.C.locati, & aſſignat con-
cordiam Boerius, ſupra,nu.11.Sed indiſtincte hæc ſe
cunda opinio eſt tenenda in iudicando & conſulen-
do, cum diſtinctione tradita per Iulium Clarum, ſu-
pra.à num.7.

QVÆ-

Google

gis remedium. Ita tenent ibi omnes, & aſſerit eſſe cõmunem opinionem Tiraquellus, in l. ſi vnquam, verbo, reuertatur, num. 171. C. de reuoc. donat. Quæ vl-
8 ma concluſio fallit, quãdo tertius poſſeſſor, qui emit iuſto pretio, ſciret vitium rei: quia ſi primus emptor non eſt ſoluendo, aduerſus tertium poſſeſſorem, com petit illius legis beneficium. Ita Couar. ſupra, col. fin. & tradit Pinelus, in d. l. 2. in 3. part. à num. 30. & 39. & Gomez. 2. tom. variarum, cap. 22. in fine, & Matienço, in d. l. j. tit. 11. gloſ. 8. nume. 33. & Azeued. in l. j. tit. 11. num. 26. lib. 5. recopil. & ita in cauſa propria fuit iudicatum in regali Cancellaria Pinciana, fauore oppidi, de Scalona, dulciſſimæ patriæ meæ, & noſtram quæſtionem proſequitur Padilla, in dicta l. 2. nume. 49.

QVÆSTIO CCCCXLIV.

Vtrum in obligatione generali veniant merces venales. Communis contra communem.

IN obligatione generali veniunt merces venales (eum generaliter facta ſit diſpoſitio.) Ita Barto. in l. generali, §. vxori, ff. de vſufruc. lega. & in l. ſi conſtante, num. 73. ff. ſoluto matrimon. & eſt communis opinio ſecundum Alexan. ibi ad eum, & hoc ſiue hypotheca ſit expreſſa, ſiue tacita. Et eſt communis opinio ſecundum Ioannem Crotum, in d. l. ſi conſtante, num. 203. in 2. lectura, & dicit etiam cõmunem Gomezius, in §. item Seruiana, num. 22. Inſtit. de actio. & dixit communem Antonius de Fano, de pignor. 2. par. memb. 2. nu. 14.

Sed contrariam opinionem (imo quod ſub hypotheca tacita non veniant merces venales) dixit communem Iaſ. in d. §. item Seruiana, nu. 31. & eaplicat Couar. lib. 2. variarum. c. 5. nu. 2. & eſt bonus text. in l. ſeruos 71. ff. de legat. 3. & tradit Pinelus, in rub. de bonis maternis. 2. p. nu. 38. Quæ opinio verior & receptior eſt, & ita practicatur.

QVÆS. CCCCXLV.

Vtrum contractus factus palam, & bona fide, cum officiali, in loco in quo officium tenet, valeat. Communis contra communem, & quid iure regio.

OFficialis in loco, in quo officium exercet, contrahere non poteſt, tex. in l. principalibus. ff. ſi cert. petat. vbi gl. allegat plures concordantes. in l. 1. C. de contractib. iudic. l. 5. tit. 5. par. 5. Nec omittam, quod hoc non ſeruatur de conſuetudine, vt cõcludit (poſt Federicum de Senis) Boerius, deciſ. 317. nu. 13. Nec prædictæ leges procedunt interueniente iuramento, ſecũdum Marcum Antoninm, de viribus iuramẽti. nu. 29. Gregorium, in d. l. 5. verb. *para comer*, Auilis. in ee. pp. c. 2. glo. verb. *mercadurias*, num. 38. omitto tamen alias limitationes adductas per Iaſ. & Alex. in d. l. principalibus. Modo dubium eſt, an ſicut contractus factus inter tutorem & pupillum palam & bona fide, valet & tenet, vt in l. cum ipſe tutor. C. de contrahenda empt. & diximus in q. 234. Ita etiam contractus officialis palam, & bona fide geſtus, valeat, & teneat in prouincia, in qua miniſtrat.
3 Et eum contractum valere ad inſtar contractus tutoris, tenuit gl. in l. ſi in emptione. §. fin. ff. de contrahen. empt. gl. in d. l. cum ipſe tutor, & ita ſeruatur de conſuetudine, ſecundum Fulgoſ. in l. non licet. ff. de contrahen. empt. & diſputat Alex. in d. l. principalibus, nu. 4. ver. ſeptima limitatio.

Sed contrariam opinionem (imo quod nec in hoc caſu valeat contractus officialis) tenuit d. gl. in l. 1. C. de contractibus iud. quam ſequitur Bal. & Salic. in d. l. quiſquis. C. ſi cert. petat. & eſt communis opinio, ſecundum Iaſ. in d. l. principalibus, nu. 2. ver. prędictum, & ſequitur Auiles, in cc. pp. c. 2. glo. verb. *de mercaduria*, nu. 27. quod eſt hodie diſpoſitũ per l. 2. tit. 6. lib. 3. recop. Greg verb. *juez qualiquier* in d. l. 5. & eſt l. 9. tit. 15. lib. 2. ordinamenti, vbi Didacus Perez, quod declarat Auend. in cc. pp. e. 2. nu. 22. lib. 1. & Azeuedo, ibi, in d. l. 6. nu. 11. Rol. conſ. 83. num. 9. vol. 2. Villalobos, verb. iudex, nu. 154. Matienço, in dialogo relatoris. 3. p. c. 27. ex nu. 27. & 31.

SVMMARIVM.

1 *Monachus quo ad acquirendum æquiparatur filio non ſeruo.*
2 *Per ingreſſum Monaſterij extinguitur macula, & naturalis efficitur legitimus.*
3 *Seruus per ingreſſum religionis efficitur liber.*
4 *Monachi poſſunt eſſe teſtes, non vero ſerui.*
5 *Seruitus mortalitati æquiparatur.*
6 *Monachus facta profeſſione pro mortuo habetur.*
7 *Monachus ſine licentia ſui abbatis non recedit à monaſterio.*
8 *Abbas poteſt monachum caſtigare, cum habeat ordinariam iuriſdictionem.*
9 *Seruus non poteſt habere proprium, nec monachus.*
10 *Cum licẽtia prælati poteſt monachus proprium habere.*
11 *Monachus & ſeruus compelluntur adire hæreditatem.*
12 *Seruus & monachus, non poſſunt exercere officium tabellionis.*
13 *Ciuilis obligatio non cadit in ſeruo, & quid in monacho.*
14 *Monachus filio magis quam ſeruo aſſimilatur.*
15 *Monachus qui eſt in ſcholis, poteſt permutare.*
16 *Pater ſicut vendicat filium, ita abbas monachum.*
17 *Lex. fin C. de bonis, quæ liberis, declaratur.*
18 *Exceptio Macedoniani, quæ competit filio, competit & monacho.*
19 *Vtilitas facit, quod monachus æqparetur filio aut ſeruo.*
20 *Maior poteſtas eſt in patre circa filium quam in abbate circa monachum.*
21 *Monachus æquiparatur infanti.*
22 *Seruus poteſt liberari a ſeruitute, ſed monachus a regula non liberatur.*

QVÆSTIO CCCCXLVI.

Vtrum per monachum fugitiuum acquiratur monaſterio poſſeſſio, ſicut per ſeruum qui eſt in fuga. Communis contra communem.

NVnc autem ſe obtulit quædam contraria communis, in qua videbis quam plurima ſingularia, per Doctores in varijs locis adducta, per nullũ tamen ſic congeſta. Et dubiũ eſt, an ſicut acquiritur poſſeſſio

Google

poſſeſſio domino per ſeruum,qui eſt in fuga,vt In l.j.
§.ſeruum qui in fuga,ff de acquir.poſſ.ita & per mo-
nachum fugitiuum acquitatur monaſterio.Et acqui-
ri monaſterio, tenet Bart.in d §.per ſeruum , num.a.
quia monachus non acquirit ratione poſſeſſionis,ſed
ratione monaſticæ obedientiæ vt tenet glo.in l.quid-
quid,ff.de acquir.poſſ.& ibi Bart.& eſt etiam gloſ.in
l.cum heredes.§.fi.ff.eod.& ibi Angelus,& Imola,ad
quod eſt bonus text.in c.Abbatis, 18.quæſtin.2.vbi
monachus fugitiuus reuocatur, cũ omnibus per eum
quæſitis:notat Abb.in c.quod à te,num.7. de clericis
coniug. & facit text.in Auth. de ſanctiſſimis epiſco-
pis,§.ſi monachus,col.9.Et ſic ex Bart.ſupra,clare col
1 ligitur, quod monachus æquiparatur filio qooad ac-
quirendum,& non ſeruo, & eſt communis opinio,in
d.§.per ſeruum, num.14. & dicit communem Ripa,
in l.1.num.15 t.ff de vulg.& pup.

Sed contrariam opinionem (imo quod monachus
In acquiſitione poſſeſſionis æquiparetur ſeruo , & nõ
filio)tenent Iacobus de Velouſo, & Angelus,in d.au
theor.de ſanctiſſimis epiſcopis.§.ſi fugitiuus,& hanc
opinionem dixit communiorem Aretinus,in d.§.per
ſeruum , licet primã reputet veriorem . Et ad plenam
veritatem huius communis contrariæ diſcutiendum
eſt,an monachus potius ſeruo, quã filiofamilias æqui
parandus ſit,& in primis videtur durum,quod ſeruo
æquiparetur,qui ſeruitio,& obſequio Dei eſt emanci
patus, & perfectiſſimum ſibi aſſumpſit ſtatum , vt in
d.aothentico,de monachis,in princip.& traditur per
2 Batt.io d.§.fi.C.de pact.Præterea per monachatũ om
nis extinguitur macula,vt in d.authentico, de mona-
chis,in princ. & ſicut per oblationem curiæ illegiti-
mus efficitur legitimus, vt eſt gloſ.in authen.de here
dib.ab inteſt.venientibus,§.quibus in parte,ſic per in
greſſum religionis filius naturalis efficitur legitimus.
Ita Guillermus,& Barto.col.5.in l.1. C.de ſacroſan.
eccleſ.Imola,in l.neceſſarijs, in fi.ff.de acquir.hæred.
Iaſon,in authen.non licet,num.4. C.de liber.pręter.
& plura cumulat Felin.in c.cum deputati, in prin.de
iud.& Curtius in d.authen.non licet,nu.11.Palatius
3 Robeus,in l.49.Tauri,col.pen.Secundo pro hac ſen-
teotia facit,quod non æquiparetur ſeruo,quia ille qui
alias erat ſeruus per ingreſſum religionis efficitur li-
ber,vt in c.ſi ſeruus, 54.diſ.& in c.ſi quis incognitus,
17.quæſt.2. & in auth.de monachis , §.ſanctiſſimus ,
& §.ſi inter,& probat text.in l.6.tit.7.p.1.& Cardina
lis, in clem.1.nu.7. de ſequeſtratione poſſeſ.& fruct.
Pręterea, quod male æqoiparetur ſeruo, tenet gloſ.in
princ.Inſtit.de iure perſonali.quę ex hoc infert,quod
4 licet ſerui non poſſint eſſe teſtes,monachi aotem poſ-
ſunt eſſe.Ita gloſ.ſingularis, in d.auth.de monachis,
§.cogitãdum,verb.teſtes,& adducit Abb. (poſt alios)
in c.cum noncius,num.4.de teſtibus.Iaſ.in authenti-
ca ingreſſi, num.19.C.de ſacroſanct.eccleſ. vbi(poſt
alios)idem dicit eſſe in fratribus Minoribus,& Men-
dicantibus.

Sed ex aduerſo videtur dicẽdum quod monachos
ſeruo ęquiparetur, ex text.in ca.multos,54.diſtin.ibi,
*vel ab humano ſeruitio liber recedat,qui diuino amore di
ſtrictiorem appetit ſubire ſeruitutem.* Et rurſus compro
5 batur,quia ſeruitus mortalitati ęquiparatur,vt in l.ſer
uitutem,ff.de reg.iur.(cum alijs,)ſed monachus habe
6 tur pro mortuo,vt in c.placuit,16.quæſt.1.authenti-
co,de nuptijs,§.ſed occaſionem,collat.4.Facit etiam,
7 quia ille cui ab aliquo non datur recedendi licentia,
ſeruus dicitur , nihil enim à ſpecie ſeruitutis differt,
cui non datur facultas recedendi, l.2.de libero homi-
ne exhibendo.Sed monachus ſine licentia ſui Abba-
tis à monaſterio recedere non poteſt, imo extra mona
ſterium eſt tãquam piſcis ſine aqua, vt in d.c.placuit,
& in c.monachi.16.quęſt.1.comprobatur etiam,quia
quemadmodum,ſeruus nõ habet velle, nec nolle,ſed
eſt domino ſubiectus , ita voluntas monachi depẽdet
à voluntate ſui prælati, vt in c.non dicatis, 12.quæſt.
1.& in c.ſi religioſus,de elec.lib.6.& in c.fi.de ſepul.
lib.6.& notat(ſingulariter diſtinguendo)Decius,in c.
ad noſtram,num.2.de appellationibus . Probatur ẽt,
quia ſicut ſeruus poteſt puniri per dominum, vt in l.
vnica,C.de emendatione ſeruorum,l.1.& 2.ff.de his
qui ſunt ſui,vel alie.iuris:ita etiam Abbas poteſt mo
8 nachum caſtigare,vt in c.nullum,18.quæſt.2. Abbas
enim quoad monachos ordinariam habet iuriſdictio
nem, & poteſtatem : ita Innocentius, in c.vt famę,de
ſenten.excom.& Calderin.conſ.20.& etiam cum ver
beribus,ſi exceſsus qualitas hoc reqoirat, vt in c.cum
beatus,45.diſt. Debet tamen ſeueritatem diſciplinæ,
cum miſericordia moderate, vt in c.diſciplina, & in
c.licet nõnunquam,45.diſt. (cum adductis per Abb.
in d.c.ad noſtram,& per Decium,nu.4.) facit etiam ,
quia ſeruus proprium habere nõ poteſt, ut in c.illud,
9 13.quæſt.2.& ita monachus non poteſt habere, vt in
c.ad monaſterium,de ſtatu reg.(ubi narratur Beati Gre
gorij exemplum)& facit text.in d.ca.non dicatis, ubi
ꝓhibetur monacho, ne ab aliquo occulte literas, uel
proprium poſſit recipere (intelligẽdo tamen illud de
literis,prout intelligit Ionocentius, in cap.cum I. &
A.de re iudicata, & Abb.ibi,nu.30. Felinus, nu.12.)
pręterea ſeruo licet habere peculium,non ſolum do-
mino concedente expreſse,ſed etiam ſciente,& tacen
te,tex.in l.quam Tuberonis,ff.de peculio.& ita etiam
10 monachus poteſt habere peculium, nec obſtat c.Ioã
nes,de regularibus, ibi,*ne quicquam peculiare habere,*
quod intelligitur, ſine licentia pręlati, cum eius uero
licentia bene poteſt habere,declarando,ut per Abb.
in d.c.Ioannes,num.6. & in c.cum quibuſdam,de fi
deiuſsoribus,& late per Felinum,in c.cum M.de con
ſtitutionibus,nu.26.& per Bald.in l.fi.in ſi. C.quod
cum eo.Et hac ęquiparatione de monacho ad ſeruum
utitur Bart.in quãpluribus locis, in l.1.§.ſi uſuſructua
rius,& in l.3.§.quod ſeruus, ff.de ſtipulatione ſeruo-
rum:imo totus titulus de ſtipulatione ſeruorũ, habet
locum in monacho,ſecundũ Abb.in d.c.quod qui: &
ſic hereditatem monacho delatam poteſt pręlatus re-
pudiare, vt reſoluit Menchaca,lib.3.de ſucceſſio.crea
tione, §.21.nu.254. qui refert in hoc duas opiniones
communes contrarias. Facit etiam , quia ſicut ſeruus
11 non cogitur adire hereditatem, & facit uenire ſubſti
tutum,ut in l.3.C.de hęred.inſt. ita & monachus ſe-
cundum Bart.in l.j. ff.de uulg. & eſt communis opi-
nio,ſecũdum Iaſ.ibi,nu.42.& dixit etiam cõem idem
Iaſ.in l.cum proponas,num.21.C.de hered.inſtit.&
dixit etiam cõem Ripa,nu.551.& Corraſius, in l.poſt
aditam,num.21. C.de impuberum . Et facit pro hac
ſententia,qood dicit Bart.in l.cum fundos,§.ſeruum
tuum, num.fi.ff.ſi cert.peta. qui diſpoſitionem illius
text. (& etiam quamlibet aliam) ampliat, loquentis
de

Digitized by Google

de monacho ad ſeruum, & è contra. Ita Innocentius,
in cap. cum olim. de priuileg. & hanc æquiparationé
Bar. dixit eſſe communiter approbatam Iaſ. num. 57.
pro qua facit etiam, quod dixit Bart. in l. ex parte, nu.
1. ff. de peculio legato. quem ſequitur Iaſ. in §. actio-
nes autem, nu. 23. Inſt. de actionib. & facit etiam ele-
gans quæſtio gloſſæ, in d. c. non dicatis, vbi requirit,
an veſtis quam portat monachus, vt dicatur ſua, & ar
guit de monacho ad ſeruum. Vide etiam, quod ex hac
æquiparatione dicit Paulus, in l. non idcirco. §. cũ po-
ſtea. ff. de iud. & in l. vix certis. ff. eod. faciunt etiam
plura tradita per Abb. in c. quanto, de officio ordina-
rij. Iaſ. in l. 1. §. itẽ acquirimus, nu. 2. & in l. quidquid.
12 ff. de acquirenda poſſeſſione. Ex quibus ſuccedit, qđ
ſicut ſeruus non poteſt eſſe tabellio, vt in l. generali.
C. de tab. & ſcrib. lib. 10. ita etiam nec monachus, ſe-
cundum (late) adducta per Decium, in c. dececnimus,
de iud. & per Cagnolum, vt in l. omnibus cauſis. ff. de
reg. iur. imo videtur, quod ſit ſtrictior ſeruitus mona-
chorum, vt in c. ſeruos. 54. diſtinctione. Quod opti-
13 mo iure comprobatur, nam licet ſit verum, quod in
ſeruo non cadat obligatio ciuilis, vt in l. quod attinet.
ff. de reg. iur. & in l. in perſonam, ff. eod. tamen obliga
tio naturalis bene cadit, vt in l. ſerui. ff. de action. &
obligation. & in l. naturaliter. ff. de condict. indebiti:
tamen in monacho, nec ciuilis nec naturalis: adeo
enim proprio conſenſu iura priuant, vt nec naturalẽ
obligationem in eo velint conſiſtere, ita dixit Hoſtiẽ
ſis in ſumma, tit. de fideiuſſorib. § pro quo, verſ. quis
idem, & comprobat bene Abb in c. ex reſcripto. ter-
tio notabili, vbi eum ſimpliciter ſequitur Felin. idem
tenet Iaſ. in l. naturaliter. ff. de condict. indebiti, & eſt
verior opinio, ſecundum Cagnolum in l. in perſonã.
num. 3. ff. de reg. iur. & tenet etiam Faber, (quem ipſi
non allegant) in §. at nec. nu. 8. Inſt. de fideiuſſorib. ta
men verum eſt, quod Abb. (ſibi contrarius) voluit, qđ
obligetur naturaliter, arguendo de monacho ad ſer-
uum, in conſ. 104. nu. 4. vol. 1. Facit etiam, quod dicit
Bald. in l. qui manumittuntur. C. de operis libertorũ,
vbi arguendo de ſeruo manumiſſo, ad monachum ha
bentem licentiam trãſeundi ad aliud monaſterium,
dicit, quod non pertinebit ad Abbatem primi mona-
ſterij inquirere deinde vbi moratur, nec eum ad mo-
naſterium reuocare, quia iam manumiſſus eſt.

Sed contrariam opinionem (imo quod monachus
14 potius aſſimiletur quam ſeruo) ex ſequentibus com
probabis: & primo quia ſicut filiusfamilias non po-
teſt agere ſuper iniuria ſibi illata, niſi pater ſit abſens,
vt in l. ſed ſi vnius. §. filiusfamilias. ff. de iniurijs. & in
l. ſi longius. §. 1. de iud. idem dicendum eſt in mona-
cho. Ita gloſ. in d. c. non dicatis, & vtrobique docto-
res, tenet etiam Albericus, in l. cum filius, nu. 3. ff. ſi
cert. petat. gloſ. Abb. & Felin. in c. parochianos, & in
c. cum deſideres, de ſententia excommun. Et ita per
hoc argumentum tenet Faber, in §. quę diximus, in 2.
15 nu. Inſt. quod cum eo. Item, quia ſicut filiusfamilias,
qui eſt in ſcholis, poteſt mutuare, ita & monachus:
conceſſa enim licentia ſibi ad ſtudendum, cenſentur
etiam conceſſa ea omnia, ſine quibus ſtudere non po
teſt, ita gloſ. in d. c. non dicatis. & in l. ſi longius. §. 1.
& in c. ex parte, de accuſationibus: imo etiam, ſicut fi-
lius recipiẽdo neceſſaria ad ſtudium patrem obligat,
vt in l. Macedonianum, & in l. ſed Iulianus. §. proin-
de. ff. eodem tit. ita & monachus poteſt obligare mo-
naſterium pro debito contracto causa ſtudij. Ita con
cludit Archidiaconus in c. 2. ne clerici vel monachi,
lib. 6. & in c. cum paſtoris. 2. q. 7. Faber, in d. §. quæ di
ximus, nu. 7. & eſt communis opinio, ſecũdum Abb.
conſ. 88. vol. 5. nu. 6. & hoc argumentum de monacho
ad filium vtitur Faber, in §. patitur, nu. 3. Inſt. de iniu
rijs, & glo. ſingularis, in l. 1. §. per hanc. ff. de rei ven-
16 dicatione, dicens, quod ſicut pater vendicat filium
ſuum, ita Abbas ſuum monachum, adiecta cauſa de
iure canonico, & eam gloſſam ſequũtur doctores ibi,
& Angelus, in §. præiudicialis, Inſtit. de action. Abb.
in c. non ex vobis, de ſponſ. & in c. 1. nu. 3. quod me-
tus cauſa, & in d. conſ. 88. & Felin. poſt Abb. in d. c. il
lud, de pręſumptionibus. Hinc etiam ſuccedit, quod
ſicut filius ſuccedit tanquam ſuus, & agnatus, ita &
monachus. l. Deo nobis. C. de epiſc. & cle. & in §. hoc
etiam, & ibi notat Bar. & Bal. & eſt tex. in l. ſi ex cau-
ſa. §. Papinianus. ff. de minoribus, & eſt cõmunis opi-
nio, ſecundum Iaſ. in l. ſub conditione, nu. 5. ff. de li-
ber. & poſthum. & dicit etiam communem Iaſon, in
l. patre furioſo, num. 47. ff. de his qui ſunt ſui vel alie
17 ni. Facit etiam, quia diſpoſitio tex. in l. fi. C. de bonis
quæ lib. in prin. procedit in monacho. Ita Bar. in l. 1.
ff. de vulgari, & eſt communis opinio ſecundum Iaſ.
ibi, nu. 42. & ſecundum Cortaſium, in l. poſt aditam,
nu. 23. de impub. Facit etiam elegans quæſtio Bar. in
auth. excipitur. C. de bonis quę lib. & latius per eun-
dem, in quæſt. 52. Iaſ. in authentica, ingreſſi, nu. 39.
C. de ſacroſan. eccleſ. Gualdenſis, de arte teſtandi, tit.
6. cautela 63. Facit præterea, quod ſicut ſi filiusfami-
lias accepiſſet pecunias mutuo, vt ſe aleret, compete-
ret actio mutuandi contra patrem, vt tenet Bart. in l.
libertis, quos. §. 5. ff. de alimen. & cibarijs leg. ita com
peteret contra monaſterium, ſi monachus in aliqua
neceſſitate conſtitutus eas accepiſſet. Felin. in c. cum
dilecti, num. 16. de reſcriptis.

Ex qua æquiparatione quærit ſingulariter Faber,
in d. §. quæ diximus, num. 8. an exceptio Macedonia-
18 ni competens filio, competat etiam monacho: & di-
cit videri, quod ſic, per æquiparationem factam: ſed
dicit durum eſſe hanc exceptionem extendere. Præte
rea dicit, quod ratio quare fuit inuentum Macedo-
nianum eſt, quia timebatur ne filij inſidiarentur vi-
tæ parentum. Quæ ratio ceſſat in monacho, cum mo-
nachi non ſuccedant Abbati. Reperies tamen, quod
Bart. in d. quæſt. 22. num. 7. dicit, quod non eſt bona
æquiparatio filij ad monachum. Præterea dicit Iaſon
in l. cum fundus, §. ſeruum tuum, num. 57. ff. ſi cert.
pet. & eſt communis opinio, quod ſit melior æquipa-
ratio filij ad monachum, quam ſerui: ſolet præterea
aſſignari quædam concordia inter opiniones contra-
rias. Prima, quod monachus æquiparetur ſeruo, quan
tum ad contractus, & quantum ad vltimas volunta-
tes æquiparetur filiofamilias. Ita Imola, Alexand. &
Iaſ. num. 42. in d. l. 1. ff. de vulgari. idem Iaſ. in l. cum
fundus. §. ſeruum tuum, nu. 57. ff. ſi certum petatur.
19 Et eſt alia ſecunda, & ſingularis, quod tunc demum
monachus æquiparetur filio, vel ſeruo, prout vtilius
fuerit monaſterio. Ita Bal. in l. 1. col. 15. C. qui admit-
ti, Romanus, in l. is qui heres. §. nec filius, ff. de acqui-
rend. hered. Alexand. in d. §. ſeruum tuum, Socinus,
in l. 1. de vulg. Fel. in c. in præſentia, in fine, de proba-
tionibus.

Google

tionibus. Vltimo pro complemento huius quæſtionis adde, quod dicit Spec. tit. de ſtatu monach. q. 12.
20 quod non eſt tanta poteſtas Abbatis in monachos, quanta patris in filios, ſed eſt tanta quanta ciuitatis in ciues ſuos quem ad hoc ſequitur Iaſ. in d. l. 1. §. per ſuum, nu. 16. ff. de acquir. poſſeſſ. Sed videtur, quod ſit maior poteſtas, per ea, quæ in principio dicta ſunt, & vide quæ notat Dec. in c. bonæ, nu. 3. de appellat. Bal. in l. bonorum, nu. 7. C. qui admitti, ſcilicet, quod monachus æquiparatur perpetuo infanti, cum nunquam ſit habiturus contentum iuris. Subdit etiam ſtrictiorem eſſe ſeruitutẽ monachi, quam ſerui, quia
21 ſeruus poteſt fieri liber à ſeruitute, & monachus non à regula.

QVÆSTIO CCCCXLVII.

Ad l. fin. ff. ſi cert. pet. Communis contra communem.

TExtus in l. fi. verſ. ſed etſi cum ſcio, ff. ſi cer. pet. eſt valde difficilis in intellectu, prout dicunt omnes ibi, & habet plures intellectus, inter quos glo. ibi duos enumerat, alterum Ioannis, & alterum Azonis, & intellectus Ioannis eſt communis, ſecũdum Alex. ibi, num. 13. & ſecundum Iaſ. in princip. ſed ille intellectus communiter reprobatur, ſecundum Albert. ibi, num. x dicens, intellectum Azonis eſſe communiter approbatum.

QVÆSTIO CCCCXLVIII.

Vtrum iuramentum calumniæ excuſet à condemnatione expenſarum. Communis contra communem.

DVbium eſt elegans in iure, nunquid iuramentum calumniæ excuſet ab expenſis. Et gl. in c. finem litibus, de dolo & contu. vbi Abb. num. 21. concludunt, quod non excuſatur quis per prædictum iuramentum, & ita tenet totus mundus, ſecundum Salicet. in l. qui lumen, in fin. C. qui accu. non poſ. & ſecundum Alex. & Iaſ. num. 11. in l. properãdum §. ſin autem alterutra, C. de iudic. & ſeruatur communiter ſecundum Alex. in l. athletas, §. calumniatur, num. 3. ff. ex quib. cauſ. infam. irrog.

Sed contrariam opinionem (imo quod ſit adhibẽda diſtinctio) vt excuſetur ab expenſis, ratione præſumptæ calumniæ, non tamen ab expenſis venientibus ratione temeritatis, & abſque dolo, ſeu malitia, vel calumnia. Et hanc dixit communem Alex. in l. ait prætor, in prin. num. 6. ff. de iureiur. & vide bonã gloſ. verb. ſolo, in authen. de iudicib. §. oportet. Prima tamen opinio verior eſt, & tenenda, & ita communiter practicatur.

SVMMARIVM.

1 *Delatio iuramenti in cauſa matrimoniali, qualiter fiat.*
2 *Lex 10. tit. 11. p. 3 declaratur.*
3 *In cauſa criminali, etiam in defectu probationis, non defertur iuramentum.*
4 *Habenti ſemiplenam probat. poteſt deferri iuramentum.*
5 *Cum vno teſte, & alijs adminiculis, defertur iuramentum.*
6 *Diſparitas qualitatis facit vt non deferatur iuramentũ*
7 *Matrimonium non compellitur quis contrahere, data inæqualitate, etiam ſi probatio ſit plena ad contrahendũ.*

QVÆSTIO CCCCXLIX.

Vtrum in cauſa matrimoniali ſit locus delationi iuramẽti. Communis contra communem, & quid iure regio.

DVbium eſſe ſolet, an in cauſa matrimoniali ſit locus delationi iuramenti, & quod non ſit locus, videtur tenere gl. verb. agatur, in l. 3. ff. de iureiur. & intellige hanc quæſtionem de iuramento voluntario, vel iudiciali, ſecundum gl. in c. mulieri, de iureiur. quam ſequuntur Doct. in d. l. 3. vbi Alexan. Ang. & Iaſ. & Hieron. Gigas, conſ. 41. nu. 17. Bart. autem (poſt Iacob. Buttig.) in d. l. 3. num. 2. diſtinguit
1 hoc modo, quod aut iuramentum defertur actori, ad matrimonium contrahendum: vt volo eſſe tua vxor, ſi iuraueris, & tunc valet quaſi de nouo contrahatur matrimonium: aut defertur reo ad matrimoniũ diſſoluendum, & tunc non poteſt deferri, quia non debet eſſe in partium voluntate, & hanc diſtinctionem dixit communem Alex. ibi, num. 16. (& poſt eum Pomates) dixit etiam communem additio ad Bartol. & hanc diſtinctionem adducit ibi Iaſ. nu. 25. allegando gloſſam primam in c. ſuper eo, de eo qui cogno. conſang. vxo. ſuæ, vbi intelligit gloſ. verb. agatur, ſupra allegatam, quam diximus tenere, quod non eſſet locus delationi, in delatione negatiua, vt in 2. par. diſtinctionis.

Sed contrariam opinionem (imo quod ſine diſtinctione ſit locus delationi iuramenti, relata diſtinctione Iacobi Buttig.) dixit eſſe communem Albericus in d. l. 3. nu. 5. Et eſt mirandum, quod moderni, nec Alexandrum, nec Albericum viderunt: De iure au-
2 tem regio reperies l. 10. tit. 11. p. 3. iniuſtructè dicentem, in cauſa matrimoniali locum eſſe delationi iuramenti voluntarij, quod eſt contra Iacobi diſtinctionem: in ſecunda vero parte in delatione iuramenti neceſſarij, non eſt dubium, nam non habet locum in cauſa matrimoniali negatiuè, nec affirmatiuè. Ita gl. & DD. in c. mulieri, de iureiur. ſecundũ Iaſ. in d. l. 3. num. 26. vbi extendit primam partem diſtinctionis, ſcilicet quando iuramentum defertur affirmatiuè (etiam ſi agatur criminaliter) habere locũ, & ad hoc allegat opiniones, ex quibus videtur, quod hæc ſit communis opinio, & pro illa opinione, quod non ſit
3 locus iuramento neceſſario facit, quod in cauſa criminali etiam non admittitur in ſupplementum probationis, vt eſt gl. in d. c. mulieri, cuius opinio abſq; dubio communis eſt, ex adductis per Alex. poſt alios in d. l. 3. in princ. num. 6. vbi Iaſ. nu. fin. & in l. admonendi, nu. 277. ff. eo. & Salic. in tract. de iureiur. 3. p. in fin. Quæ tamen communis opinio eſt limitanda,
4 quando iudex vidiſſet concurrere aliquas coniecturas, & qualitatem partium, tunc enim bene poſſet deferre iuramentum, habenti ſemiplenam probationem, prout explicat bene Abb. (poſt Hoſtien.) in d. c. mulieri, col. 3. & Alex. in d. l. 3. nu. 16. & Iaſ. nu. 3. loquens in cauſa matrimoniali, prout cæteri. Idem Iaſ. in d. l. admonendi, nu. 281. ff. eod. & approbat ibi Curt. ſen. & dicit communem Cottaſius, lib. 3. Miſcella-

ſcellanearum.c.4.& Hippolytus,ſingulari.27. Dec.
in c.ſi pro debilitate,nu.4.de offic.delegat. qui ſe re-
mittit ad conſilium 133. & vide Couarr.in 4. in 2.
5 p.c.4.§.1.qui à num.1.reſoluit quod cum vno teſte,
& alijs adminiculis, defertur iuramentum in cauſa
matrimoniali, & circumſtantias & adminicula, vt
cum vno teſte deferatur iuramentum, tradit Gigas,
conſ.41.nu.20. & illud tenet Gregor. verb. *hauien-*
doſe,in d.l.10.tit.11.part.3.& nouiſſime Maſcardus
(plura congerens) vol.2.de prob.concl.1033. quod
multoties habui de facto in hac audientia eccleſia-
ſtica Archiepiſcopi Toletani,& nunquam potui mo
uere animum iudicis ad delationem talis iuramenti,
ſed profecto illa denegatio magis ex capite quam
ex iure procedit. Vnũ tamẽ ſingulariter eſt aduerten
6 dũ,quod ſi ſit diſparitas qualitatis inter contrahen-
tes,cũ in hoc caſu, ẽt ſi fuerit verificata promiſſio de
7 contrahendo matrimoniũ,non teneatur promittens
cõtrahere,vt tradit Nauarr.in manuali.c.16. nu.18.
Victoria,in ſua ſumma, tit.de bigamis, q.265. Syl-
ueſter verb.copula. & Veracruz, in ſpeculo coniu-
giorum.3.par.art.19. fol. 562. & nbiter illud tenet
Gutierrez,de iuramento confirmatorio. 1.par.c.52.
nu.4.col.3.Nauarra,de reſtit.c.3.num.442.ſequitur
manifeſte,quod in hoc caſu,non ſit deferendum iu-
ramentum,etiam cum vno teſte, & alijs iuris admi-
niculis, quia non eſt expectandus euentus cuius rei
nullus ſequitur effectus,vt in regula iuris, quod ſin-
gulariter declarat Hieronymus Gigas, conſi.41.nu-
me.20.omnino videndus.

QVÆSTIO CCCCL.

Vtrum Lex, ad egregias. ff. de iureiurando procedat in ſenibus. Communis contra communem, & quid iure regio.

DIſpoſitio text.in l.ad egregias. ff.de iureiur. habet locum in ſenibus, ſecundum gloſſam ibi communiter approbatam, vt tradit Tiraquel.de iure primogenituræ,in præfatione, nu.104.& 105. quæ opinio hodie comprobatur ex l.22.tit.11.p.3.

Sed contrariam opinionem ſeruari de conſuetudine,defendit Angelus, in d.l.ad egregias, vbi idem atteſtatur Iaſon nu.9.& qua ætate quis excuſetur ne veniat ad iudicium teſtificaturus,tradit optime & curioſe Ioannes Garcia (meritiſſimus quondam fiſci patronus) in tract. de Hiſanorum nobilitate, gloſſ.48. §.1.& 2.& 3.vbi à nu.58. vſque in fi. plures congeſſit perſonas, quæ excuſantur a teſtificando, & perſonaliter comparendo,& circa ſenes vide l.2.tit.16.p.3.ibi,*fuſſen viejos.*

QVÆSTIO CCCCLI.

SI actor plene probat intentionem ſuam, quamuis reus ſemiplene probet exceptionem ſuam, venit condemnandus. Hæc eſt communis opinio,ſecundũ Albericum in.l.admonendi, num.8.de iureiuran.

Sed contrariam opinionem(imo quod ſit adhibenda diſtinctio, quam ibi aſſignat Bart. nu.50.) eſt cõmunis ſecundum Antonium,in c.fi.col.7. de iureiurando, & dixit etiam communem ibi Abb. num.10. ex cuius diſtinctione reſolue prædictam quæſtionẽ.

QVÆS. CCCCLII.

Vtrum in dubio deferatur reo iuramentum in ſupplemẽtum probationis. Communis contra communem.

IN dubio debet reo deferri iuramẽtũ in ſupplemẽtum probationis (licet actor ſemiplene probauerit.) Hæc fuit ſententia Azonis,in l. in bonæ fidei,C. de reb.cred. per gloſ.in d.l.admonendi,ff.de iureiur. & in reg.cum ſunt partium iura obſcura, de reg.iur. in 6.& approbatur de conſuetudine,ſecundum Accurſ.in gl.1.in l.maritus,ff.de quæſt.

Sed contrariam opinionem (imo quod tribus concurrentibus actori deferri debeat in dubio) tenuit late Bart.in d.l. admonendi,num.57.& ita ſe habet cõmunis practica,ſecundum Iaſ.ibi,in lectura,nu.118. & ſecundum Salic.in d.l.in bonæ fidei, & vide l.2. in fi.tit.11.par.3.vbi latè Greg. verb.*vn teſtigo*,& declarat Parladorius,lib.2.rerum quotid.c.18.nu.6.& hanc vltimam opinionem (referẽs duas communes) tenet Didac.Per.in l.1.tit.1.lib.3.ordin.pro qua expendit d.l.2.

QVÆSTIO CCCCLIII.

Vtrum à iudice definiente cauſam reductionis, vt vir bonus poſſit appellari. Communis contra communem.

AN à iudice definiente cauſam reductionis, vt bonus vir,appellari poſſit,dubium eſt in iure. Et non eſſe licitam appellationem in hoc caſu, tenet Bar.in l.1.nu.18. (poſt Innocentium, in loco ab eo citato.) ff.de leg.2. & allegando ſpecialiter auctoritates ab eo cõgeſtas, hanc dixit magis communem Couar.late diſputans,lib.2. variarum. cap.12.nu.5. ver.tandem.

Sed contrariam partem (imò quod appellari poſſit) dixit veriorem Alex.(& teneri à maiori parte doctorum) in d.conſ.106.nu.6.lib.3.& ſeruandam eſſe in iudicando & conſulendo, admonet Couar.ſup. & illã(vltra ipſum) explicat late Boerius, deciſ.284. nu.16.& 17. Quæ opinio in practica eſt recepta, & ſic ab ea recedendum non eſt in iudicando & conſulendo.

QVÆSTIO CCCCLIV.

DVbium eſt in iure,de quo fideiuſſore veniat intelligendus tex.in l.1.ff.de in litem iurando, & Bart.ibi, in princ.tenet quod de fideiuſſore de iudicato ſoluendo. Et hic intellectus eſt communis, ſecundum Iaſ.ibi,nu.5.

Contrarium tamen (imò quod de fideiuſſore de iudicio ſiſtendo,ſit intelligendus.) dixit ibi communem Albericus,in prin. qui intellectus verior eſt, & tenendus in practica.

QVAESTIO CCCCLV.

Vtrum ad reprobandũ inſtrumentum ſufficiãt tres teſtes. Communis contra communem,& quid iure regio.

QVot teſtes requirantur ad reprobãdũ publicum inſtrumẽtum,quærit gl.fi.in c.3.loco, de probationibus,

batlonibus, & in c.cum Ioannes, de fide inſtrum. quæ glo. tenent requiri tres teſtes. Idem tenet gloſſ. in l. in exercendis, C. de fide inſtrumen. glo. etiam in §. item verborũ, Inſt. de inutil. ſtipul. imo quatuor eſſe quandoque neceſſarios ipſæ gloſſæ reſpõderunt, quod explicat nouiſſime Maſcardus, de probationibus, concl. 919. & Menochius, de arb. caſu. 105. Et circa quæſtionem principalem, Innocentius, & Ioannes Andreas, Antonius Card. & Abb. nu. 13. Felin. nu. 35. in d. c. cum Ioannes, tenent ſufficere duos teſtes, & hæc eſt communis opinio, ſecundum Decium in d. c. tertio loco, nu. 11. & dixit communem Couar. adducẽs alios dicentes communem, lib. 2. variar. c. 13. nu. 11.

Sed contrariam partem (imo quod non ſufficiant duo teſtes) dixit magis communem Guido Papæ, in c. cum Ioannes. & de iure regio vide l. 117. tit. 18. p. 3. vbi ſunt neceſſarij quatuor teſtes, vt aduertit Greg. ibi, verb. *todos*, intelligens illam legem, quando teſtes ſunt inſtrumentales, alias vero ſeruanda eſt diſpoſitio legis 115. tit. 18. par. 3. quod latius declaramus in quæſt. 43. vbi ornatius explicatur iſta quæſtio, & ad ibi dicta eſt recurrendum.

QVÆSTIO CCCCLVI.

Vtrum dictio, plus, prolata à teſte, aliquid operetur. Communis contra communem.

DIctio, *plus*, prolata à teſte, nihil operatur ſecundũ Bartolum in l. etſi poſt tres, ff. ſi quis cautionibus. Idem Bar. in l. furti, num. 5. ff. de in litem iurando, vbi Iaſ. num. 10. dixit hanc eſſe communem opinionem, & dixit etiam cõmunem Iaſ. in d. l. etſi poſt tres, num. 7. & dixit communem Abb. in c. literæ, nu. 14. de dilationibus. Eandem fatetur communem Alciatus, in l. hæc adiectio, ff. de verb. ſignif.

Sed contrariam partem (imo quod aliquid operetur) dixit communem Albericus in d. l. furti, num. 2. quæ opinio veriſſima eſt, & pro ea facit tex. in l. ſi quã do, 11 2. ff. de legat. 2. vbi verba teſtatoris debent intelligi ſemper, vt aliquid operentur, quam concluſionem exornat Iaſ. in l. 3. ff. de iureiurando, (per illum tex.) & Menochius de arbitrarijs, lib. 2. caſu 199. nu. 19. & Ioannes Garcia de nobilitate, gloſ. 1. §. 1. num. 24. & Rolandus conſ. 61. num. 14. vol. 3.

QVÆS. CCCCLVII.

VArios in iure habet intellectus tex. in l. dedi, §. idẽ eſt, verſ. conditione cauſa data. Ita conſtat ex gl. ibi, verb. conditionem: nam alij intelligunt, quod loquatur de conditione generali, ſiue ob cauſam: & hæc eſt communis opinio, ſecundum Albericum, ibi, in finalibus verbis, quem leges cum principio legis: alij intelligunt, quod loquatur de actione præſcriptis verbis, & hunc dixit communem intellectum Barto. ibi, num. 4. & dixit etiam communem Alexan. col. 2. nu. 10. qui intellectus in ſcholis eſt receptus.

SVMMARIVM.

1 *Lex, ciues, C. de incolis, lib. 10. declaratur.*
2 *Ea quæ fiunt pertranſitum, non ſunt in conſideratione.*
3 *Origo patris immutabilis eſt, etiam cum expreſſa renunciatione.*
4 *Imagine naturæ veritas obumbrari non debet.*
5 *Filius quoad munera, & honores, ſequitur patris originẽ, non matris.*
6 *Origo non perditur propter abſentiam.*
7 *Originarius poteſt in loco originis conueniri, ſi ibi reperiatur.*
8 *Incola præſumitur habitator illius ciuitatis potius, quã forenſis, ſi de origine non conſtet.*
9 *Præſumptio iuris transfert onus probandi contrarium.*
10 *Qualitas ſtatuti, vel ordinationis particularis probanda eſt niſi præſumptio legis ſit in contrarium.*
11 *Originarius potius quam aduena præſumitur quis.*
12 *Præſumptio iuris eſt liquidiſſima probatio.*
13 *Statuta collegiorum, ſeu confraternitatum, non rigide ſed benigne interpretanda ſunt.*
14 *Factum antiquum, quod dicatur.*
15 *Originis probatio qualiter fiat.*
16 *Veritas conſideratur in acquirenda origine, non patris deſtinatio.*
17 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
18 *Originarius non eſt filius natus in tranſitu.*
19 *Lex 1. C. de captiuis & poſtlimin. reuerſ. declaratur.*
20 *Habens animum transferendi, non fingitur eſſe incola.*
21 *Filius ruſtici commorantis in ciuitate, non dicitur originarius, licet in ea naſcatur.*
22 *Parochi ciuitatis Toleti habent iniquam conſuetudinem circa ius decimandi, quæ damnatur, cum potius corruptela dicenda ſit.*
23 *Vicini ciuitatis Toleti ſi in ſuis locis colligant fructus, ibi tenentur decimas ſoluere, non vero parochis ciuitatis vbi malitioſe ſe conferunt.*
24 *Decimæ prædiales debentur parochis ſub cuius parochia fructus colliguntur.*
25 *Vicinitas ficta nullum operatur effectum.*
26 *Vicinus proprius & acquiſitus, qui dicantur.*
27 *Vicinus debet morari cum ſua familia in aliquo loco maiorem partem anni, vt gaudeat priuilegio vicinitatis.*
28 *Lex 8. tit. 7 1. lib 9. recop. declaratur.*
29 *Verus ciuis dicitur, qui habitat in aliquo loco ſoluens onera perſonalia, & realia.*
30 El remate y voz de las rentas, ſe ha de conſiderar para la paga de los diez mos de los ganados.
31 *In contractibus conſideratur tempus contractus, & mutatio ſtatus nihil operatur.*
32 *Hypotheca dotalis incipit a promiſſione dotis non a ſolutione.*
33 *Decimæ æqualiter ſunt diuidendæ, quando aliquis habet duas parochias.*
L. 9. tit. 20. par. 1. declaratur. ibid.
34 *Decimæ prædiales debentur vbi prædia ſunt ſita.*
35 *c. 1. ſeſſ. 24. Concilij Tridentini de reformatione matrim. declaratur.*
30 *Parochus proprius contrahentium dicitur ille ſub cuius parochia ſunt contrahentes tempore matrimonij.*
37 *Lex 1. titul. 4. lib. 5. recopilationis declaratur.*
38 *Vicinus dicitur teſtis, vt ſuſtineatur teſtamentum, quando factum fuit cum tribus teſtibus, in loco teſtatoris habitantibus.*
39 *Incola dicitur qui habet voluntatem habitandi in aliquo loco in perpetuum.*

QVÆ-

QVÆSTIO CCCCLVIII.

Vtrum natus in tranſitu per aliquam ciuitatem, dicatur ciuis, & naturalis illius. Communis contra communem.

DIſputatio præſentis quæſtionis, ſatis vtilis, &
neceſſaria eſt in praxi (cum ex eius reſolutio-
ne plura vtilia naſcantur) & pro parte negatiua, quod
natus in tranſitu, non dicatur originarius ciuis, neq;
1 naturalis illius loci, vbi natus eſt, videtur facere text.
in l.ciues, in fin. C.de incolis, & vbi quis domicilium
habere videatur, lib. 10. ibi. *Vnde cum profectus eſt pe*
regrinari videtur, quod ſi rediit peregrinari iam deſtitit.
Pro qua ſententia poteſt etiã expendi tex. in l. Titius,
ff.de actionibus empti: & ratio eſt, quia ea quę fiunt
2 & ſuccedunt obiter, & per tranſitum non ſunt in cõ-
ſideratione, l.naturaliter, §.apium, ff.de acquirendo
rerum dominio, l.ſi quis per hanc, C.de ædificijs pri-
uatis: & ſic iſte natus in tranſitu, ſequetur originem
3 patris, quæ eſt immutabilis, etiam cum expreſſa re-
nunciatione, cum nihil operetur voluntas in his quæ
ſunt naturalia, tex. in l.aſſumptio, ff.ad municipalem,
cuius verba notabilia ſunt, *aſſumptio originis, quæ non*
eſt, veritatem naturæ, non perimit, errore enim veritas
originis non amittitur, nec mendacio dicentis ſe eſſe, vnde
non ſit, deponitur. Neque recuſando quis patriam ex qua
oriundus eſt, neque mentiendo de ea, quam non habet, ve
ritatem mutare poteſt. l.origine, C.de municipibus &
4 orig. lib. 10. Quia imago naturæ veritatem obumbra
re non debet, l.filium quem pater, ff.de lib. & poſthu.
quod fuit de mente Bald. in l.ſi non ſpeciali, num. 7.
C.de teſtam. & tradit Afflictus deciſ. 34. num. 2. vbi
5 dicit, quod ad munera, & honores, filius ſequitur ori-
ginem paternam, non vero maternam, quam opinio-
nem ſequitur Socinus, conſ. 35. vol. 1. col. fin. & Soci-
nus iunior conſi. 37. in princip. Cephalus conſ. 123.
Boerius deciſ. 13. nume. 5. vbi plura conduxit nota-
6 bilia, dicens, quod propter abſentiam nunquam amit
titur nomen originis, Menochius conſ. 80. num. 11.
7 volum. 1. Ex qua veriſſima reſolutione colligo, quod
originarius poteſt in loco originis conueniri, ſi ibi re
periatur, etiam ſi domicilium in alio loco tranſtule-
rit. Ita docet Paulus in l.2. num. 5. C.de iuriſdict. om.
iud. Ripa in cap. 1. nu. 64. de iudicijs, Gozad. conſil.
35. num. 2. Roman. conſ. 39. num. 3. Cagnolus in l.fi.
8 nu. 53. ff de iuriſd. om. iu. Eſt tamen ſingulariter no-
tandum, quod ſi non conſtet de origine alicuius, qui
diu habitauit in aliquo loco, vel ciuitate, præſumitur
incola illius potius, quam forenſis, & qui contrariũ di
cit probare tenetur, cũ quis præſumatur eſſe illius lo-
ci, vbi reperitur, ſiue viuus, ſiue mortuus. Ita Angelus
in l.ſi cum exceptione, §.in hac, ff.quod metus cauſa,
Alciatus in tract. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 15. Ce-
phalus conſ. 223. nu. 2. vol. 1. Crauetta conſ. 6. nu. 8.
Ioannes Botta conſ. 18. nu. 9. vbi dicit, quod hæc præ
9 ſumptio transfert onus probandi cõtrarium, per l.na
tura, in fi. vbi gloſſ. verb. contrarium, ff.de iure dotiũ,
l.generaliter, §.ſi petitum, ff.de fideicommiſſ. liberta.
quod prodeſt, *para las informationes de los colegios y*
cofradias, y del ſanto oficio, in quibus locis de hoc ſępe
vidi dubitari, quia requiritur ex ſuis cõſtitutionibus,
vt manifeſtetur proprietas & natura originis, vt fi-
lius detegatur qualitas oppoſitoris, & ita in terminis
ſtatuti collegij Cremenſis, docet Ioãnes Botta, ſupra,
10 in principio conſilij, & licet qualitas ſtatuti, & ordi-
nationis, ſeu conſtitutionis particularis, probanda ſit,
vt tradit Bartolus in l. 1. §.ait prætor, ff.ne quid in flu
mine publico, Dec. conſ. 13. num. 5. & conſ. 15. nu. 4.
Rolandus conſ. 10. num. 13. vol. 4. Natta conſil. 254.
num. 2. & conſi. 388. & 474. num. 38. vol. 1. Pariſius
conſ. 94. num. 83. vol. 3. Ruminaldus conſ. 29. nu. 10.
11 & conſ. 44. num. 68. tamen quando aliquis per con-
gruum, & antiquiſſimum tempus ſtetit, & habitauit,
in aliquo loco, habet præſumptionem legalem pro
12 ſe, quod non ſit forenſis, & iſtæ præſumptiones ſunt
liquidiſſimæ probationes, vt tradit gloſſ. communiter
recepta in l. ſi tutor petitus, C.de periculo tutorum,
in verb. oſtenderis, quam ſequitur Felin. in c.pruden
tiam, nu. 16. in fin. de offic. deleg. Iaſ. in l.ſciendum,
num. 25. de verborum, Caſſaneus in conſuetud. Bur-
gundiæ, rubr. 1. gl. 7. §. 7. in fine. Maxime, quia prędi-
13 cta ſtatuta collegiorum, & aliarum communitatum,
non rigide, ſed benigne interpretanda ſunt, vt magis
inducant fauorem, quam odium, ita Alciatus conſil.
705. & conſ. 91. num. 7. Menochius conſ. 80. nu. 20.
per tex. in l. 3. §.penul. ff.de decurion. l.magiſtros, C.
14 de profeſſ. & medicis. Et factum antiquum dicemus
in hoc caſu, non ſolum quando ſumus vltra annum
86. quo aliquis, & illorum aſcendentes habitarunt in
aliqua ciuitate, vel oppido, ſed etiam 40. annorum, vt
docet Anto. de But. in cap. cum cauſam, de probatio-
nibus, & in cap. veniens, cap. licet ex quadam, de teſti
bus, quem ſequitur Alex. conſ. 4. nu. 12. & conſ. 187.
vol. 2. Socinus conſ. 106. num. 2. in fine, vol. 3. Alcia-
tus de præſump. regul. 1. præſumpt. 44. Pariſius conſ.
86. nu. 20. vol. 4. Gozad. conſ. 68. num. 6. & 7. Anto-
nius Gabriel lib. 1. communium, tit. de præſcriptioni
bus, concluſ. 16. licet Duennas reg. 299. nu. 7. teneat
(alijs citatis) & Ioannes Garcia, de nobilitate, glo. 18.
§. 1. num. 2. cum ſequentibus, contra Butrium, ſupra,
15 & ſic poteris originem probare, vt tradit Maſcardus
vol. 3. de probat. concluſ. 1141. nu. 10. vbi refert alios
modos probationis originis alicuius, & reſoluit no-
ſtram quæſtionem dicens, quod filius natus per tran-
ſitum, in eo loco vbi mater non erat manſura, dicatur
ibi originem ſortiri, vt tradunt DD. Imola, Alex. &
Paulus, in l.huiuſmodi, §.legatũ, ff.de leg. 1. Pro qua
ſententia dicit Cumanus ibi, conſuluiſſe & ita de fa-
cto fuiſſe ſeruatum, idemq; tenet in l.cætera, §.ſed ſi
quis ad opus, in fi. ff.eod. tit. aſſignans rationem, quia
16 in acquirenda origine conſideratur veritas, non pa-
tris deſtinatio, vt in d.l.aſſumptio, & veritas imagine
naturæ, non debet obumbrari, d.l.filium quem pa-
ter, ff.de liberis & poſthum. nam alias ſequeretur (ſe-
cundum eum) quod ſi aliquis Lutetiam ſe conferret,
cauſa ibi habitãdi, & in itinere vxor pareret, quod fi-
lius eſſet originarius ciuis Lutetiæ, vbi pater nunquã
fuit, quod eſſet abſurdum, & iſtam opinionem ſequi-
tur Crotus in repetit. l.ſi quis pro emptore, nu. 104.
verſ. vltimo notandum, ff.de vſucapionibus. Cagno-
lus in rub. de origine iuris, num. 30. & hanc dicit cõ-
munem opinionem Iaſ. in d.§.legatum, nu. 14. dicit
etiam communem Ioannes Botta d.conſ. 28. nu. 113.
vbi dicit, quod ab hac opinione, in iudicando non eſt
recedendum.

17 Sed contrariam opinionem(vt d.l.ciues,non pro-
cedat in origine fortuita, veluti ſi in ciuitate aliqua ſit
aliquis natus ex parentib.qui non cōſtituerunt ibi do
micilium, ſed erant tanquam aduenæ ſtatim receſſu-
18 ri, vel ibi recreationis cauſa aſſiſtebant , tunc ibi na-
tus ob hanc originem caſualem, & fortuitam,non di
cetur ciuis,neque originatius : quia ad hoc,vt aliquis
ratione propriæ originis ſequatur locum , & domici-
lium,oportet quod in loco, in quo natus eſt,parentes
habeant,vel conſtituant domicilium,non commoran
do ibi tanquam tranſeuntes)arg.text.in l.1.C.de ca-
19 pti.& poſtlim.reuer. d.l.ciues,ibi,*vnde cum profectus
eſt,peregrinari videtur*,ita tenet Bart.in l.filios, nu.4.
20 C.de municipalibus, & originar. lib.10. & ratio eſt,
quia qui habet animum ſe transferendi, fingitur non
eſſe in eo loco,l.quæſitum, in fi.ff.de leg.3.l.heres ab
ſens,ff.de iud.c.Romana, vbi gl.de foro cōpet.lib.6.
quod tenet Abb.in c.Rodulphus,nu.9. vbi Barb.nu.
97.de reſcrip.idem Barb.conſ.52.num.2.vol.2.can-
demque opinionem ſequuti ſunt Petrus, Cynus,Bal.
Ang.Albericus, in d.§.legatum, Felin.in d.c.Rodul-
phus,nu.13. vbi dicit hanc opinionem ſe vidiſſe ob-
ſeruatam Ferrariæ,cū caſus de facto contigiſſet: idem
reſoluit Lancelot. Decius in d.l.heres abſens,§.proin
de,vbi dicit hanc opinionem eſſe cōem,& dicit Bart.
21 conſ.172.num.6.lib.1.quod licet filius ruſtici cōmo
rantis in diſtrictu ciuitatis, natus fuerit in ciuitate,nō
dicitur per hoc ciuis originarius, vt etiam tenet Boer.
deciſ.13.num.49.& ſic hanc vltimam opinionem ſe
quitur Ripa in tract.de peſte, 2.par.de priuileg.con-
tra cauſ.peſtis, priuil.18.num.183.vbi dicit commu-
nem opinionem,quam ſequitur Rebuffus,de priuile.
ſcholar.priuileg.65.nu.5.& cōcordiam aſſignat Ma
ſcardus ſupra num.7.ex qua veriſſima reſolutione ve
22 nit reprobanda quædam appellata cōſuetudo, quam
perperam & inique parochi huius ciuitatis Toleti in-
tendunt habere (quæ potius corruptela vocanda eſt)
23 videlicet,quod ſi vicini,& originarij oppidi de Var-
gas,aut de Olias, vel alterius loci vicini huius ciuita-
tis(qui colligunt fructus in ſuis locis, vbi habitant)ſe
conferant in aliquam domum huius ciuitatis , quod
reputentur ſtatim vicini, & quod teneantur decimas
prædiales ſoluere illis parochijs , ſub cuius parochia
domus ſita eſt. Quod eſt maximum abſurdum,& ini-
qua prætenſio,cum illi non ſint vicini, nec originarij
huius ciuitatis,& domus in qua habitant,non eſt pro
pria,ſed conducta, magis ad illum effectum, vt repu-
tentur vicini,quā quod vere vicinitatem habeant(pro
ut de iure & ſecundum ordinationes Toleti requiri-
tur)quia ſunt aduenæ ſtatim receſſuri , abſque animo
ibi commorandi,ſed potius fraudandi(cum graui pec
24 cato)decimas prædiales,proprio ſuo parocho pertinē
tes, quæ cæteris nec debentur ratione perſonæ (cum
non ſint vicini)nec ratione prædiorum, vt in c.fin.de
parochiis,c.cum ſit,de decimis,cap.à nobis(vbi DD.)
eod.titu.Quod in tantum verum eſt,quod beneficiati
curati illius parochię, vbi prædia ſunt ſita,habeant in
tentionem fundatā contra propriū epm , vt in c.fi.vt
lite pendente,vt tradit Rebuffus(alijs citatis)in tract.
de decim.q.7.nu.3.quem & alios ſequitur Mieres de
maioratu,1.par.q.58.nu.13.& Ioan.Gutierrez, noniſ
ſime,2.par.canonicarum quæſt.c.21.nu.54. vbi dicit
communem opinionem, ſequendo Abb.nu.4.in d.c.
25 fi.& alios plures, & ſic cum iſtæ vicinitates ſint pro-
curatæ & affectatæ , ad illum particularem effectum ,
abſque aliquo animo ibi commorādi, imo ſubtrahen
di decimas vero parocho, non debent conſiderari, cū
26 illi nō ſint vicini proprij,nec acquiſiti, quia ad acqui
27 ſitionē uicinitatis debet quis habitare maiorem par-
tem anni,continue in aliquo loco, cum tota ſua fami-
lia,ut eſt gloſ.in l.1.verb.maneat, vbi notat Bart.ff.de
lib.agnoſc.l.1.habitare, §.ff.de his qui deiecerūt, vel
effud.gloſ.in element.cauſam, verb.communiter, de
elect.Boer.deciſ.272.nu.2. & ſequitur Matthæus de
Afflictis,deciſ.384.num.11.Pro quibus iuribus facit
lex notabilis 8.tit.27.lib.9.recopilat.ibi,*ſaluo ſi en el*
28 *lugar morare y tuuiere vezindad y caſa poblada la ma-
yor parte del anno,con ſu muger y ſus hijos*, & ſic reſol-
uit Maſcardus,ſupra num.22.non poſſe quem verum
29 ciuem & originarium alicuius loci nūcupari , ad hoc
vt gaudeat priuilegijs illius loci,niſi in eo habeat do-
micilium , & collocauerit ibi maiorem partem ſuarū
fortunarū,ſoluendo onera perſonalia,& realia: quod
non faciunt prædicti , imo in ſuis locis collectantur,
& matriculantur: quod in tantum verum eſt,quod li
cet per maiorem anni partem habitent in hac ciuitate
(prout de iure,& ſecundum illius ordinationes requi
30 ritur) ſi tēpore locationis decimarum , *les coge la voz
de la renta en ſus lugares, paſtando alli con ſus ganados*,
tenentur decimam parochia ſuę parochię,vel eius lo-
catoribus ſoluere, & non parocho huius ciuitatis, &
ſic debet intelligi & declarat l.9.tit.20.par.1.vbi Gre
31 gor.& ratio eſt, quia in contractibus conſiderandum
eſt tempus contractus,& nō tempus perceptionis fru
ctuum,l.ſi filiusfamilias,78. de verborum, & ſic, nec
mutatio ſtatus,vel vicinitatis ex poſt facto ſequutę,ali
quid operabitur,tex.elegans,in l.quęcunque,55.ff.de
actionibus,& obligationibus,ibi, *durante etiam,ſi ſer
uus poſtea vel manumiſſus , vel alienatus, vel mortuus
fuerit*, pro qua ſententia expendi poteſt l.33.titu.13.
32 par.3. in fin. ex qua colligitur , quod hypotheca do-
talis incipit a promiſſione dotis, & ſic à tempore con
tractus, non vero à tempore traditionis. Ita docet An
to.Gomez,in l.50.Tauri,nu.38. pro qua ſentētia fuit
iudicatum,vt tradit Mohedanus, deciſ.51.per legem
qui balneum,& l.potior, ff qui potio.in pignore ha-
beantur,& ſic in noſtro caſu dicendum eſt,quod obli
gatio ſoluendi decimam, incipit à die contractus , &
ſic,*adonde cogio al dezmero al tiēpo de la voz de la ren-
ta*,& non à die ſolutionis, quod ſępiſſime contigit in
33 cauſis decimalibus de facto, & ita obſeruatur de con
ſuetudine. Si vero aliquis habeat duas parochias, vbi
audit diuina officia & ſacramenta miniſtrantur, quia
in hyeme audit diuina officia in vna parochia , & in
ęſtate in alia,tunc ęqualiter decimę mixtę, & perſona
les,ſunt diuidēdę,vt d.l.9.tit.20.par.1.ibi, *deuen dar
diezmo a las igleſias donde ſon parrochianos*,intelligen
do legem illam,prout intelligit Gregor.ibi,verb.*onde
ſon parrochianos*,) & tradit Paz, in ſua praxi, 2.tomo,
34 1.part.cap.5.numero 10. Decimę vero prędiales ſol
ui debent , vbi prędia ſunt ſita , vt cap.fin. de paro-
chijs , niſi conſuetudo ſit in contrarium , quę ſemper
in pręſtatione decimarum attendi debet , vt in capit.
cum ſint homines , capit.Apoſtolicę , de decimis. Ex
35 qua reſolutione venit declarandus text.in cap.1.ſeſ-
ſione 24. de reformatio.matri. vbi diſponitur ma-
trimo-

Digitized by Google

trimonium aliter quam coram proprio parocho con
36 tractum eſſe nullũ, vt hic dicatur proprius parochus
contrahentium non ſolum parochus originarius, id
eſt, in cuius oppido contrahentes habent proprium
domicilium, & originem, ſed etiam ille, in cuius pa-
rochia habitat ille, qui contrahere intendit matrimo
nium, dummodo non ſit aduena, vel alienigena, ſta-
tim receſſurus. Ita reſoluit Salzedo in practica ad
Bernardum Diaz.ca.73.verſ.14. in fine, fol.244. vbi
dicit, ſic ab illuſtriſſimis cardinalibus fuiſſe reſpon-
ſum, idemque tenet Caualcanus deci.12.nu.22.verſ.
& aduertendum, in 2.par. Vlterius etiam ex hac reſo
37 lutione intelligi poteſt, l.1.tit.2.lib.5.ordinamenti,
38 quæ eſt l.1. tit.4.lib.5.recop. vbi tres teſtes requiſiti
in teſtamento nuncupatiuo, debẽt eſſe vicini, & is di-
cetur vicinus in caſu illius legis non ſolum origina-
rius, ſed etiã ille qui, licet aduena ſit, cum vicinis, ſeu
ciuibus commoratur, maxime, ſi onera ipſius populi
iubeat, etiam ſi maiorem partem anni ibi nõ habitet.
Ita tenet Burgos de Paz, in l.3. Tauri, a nu.354. quẽ
ſequitur (optime declarans) Matienço in d.l.1. tit.4.
gloſ.1.num.2.& 3.lib.5.recop.& Auendannus reſp.
14.per totũ, Alciatus in l.pupillus, §.incola.ff.de ver-
borum ſignif. vbi dicit, quod incola, non ſolum dici-
39 tur is qui decennium aliquo in loco habitabat, ſed ẽt
is, qui, cum aduena eſſet, in aliquã ciuitatem ea men-
te ſe contulit, vt ibi perpetuo eſſet habitaturus, quod
ex varijs coniecturis colligi poſſet, vt tradit Matien-
ço, ſupra, nu.7. Quæ omnia ſunt menti tenenda, quia
practicabilia & quotidiana ſunt.

QVÆSTIO CCCCLIX.

Vtrum venditor teneatur rem tradere præciſe, vel libe-retur præſtando intereſſe. Communis contra communem, & quid iure regio.

DVbium eſſe ſolet, an venditor compellatur rem præciſe tradere, vel liberetur præſtando intereſ-ſe. Et eſſe compellendum rem tradere tenebat Marti-nus (Gloſſator antiquus) præciſe, & hæc eſt commu-nis opinio ſecundum Albericum, in l.ſi traditio, C.de action.empti, & in hanc partem frequentius itum eſ-ſe dicit Alciat.in l.habere duobus modis, ff.de verb. ſign. & ex hoc reprobatur communiter opinio Vul-gatini, dicentis venditorem liberari præſtãdo intereſ-ſe, & ſi haberet facultatem rei reſtituendæ. Ita Iaſ.in l.in actionibus, nu.21.ff.de in litem iurando.

Sed contrariam opinionem, imo quod debeat fie-ri diſtinctio, an venditor habeat facultatem tradendi, & tunc cõpellatur: vel non habeat, & quod tunc non compellatur, ſed liberetur præſtando intereſſe, tenet Bar.in l.1.ff.de action.empti, & in l.certi condictio, nu.21.ff.ſi cert.petatur, & in l.ſtipulationes nõ diui-duntur, nu.38.ff.de verb.oblig. vbi Iaſ.nu.34.& Za-ſius nu.35.dicunt hanc eſſe communem opinionem, & illam tenet Sal.in d.l.1.ff.de actio.empti, vbi Pau lus nu.4.dixit communem, idem Paulus in d.l.ſi trà-ditio, idem dixit Iaſ.in §.actionum, nu.547. Inſtit.de action. & teſtatur eſſe communem Decius num.11. Purpuratus nu.86.in d.l.certi condictio, & eſt cõmu nis ſecundum Abb.nu.10.& Felin.nu.34.in c.cum Ioannes, de fide inſtrumentorum, vbi idem dixit Imo la, dixit etiam communem Antonius de Burgos in rub.de emp.& vend.col.1. Rebuffus in l.vnica, C.de ſent.quæ pro eo quod int.prof. vbi etiam dixit cõmu-nem, & Belonus in §.pretium, de emptione & vend. vbi refert has opiniones. Et pro opinione Vulgarini facit tex.in l.ſi iactu retis, 2.reſponſ.ff.de action.em-pti, & vide l.2.tit.16.lib.5.recop. vbi late Matienço, & Azeuedo, per quã legẽ confirmatur prima opinio.

QVÆSTIO CCCCLX.

MVlier tranſiens ad ſecunda vota, non poteſt re-linquere ſecundo marito vltra tertiam partem bonorum: ita cauetur in l.1. C.de ſecundis nuptijs. Dubium tamen eſt, ſi mulier iſta maritum ſolum he-redem inſtituit, in ſua parte, diceturne in alijs duabus partibus quas marito non potuit relinquere, decede-re inteſtata. Et maritum hoc caſu inſolidum eſſe he-redem, & teneri reſtituere illas duas partes venienti-bus ab inteſtato, tenuit gl.in d.l.1.(referendo opinio-nem Ioannis) & hanc dixit ibi communem Salicetus num.5.

Sed contrariam ſententiam (imo quod maritus ſo-lus ſit heres in tertia parte, ac vxor in alijs inteſtata de cedat) aſſerunt eſſe communem. Iaſ.in d.l.ſi is qui, nu me.9.ff.de vulg. Decius in reg.ius noſtrũ, col.penult. & Cagnolus ibi col.6.ff.de reg.iuris. Quæ opinio ve-rior eſt & tenenda, maxime iure regio, ex l.1.tit.2.lib. 5.ordinamenti, per quam legem poteſt hodie teſtator decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, vt latius diximus in quæſt.103.

QVÆSTIO CCCCLXI.

Vtrum quæſtio iuriſdictionis expediatur ſecundum for-mam libelli, vel ſecundum id quod debetur. Communis contra communem.

QVæſtio iuriſdictionis expeditur ſecundum for-mam libelli, & non ſecundum id, quod debe-tur. l.cum quædam puella, §.quoties, ff.de iuriſdictio ne omnium iudicum, ex qua l.inferebat Bar. in l.qua cunque, num.9. ff.ſi quis in ius vocatus non ierit, & in repetitione, nume.17.quod ſi ego, qui ſum Bono-niæ, conuenio hominem Florentinum, ratione con-tractus Bononiæ celebrati, vel propter delictum ibi commiſſum, & Florentinus dicit, ſe neque Bononiæ, contraxiſſe, nec ibi delictum commiſiſſe, poterit ni-hilominus iudex contra Florentinum procedere, ne-que hic ſummarie cognoſcere oportebit de contra-ctu, vel de delicto, ſed ſolum debere attendere for-mam petitionis libelli, cuius opinionem ſequitur ibi Fulgoſius, & eam late defendit Alex.num.16.dicens (in fine) eſſe articulum ſatis dubium, ſequitur etiam Fulgoſius, in l.præſcriptione, C.ſi contra ius, vel vti-litatem publi. & Paulus in d.l. cum quædam puella, num.2. Et hanc opinionem Bar.fuiſſe in facto ſeruatã, aſſerit Aufredus in deciſ.Capellæ Toloſanæ. 210. col.3. vbi aſſerit eſſe communem opinionem.

Sed contrariam ſentẽtiam (imo quod debeat ſum marie cognoſcere de contractu celebrato, vel de deli cto patrato) tenet Innocentius, in c.ſuper literas, nu. 7. verſ.item quid, de reſcriptis, & ibi etiam Anton.&

Abb.col.fin.qui aſſerit hoc eſſe verius. Et huius opinionis dicitur fuiſſe auctor Butticarius, in d.l. præſcriptione, vbi Bart.(ſibi contrarius) in hac etiam ſe inclinat ſententia, & ſequitur etiam illam Archidiaconus, & Dominicus in c.Romana, §.contrahentes, de foro compet.lib.6. & eſt communis ſecundum Felin.in c.ſi clericus laicum, col.2.verſ.limita ſecundo, de foro competen.& aſſerit etiam communem Curt.in d.l.ex quacunque, num.32. idem etiam dixit communem conſilio 124. numero ſexto, & dixit communem etiam Boerius (aſſerens quæſtionem bis de facto tenuiſſe) in c.ea quæ(ad Dinum) de reg.iur.in 6.quæ opinio veriſſima eſt, & in practica recepta, & ab ea non eſt recedendum in iudicando & conſulendo.

QVÆSTIO CCCCLXII.

Vtrum ius patronatus ſit ſpirituale ex ſua prima origine, vel propter annexionem. Communis contra communem.

IVs patronatus eſſe ſpirituale ex ſua prima origine, & non propter annexionem tenet Abb. in rubr. de iudic.nu.4. quam opinionem (ex voto antiquorum) dicit communem.

Sed contrariam ſententiam ſequitur ibi Abb.imo, quod ex annexione ſit ſpirituale, cuius opinionem eſſe communem affirmat Ripa in d.rubr. nu.80. quod eſt notandum ad c.quanto, de iud.per quem tex.confirmatur hæc opinio, quæ eſt verior & tenenda.

QVÆSTIO CCCCLXIII.

SI ſtatuto caueatur, quod bannitus non audiatur nec ciuiliter, nec criminaliter, & ſit ab aliquo percuſſus, nó poterit iudex de percuſſione inquirere. Ita Bart.in l.non ſolum, §.fi.ff.de iniur. & innuit ibi eſſe communem opinionem Alex.ad Cumanum.

Sed contrariam partem dixit communem Felin.in c.dilecti, de exceptio.nu.5. & dixit communem Dec. poſt Felinum, in ca.cum inter, num.10.eod.tit. Quæ opinio veriſſima, & iuri & æquitati conſona eſt, ne delicta remaneant impunita, contra l.congruit, ff.de offic.præſ.

QVÆSTIO CCCCLXIV.

Vtrum heres, qui tenetur ex delicto defuncti, ſi non conficiat inuentarium, teneatur vltra vires hæreditarias. Communis contra communem.

IVre canonico heres tenetur ex delicto defuncti, etiamſi ex eo crimine nihil ad eum peruenerit. text. eſt(vbi notat gloſ.) in c.fi.de ſepult.idem probat text. in c.nobis, 28.in fi.de ſenten.excom. vbi etiam notat gloſ.& ita tenent cõiter canoniſtę, quos refert Couar. lib.3.variarum, cap.3.num.7. Iulius Clar.in pract.criminali §.fin.quæſt.51.verſ.vlterius quæro: & ita fuit deciſum in deciſione Pedemontana, 131. num.5. ſecus tamen eſt de iure ciuili vt in l.1. C.ne ex delictis defunctorum, & hanc differentiam inter vtrumque ius, conſtituit gloſ.communiter approbata, in d.c.fi. quam dixit ibi communem Abb. num.6. idem Abb. dixit etiam communem in c.in literis, num.3.de raptoribus, dicit etiam communem Angelus in ſua ſumma, verb.heres, & dicit communem opinionem legiſtarum & canoniſtarum Duennas, reg.15. num.22. Menchaca, controuerſiarum illuſt.cap.96.nu.27. Iulius Clarius ſupra, quęſt.51. Antoni.Gomez. 3.tom. variarum, ca.1. num.85.& deciſio Pedemontana, ſupra, eandem fatetur communem Aretinus, in l.furti actione, C.de furt.& fatetur etiam communem Rodericus Xuarez, alleg.26. Syluester in ſumma, verb.hereditas, 3.§.4.& alios adducit Couar.d.lib.3.variarum, c.3.num.7. Nec omittam hanc definitionem non ſine ſcrupulo eſſe, nam contrarium tenet Abb.in d.c.fi. & in c.in literis, & pro opinione Abbatis, eſt gloſ.fin. in d.c.à nobis, de ſenten.excommun. quam probant Abb.ibi.& Felin.& Angelus de Clauaſio, in ſua ſumma, verb.heres, in §.4. & alios plures refert deciſio Pedemontana, ſupra, num.4. Prima tamen opinio eſt verior & tenenda, quam ſequitur & defendit Gutierrez lib.2.canonicarum, cap.18.num.54. Modo dubium eſt, an heres, qui ex delicto defuncti tenetur iuxta ius canonicum(vt modo diximus) teneatur etiam vltra vires hereditarias, ſi inuentarium non fecit; & quibuſdam placet ſat eſſe, iuxta vires patrimonij conueniri poſſe(etiam non confecto inuentario.) Ita tenet Federicus de Senis, conſi.21.alias 12.& dicit communem Ruinus conſil.20. lib.4.& Couar.d.c.3.nu 4. Boſius in ſua pract.tit.de pœnis, nu.34. & hanc dicit eſſe crebriorem ſententiam, deciſio Pedemontana, ſupra, nu. 9.quá ſequitur Villalobos, in antinomia iuris, ver.heres, & ſequitur dicens communem Fanus, de pignoribus, 4.membro, 2.part. num.224. & quatuor fundamenta pro hac opinione refert nouiſſime Gutierrez, lib.2.canonicarum, quęſt.18.nu.65. Ioannes Andr. & Francus, in c.q̃q̃.de vſuris, in 6.tenet etiam Henricus, in c.fi.de ſepultur. Anania in c.ma nos eod.tit. & eſt communis opinio ſecundum eundem in d.c.in literis, num.7.

Sed contrariam opinionem, vt heres in foro animę, non teneatur ad debita vltra vires hereditarias, non confecto inuentario, ſi realiter & vere nihil occultauit, tenet Hoſtiéſis, in ſua ſumma, tit.de teſtamentis, §.penult. Ioan.Andreas in d.c.quamquam, Felinus in c.1. num.44.de conſtitutionibus, Bart.in rub.ff.de acquir.hered.num.3.vbi dicit, quod ita tenent theologi, & ibi Alex.num.7.& dicit magis communem Iaſ. in d.rubr.nu.23.& 24.& Ruinus conſ.20.lib.4. Anchar.conſ.402.& 411.Gratus conſ.91. & tenuit glo. pen.in d.c.in literis. quam ſequitur Paulus in rub.ff. de acquir.heredi.& eſt communis opinio ſecundum Abb.in d.c.in literis, num.3. & in conſ.74.num.9.in 2.par.vbi dicit communem, & Menoch.lib.1. præſumpt.quęſt.88.num.3. Syluester in ſumma, verb.hereditas, 3.quæſt.5. Paludanus in 4.diſtin.15. quęſt.2. art.5. Nauar.lib.3.de reſtit.c.4.num.172. & declarat Couar.lib.3.variarum reſolu.c.3.nu.8. & Dec.conſi. 49.nu.60.lib.2. Segura in l.1. §.ſi uir uxori, nu.125. ff.de acquir.poſſ.vbi Didac.Perez, idem in quæſt.10. procemiali ord. & dicit communem Oroſcius in l.2. num.3.& 4.ff.de offic.procurat.& Mench.de ſucceſſ. creat.§.1.num.26.& §.2.num.12. Anto.Gomez in l. 3.Tauri, num.21.

QVÆ-

QVÆSTIO CCCCLXV.

OPinio Martini, relata per gloſſam in l.2.C.de bonorum poſſ.ſecundum tabulas, in verb.doceri: ſeruatur de conſuetudine, ſecundum Speculatorem, in tit.de inſtrumentorum editione. §.compendioſa, verſ.ſed quid ſi vnus. Sed eam communiter reprobari aſſerit ibi Iaſ.num. 10.& declarat Oldradus, conſi. 297.in fine. Decius, conſ. 114.col.5. Iaſ.in l.Lucius, col.7.de vulg. Ciſuentes, in l.3.Tauri, Iaſ.in l.admonendi, num.39.ff.de iureiurando.

QVÆSTIO CCCCLXVI.

Vtrum indulgentiæ Pontificis extendantur ad animas purgatorij. Communis contra communem.

ELegans eſt quæſtio, vtrum indulgentiæ conceſſæ per Romanum Pōtificem, pro viuis, & mortuis, extendantur ad exiſtentes in purgatorio, ſi faciant viui, quod in forma indulgentiæ continetur: Et ad eos non extendi eſt communis opinio, ſecundum Alex. in 4.diſt.20.

Sed contrariam partem dicit communem Innocētius, in c.quod autem, de pœnitentijs & remiſſionib. & hæc opinio veriſſima eſt, & alij plures relati per Felinum, in ſermone de indulgentia plenaria, num.21. verſic.tertium. §.7.in qua quæſtione conſulito theologos, & vide Gregorium, verb.*pro*, in l.37.tit.4.p.1. qui bene declarat hanc materiam indulgentiarum.

QVÆSTIO CCCCLXVII.

Vtrum perempta inſtantia, perimatur ad effectus. Communis contra communem.

EFfectus perfectus, ante peremptionem inſtantiç, non perimitur perempta, inſtantia. Exemplum, vide per litis conteſtationem, qua quis efficitur malæ fidei poſſeſſor, tex.in l.nemo. C.de rei vendicatione, & perpetuatur actio, l.fin.C.de præſcriptione 30. vel 40.annorum, & res efficitur litigioſa, tex.in authentica, res litigioſa.C.de litigioſis: iſte talis effectus nō perimitur perempta inſtantia. Ita tenet Innocentius, in c.cauſam quæ, de teſtibus. & Bart.in l.cum lite. ff.iudicatum ſolui, & eſt communis opinio ſecundū Abb. in d.cap.cauſam, quæſt.1.de teſtibus, num.9.

Sed contrariam ſententiam (imo quod talis effectus perimatur) tenuit glo. (paſſim habita pro ſingulari) in l.2. C. de fructibus & litium expenſ. quam plures ſequuntur, quos citauit Tiraquellus, de vtroque retractu.§.15.gl.2.nu.19.vbi tandem dicit communiter ſeruari. Sed prima opinio verior eſt, & tenēda in iudicando & conſulendo, cum actus perfectus & conſummatus non vitietur, licet peruenerit ad cauſam, à quo non poterat inchoari. l.fin. C.de nuptijs. Ex qua l.plura ad propoſitum congeſſit Didacus Perez, in l.1.tit.3.lib.5.ordinamenti.col.148. Tiraquellus, de ceſſante cauſa, limitatione 12.& in l.ſi vnquā. verb.donatione largitus, num.230. & verb.ſuſceperit liberos, num.151.

QVÆSTIO CCCCLXVIII.

Vtrum ſi heres grauetur reſtituere hereditatem pauperibus, vel aliæ piæ cauſæ, tranſeant actiones ipſo iure in piam cauſam. Communis contra communem.

REgula iuris eſt quod fideicommiſſarius ante reſtitutionem factam nullum ius habet reále, in bonis fideicōmiſſo ſubiectis. l.1.l.reſtituta.ff.ad Tre. facta vero reſtitutione, fideicommiſſarius efficitur heres, & transfertur in eum dominium, omniaque iura, & actiones actiuæ, & paſſiuæ, quæ regula limitatur a doctoribus, vt non procedat quando heres grauatur reſtituere hereditatē pauperibus, vel piæ cauſæ, quia tunc ipſo iure tranſeunt actiones actiuæ & paſſiuæ in piam cauſam, abſq; aliqua reſtitutione, ita Bar.in l.1. q.6.nu.59.C.de ſacroſanctis eccleſijs, vbi Iaſ.nu.10. & 11.dicit communem opinionem: quia in dubio eſt fauendum religioni. l. ſunt perſonæ. 43. de relig. & ſumptibus fun. Et hanc dicit magis communem opinionem Alex.in l.1.§.ſed & quoties.ff.ad Treb. Tiraquellus, de priuilegijs piæ cauſæ.c.38. Menchaca, de ſucceſ.prog.lib.3.§.26.& de ſucceſ.reſol. §.11.n.54. Villalobos in ærario comm.ver.fideicōmiſſum, n.50.

Sed contrariam opinionem tenet Burſatus, conſi. 55.num.22.& 26.vol.1. Tobias Nonius, conſi.201. vol.1.& hanc dicit communem Michael Craſſus, receptarum ſenten.§.fideicommiſſum, quæſt.42.nu.7. Prima tamen verior, & ęquior eſt & ſic tenenda in iudicando & conſulendo.

SVMMARIVM.

1 *Dominium vtile transfertur in cenſuarium, & etiam directum.*
2 *Dominium vtile tantum transfertur in emphyteutam.*
3 *Lex ſi.tit.8.p.5.declaratur.*
4 *Cenſum ſoluimus de re propria & emphyteuſim de re aliena.*
5 *Emphyteuta cadit a iure non ſoluens penſionē intra triennium: quod ſecus eſt in cenſuario, etiamſi per mille annos non ſoluat.*
6 *Pactum, vt res cenſualis cadat in commiſſum non valet, nec ſeruatur in cenſu redimibili.*
7 *Lex 68.Tauri declaratur, vt ſolum procedat quando res proprie datur, & poſtea ſuper ea cenſus imponitur.*
8 *Lex 63. titu.5.p.5. declaratur vt non procedat in cenſu redimibili.*

QVÆSTIO CCCCLXIX.

Vtrum ſit differentia inter contractum cenſualem, & emphyteuticum. Communis contra communem.

INter contractum cenſualem, & emphyteuticum,
multùm intereſſe, nemo eſt qui ambigat, & colligitur ex Bar.in l.1.§.1.nu.4.ff.de publicanis, & vect.
& ex gloſ. in c. conſtitutus, de relig. dom. vbi inter
1 alias differentias, ponit, quod in cenſuatium transfertur dominiū vtile, & directum, adeo quod nihil apud
2 dominum remaneat, in emphyteutam vero transfertur vtile tātum. Ita magiſtraliter declarat Ant.Gom.
in l.68.Tauri, nu.2.vbi refert practicabiles effectus,
reſultātes ex hac differentia, reſoluens eſſe cōmunem

opinionem ſic declarans legem 1. C.de iure emphy-
3 teutico.l. 1.ff.ſi ager vectigal vel emphyt. l.ſi.tit.8.p.
5.vnde ſi in conceſſione emphyteuſis dicatur, *transfe-
ro omne ius*, eſſet contractus cenſualis, & non emphy-
teuticus. Ita tenet Imola in c.ad audientiã, nu.4.de re-
bus eccleſię non alien. Iaſ.in l.1.Col.10.C.de iure em-
4 phy. ex qua differentia ſequitur alia, quod cenſum
ſoluimus de re propria, & emphyteuſim de aliena, &
eſt communis ſecundum Abb.in d.c.conſtitutus, nu.
20.& Euerardus in topicis legalibus, col.152. ſequi-
tur etiam alia ſingularis differentia, quod emphyteu-
5 ta ceſſans ſoluere pẽſionem triennio priuato, & bien-
nio eccleſiæ cadit a iure.l.2.C.de iure emphyteutico.
c.potuit, de locato: ſecus autem eſt in cenſuario, nam
etſi per mille annos non ſoluat, non cadet a iure ſuo.
Ita tenet gl.verb.iuſta, in d.c.Conſtantinus, Imola, &
Iaſ.in d.l.2.nu.41.C.de iure emphyteutico, Bar.in d.
l.1.§.1.Socin.conſ.167.vol.2.Hyppol.ſingulari 95.
& dixit communem Dec.conſ.138.vol.5. & dixit eẽ
communem Iacobinus, in auth.qui rem, nu.53.C.de
ſacroſ.eccleſ, & alios refert & ſequitur Matienzo, in
l.1.tit.15.glo.2.nu.1.lib.5.recop.vbi illud defendit,
6 etiam ſi adijciatur pactum, vt res cadat in commiſſo,
quam opinionem ſequitur Auendãnus, reſp.112.&
Couar.lib.3 variarum c.7.nu.1.quod pactum nõ ſer-
natur in cenſu redimibili, niſi in caſu legis 68. Tau-
7 ri, quam eleganter declarat in caſu noſtro Gutierrez,
lib.2 practicarum, quæſt.q.168.nu.10.de iuram.con-
firmatorio.1.p.c.31.nu.10. Ioan. Garcia de expenſis.
& meliorat.c.9.nu.63.& 64. Mexia, ad l.Tolen, fol.
mihi 140.nu.16.Olano, litera A. nu.97. & nouiſſi-
me alias differentias congeſſit Felicianus de Solis, in
tract.de cenſib.in proœmio, nu.29.& eſt alia pulchra
differentia, quia ſi vendatur aliqua res pro libera ab
aliquo cenſu, intelligitur de cenſu perpetuo, non ve-
ro de redimibili, & ſic in primo caſu, non valet ven-
ditio, in ſecundo vero ſic, vt probat tex.ſic intelligen-
8 dus in l.63.tit.5.p.5. quem ad hoc ponderat Gutier-
rez, practicarum quęſt.lib.2.q.169.per totam, & Ola-
nus in Ant.iuris, litera V.nu.3.

Sed in quæſtione principali contrariam opinionẽ dixit communem Bald.conſ.177.vol.3. & vide Couar.(plures referens)d.lib.3.variar. c.7.col.2. & Menochiũ, lib.3.præſum.in præſumptione 106.a n.10.

QVÆSTIO CCCCLXX.

Vtrum valeat procuratoris constitutio, per illa verba: Conſtituo aſinum meum procuratorem. Communis contra communem.

SI in inſtrumento procuratoris dicatur: Ego cõſtituo Titium aſinum meum (volens dicere procuratorem meum) ad agendum & defendendum, nihilominus valeret conſtitutio procuratoris. Hoc eſt celebratiſſimum dictum Hoſtienſis in c.petitio, de procuratoribus. Et ne in doctorum pro vtraque parte allegationibus immoremur, opinionem Hoſt.eſſe magis communem affirmat Iaſ.(bene diſſerens) in l.ſi quis fundi vocabulo, nu.19.ff.de leg.1. & pro hac opinione tex.in l.bis verbis. §.1.ff.de hered.inſtit.

Sed cõtraria Hoſt.eſt communis opinio, vt aſſerit Iaſ.in l.teſtamentum, nu.2, C.de teſtam. Quæ verior eſt, & opinio Hoſtienſis potius videtur trupha.

QVÆSTIO CCCCLXXI.

ROmanus Pontifex commiſit cauſam delegato, cũ hac clauſula: *reducas a me alienata ad ius, & proprietatem eccleſiæ.* Dubiũ eſt, an virtute illius clauſulæ delegatus habeat iuriſdictionem in rebus inuaſis, & in alijs male detentis, in quibus poſſeſſio tantum tranſitari alios. Et quod de illis poſſit cognoſcere delegatus, tenuit Innocentius, in c.epiſcopi, de rebus eccleſiæ non alienandis. cuius opinio communiter approbatur, ſecundum Abb.ibi, num.2.

Sed contrariam (imo quod non poſſit cognoſcere de prædictis) contra Innocentium fatetur eſſe communem Barb.in rubr.de reſcriptis, dixit etiam communem idem Barb.in d.c.epiſcopi, & diſſerit late Felin.in d.rub.de reſcr.nu.5. Prima tamen opinio verior eſt, & maiori doctorum calculo recepta.

QVÆSTIO CCCCLXXII.

Vtrum ſpurius poſſit hæres inſtitui, in tempus, in quo fuerit legitimatus. Communis contra communem.

SPurium incapacem eſſe paternæ ſucceſſionis, nemo eſt, qui dubitet, & probat hodie l.9. Tauri, quã
declarat (in hoc propoſito) Rojas, in epitome ſucceſſ.
c.14.num.16.& c.26.num.20.& Matienço, in l.8.
tit.8.gloſſ.4.num.7.lib.5.recop.Acoſta, in c.ſi pater.
2.par.verb.omnia bona, nu.13.de teſt.lib 6.Gutier-
rez, lib.2 practicarũ quæſt.92. Auend.de exequen.
3 2.par.cap.26. num.18. Dubium tamen eſt, an poſſit
heres inſtitui in tempus, in quo fuerit legitimatus. Et
poſſe tenet Baldus, Aretinus, & Alexand.in l.Gallus.
§.inſtituens.ff.de lib.& poſth.vbi Iaſ.nu.5.& Lance-
lotus, teſtantur hanc eſſe communem opinionem (ũ
alijs quam pluribus relatis, ſupra, in q.192. verſ. &
pro hac opinione) Et pro hac ſententia facit tex.in l.
in tempus.ff.de heredibus inſtituendis, & tradit late Antonius Gomez, in d.l.Tauri, num.18.Couar.in 4.2.p.§.15.nu.12.& Molina, lib.2.de Hiſpanorum primog.c.7.nu.40.Matienzo, in d.l.6.tit.8.gloſſ.8.nu.19.lib.5.recop.& in l.19.tit.3.p.6. tradit Greg.& in leg.1, tit.9.p.6.& Duennas, reg.366.limitat.1.Didacus Perez, in l.22.tit.3.lib.1.ord.

Sed contrariam opinionem (imo quod non poſſit ſpurius, ita heres inſtitui) tenuit Bald.in l.eam quam, col.antepenul. C.de fideicommiſſis, quem ſequitur Paulus, in l.ſi filiusfamilias.ff.de teſtamẽtis, vbi Aretinus dixit eſſe communem, licet ſibi prior opinio arrideat, quæ magis crebrior, & recepta eſt, & ab ea non eſt recedendum in iudicando & conſulendo. Et quo pacto ſecure clericus poſſit filiam vel filium heredem inſtituere, ita vt hereditas fiſco non deferatur, vide Gomecium, ſupra in d.l.9.Tauri, nu.18.& Duennas, reg.366.Cępollam, cautela 18.vbi poſuit 12.modos, in quibus pater filio incapaci (vltra alimenta) poſſit aliquid relinquere, & Parladorium lib.1.rerum quotidianarum, c.16.per totum, & Ioan.Graciam, vel filium eius, in tractatu, de expẽſis & meliorationibus, cui nouiter eſt additus nouus tractatus de tacito fideicommiſſo, vbi late proſequitur iſtum articulum.

QVÆ-

QVÆSTIO CCCCLXXIII.

Vtrum difficultas excuſet a mora. Communis contra communem.

Dubium eſſe ſolet vtrum difficultas excuſet a mora, & Bart. in l. quod te mihi, nu. 13. ff. ſi cer. pet. & in l. continuus. §. illud, de verborum, dicit eſſe diſtinguendum, quod ſi in obligatione eſt factum, difficultas excuſet a mora. tex. eſt in l ſi vehenda. §. idem iuris, ff. ad l. Rhodiam de iactu. Aut in obligatione eſt date, & tunc eſſe ſubdiſtinguendum hoc modo, quod aut debetur ſpecies, & tunc difficultas excuſat a mora, l. cum ſeruus, l. cum res. ff. de legat. 1. aut obligatio eſt quantitatis, & tunc difficultas non excuſat à mora. Hanc diſtinctionem Bart. dixit communem Cardinalis, in c. breui, de iureiur. & eandem dixit communem Purpuratus, in d. l. quod te mihi, num. 64. dixit etiam communem Couar. in c. quamuis pactum. 2. p. §. 5. nu. 4. de pactis, in 6.

Sed contrariam opinionẽ (imo quod debitor quantitatis, excuſetur a mora propter difficultatem præſtationis (contra Bar.) tenent Salicetus, Fulgoſius, Paulus, Romanus, Decius, & Curtius, in d. l quod te, & hanc opinionem (contra Bar.) & dixit communem an te tempora Alex. Purpuratus, vbi ſup. pro qua dicit ipſe, quod iudicaret. Et illam eſſe communem fatetur Iaſ. in l. numis, nu. 7. ff. de in litem iuran. quæ opinio magis cõiter eſt recepta, quia habet ſummam æquitatem. arg. l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco.

QVÆSTIO CCCCLXXIV.

Vtrum teſtis præſumatur rogatus, vbi requiritur, quod ſit rogatus. Communis contra communem, & quid iure regio.

Teſtem in teſtamento rogatum deponere debere, nemo eſt qui dubitet, & probat tex. in l. heredes palã. §. in teſtamentis. ff. de teſta. & in auth. rogati. C. de teſtam. & in l. fi. C. de codicillis, & in l. hac cõſultiſſima, in princ. C. de teſtam. & quod etiam hodie rogatus teſtium requiratur in teſtamento nuncupatiuo, tenet Greg. in l. 1. ti. 1. p. 6. verb. *que ſean llamados*, & dicit communẽ opinionem Menchaca, de ſucceſ. creat. §. 13. nu. 64. & probat l. 32. tit. 18. p. 3. quam ſequitur Azeuedo, in l. 2. tit. 4. nu. 5. lib. 5. recopi. In matrimonio etiã teſtis debet eſſe rogatus, vt diximus in quæſt. 484. Dubium tamen eſt, an in his caſibus præſumatur teſtis rogatus deponere, & in hoc caſu receptiſſima eſt opinio, quod non. Ita Bart. (poſt Speculatorem) in d. §. in teſtis. idem Bar. in l. ſciendum, nu. 12. ff. de verb. & eſt communis opinio, ſecundum Paulum, Aretinum, & Imol. in d. §. in teſtamentis, col. 1. & fatentur communem omnes DD. in d. l. ſciendũ, & dixit ẽt communem Boerius, deciſ. 34. & 35. nu. 8.

Sed cõtrariam partem (imo quod teſtis ſemper præſumatur rogatus) dixit communem Alberic. in d. §. in teſtamentis, nu. 1. & de iure noſtro regio & de cõmuni practica, & obſeruantia iudiciorum, præſumuntur rogati. Ita Palatius Rubeus, in l. 3. Tauri, nu. 66. vbi Caſtillo. verb. *no hagan fee*; & Ant. Gom. n. 9. Didacus Perez, in l. 1. tit. 4. pag. 82. lib. 5. ordinam. Matienço, in l. 1. tit. 4. glo. 8. num. 8. lib. 5. recop. vbi Azeuedo, nu. 54. & 56. hoc limitat in teſtamento facto ad pias cauſas, ex Couar. in c. relatum, el 1. nu. 4. de teſtam. & Menchaca, ſupra. Et cõfirmatur ex traditis in q. 583. vbi notarius ſemper præſumitur rogatus, vt tradit Mantua, conſ. 125. nu. 7. vol. 1. Roland, conſ. 31. nu. 28. vol. 2. Alex. conſ. 48. vol. 5. Afflictus, deci. 45. nu. 9. vbi dicit communem Gratus, conſ. 82. num. 14. & conſ. 142. nu. 1. vol. 2. & conſ. 48. num. 5. & conſ. 13. nu. 16. vol. 1. Decius in c. ſcripturam, de fide inſtru. nu. 55. quæ opinio verior, & æquior eſt, & conſuetudine approbata, vt tradit Iulius Clarus, lib. 3. recept. ſent. §. teſtamentum, q. 58. Azeuedo in d. l. 2. nu. 5.

QVÆSTIO CCCCLXXV.

Vtrum in teſtamento fieri poſſit contractus. Communis contra communem.

Contractus, vel quilibet alius actus, tranſiens in formam contractus in teſtamentis fieri poteſt. Ita gloſ. fin. quæ eſt celebris, in l. heredes palam. §. ſi. de teſtam. quam ſequitur ibi Bart. & in l. vnum ex familia, §. ſi de falcidia. ff. de leg. 2. & in l. cum quis decedens. ff. de leg. 3. & ſequitur etiam Faber, in princ. Inſtit. de legat. Dinus, in reg. quod ſemel, in fi. de reg. iuris, in 6. Oldr. conſ. 114. & tandem hæc eſt communis opinio, ſecundum Alex. ad Bar. in d. §. fi. quã (ante eum) dixerat communem Romanus conſ. 171 col. fi. & plures concordantes allegat Tiraquellus, poſt ll. connubiales, gl. 3. nu. 94.

Sed contrariam partem (imo quod ſit adhibenda diſtinctio) tenet Bal. in d. §. fi. quam dicit communem Aret. ibi, col. 2. Prima tamen opinio cõmuniter obſeruatur, & tenetur, ſecundum Alber. ibi, nu. 2. & tradit Baeça, de nõ meliorandis filiabus ratione dotis. c. 36. nu. 18. Iulius Clarus, lib. 3. recep. ſententiarum. §. teſtm. q. 75. & late explicuimus in q. 140. nu. 5. Eſt tamen ſingulariter aduertendum, quod reuocato teſtamento, reuocatur etiam contractus in eo celebratus, vt reſoluit Peralta, in l. Lucius, la. 1. nu. 12. ff. de leg. 2. & Spino, in Speculo teſtamentorũ, gl. rubr. 1. par. à nu. 14. circa quod vide per me tradita in d. q. 140.

QVÆSTIO CCCCLXXVI.

Vtrum in electionibus, & alijs rebus, abſens ſit vocãdus. Communis contra communem.

Alta eſt in noſtro iure quæſtio, vtrũ abſentes ſint vocandi, & in tribus caſibus tantũ eſſe vocãdos, ſcilicet in electione prælati, vt in c. quia propter, de elect. & in electione canonicorum, vt in c. cum eccle. de præb. lib. 6. & in ceſſatione à diuinis faciẽda, vt in c. ſi canonici, de offi. ord. lib. 6. tenet gl. celebris, & notanda, verb. ipſorum, in c. præſentium, de teſtib. in 6. cuius gloſſę opinio eſt communis, ſecundum Imol. in c. cum omnes, nu. 8. de conſtit. & dixit communẽ ibi Felin. nu. 27. quem ibi citat Dec. nu. 7 dicens communem, & dixit etiam communem Imola, in c. fi. col. 3. de maioritate & obed. idem in c. 1. col. 1. de his quæ fiunt à prælato, & dixit etiam communem Corneus, conſ. 181. col. 8. vol. 2. eandẽ fatentur communẽ Ripa

lib. 2. reſponſorũ, c. 21. n. 4. & ſeruatur in practica, ſecundum Alex. ad Bar. in l. omnes populi, nu. 25. ff. de inſt. & iur. & vide adducta per Iaſ. in l. placet, nu. 13. C. de ſacroſ. eccl. Eſt alia ſecunda opinio diſtinguens, imo quod in actibus graui præiudicij (vltra illos tres per gloſſam ſupra allegatam numeratos) ſunt vocandi abſentes: & ita tenent Innoc. & Ioan. Andr. in c. 2. de noui ope. nunc. Ant. in d. c. cum omnes, col. 3. verſ. ex prædictis, & in c. cum humilis, & in c. licet ad euitanda, col. 2. de electione, & in c. 1. de his quæ fiunt à maiori parte cap. Et tenet Domin. in c. præſentium, col. 7. & Abb. in pluribus locis, & tenet Ioan. Crot. in d. l. omnes populi, col. 3. in verſ. ego alias, dicẽs eſſe veriorem in puncto iuris: Et tandem hæc eſt communis opinio ſecundum Barb. in d. c. cum omnes, col. 11. & pro hac ſententia conſuluit, conſ. 1. col. 13. vol. 1. & conſ. 17. col. 2. & 3. vol. 2. & hæc ſecunda opinio eſt communior, & de iure verior. Et quãdo ad officia publica eligenda abſentes ſunt citandi, vide Auendanũ in ce. pp. 1. par. c. 18. nu. 14. & Azeuedo, in curia Piſſana, lib. 2. c. 5. nu. 1. & in l. 2. tit. 1. lib. 2. recop.

S V M M A R I V M.

1 *Qui non poteſt incarcerari pro debito, non poteſt conueniri vltra quam facere poteſt.*

2 *Qui non poteſt conueniri vltra quam facere poteſt, non poteſt incarcerari.*

3 *Licenciati & baccalaurij nõ poſſunt incarcerari, quia nec conueniuntur vltra quam facere poſſunt.*

4 *Excommunicari non poteſt, qui non poteſt incarcerari.*

QVÆSTIO CCCCLXXVII.

Vtrum miles & aduocatus poſſint conueniri vltra quam facere poſſunt. Communis contra communem.

SIcut miles armatæ militiæ, non poteſt cõueniri, niſi in quantũ facere poteſt, vt in l. miles. ff. de re iudicata, ita milites inermes, puta aduocati, vel doctores, licenciati, & baccalaurij. Ita gloſſ. ibi, cõiter approbata, vt patet ex Alex. & alijs, ibidem. Et dixit cõmunem Zaſius, ibi, nu. 8. & dicunt communẽ Alex. nu. 1. Iaſ. nu. 6. Ripa, n. 4. in l. Centurio, ff. de vulgari.

Contrariam tamen opinionem communiter ſeruari de facto, fatetur Albe. in d. l. miles, in qua quæſtione conſtituo regulam generalem, quod ille qui non
1 poteſt incarcerari, non poteſt cõueniri, vltra quam facere poteſt. Ita Greg. in l. 23. tit. 6. p. 1. verb. *vn clerigo a otro*, Couar. lib. 2. variarum. c. 1. nu. 9. Didacus Perez, l. 1. titu. 3. lib. 1. ordinam. colum. 107. Padill. in l. 1. num. 7. C. de iuris & facti ignoran. Gutier. de iuram. conf. 1. p. c. 17. num. 7. & in c. 16. vbi latiſſime diſputat, & declarat iſtam materiã, à nu. 48. & Auend.
2 reſp. 8. quæ reg. veriſſima eſt, ſi è conuerſo accipiatur, videlicet, qui non poteſt conueniri vltra quam facere poteſt, non poteſt incarcerari: quia aliter non ſemper vera eſt, vt colligitur ex traditis per Gutierrez, ſup. c. 16. nu. 36. & Couar. & illud explicat nouiſſime Parladorius, lib. 2. rer. quotid. c. fi. 5. p. §. 6. nu. 21. qui reſol-
3 uit, quod licenciati, & baccalaurij, non conueniuntur vltra quam facere poſſunt, & idcirco non poſſunt incarcerari. Idemque eſt dicendum de donatore, vt in l. Diuus Pius (cũ ſeq.) ff. de re iudi. Imo quod magis eſt, neq; poſſunt excõicari, vt reſoluemus in q. 704. n. 10.

QVÆSTIO CCCCLXXVIII.

Vtrum ſubſtitutus repudiante herede teneatur adire, vel petere bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas. Communis contra communem, & quid iure regio.

HEres adiuit hereditatem, & aduerſus aditionẽ eſt reſtitutus, quo caſu admittitur ſubſtitutus vulgaris. Hic eſt tex. communiter intellectus, in l. etſi ſine §. quod Papinianus. ff. de minorib. & tenet Bart. in l. 1. nu. 49. ff. de vulg. & eſt communis, ſecundum Socinum, ibi, nu. 52. & dixit etiam communem Ripa, ibi, nu. 205. & Curtius iunior, in l. poſt aditã, nu. 4. C. de impuberum, & alijs. Modo dubium eſt, an iſte ſubſtitutus poſſit, vel debeat adire de iure ciuili, an petere ſecundum tabulas. Et poſſe adire de iure ciuili, tenuit Bar. (poſt alios antiquos.) d. nu. 49. vbi Socin. nu. 53. dixit communem, & Ripa, num. 206. & dixit etiam communem Curtius iunior in d. l. poſt aditam, nu. 13. & dicunt etiam communem Alex. nu. 4. Iaſ. nu. 7. & Claudius, col. 1. in l. 2. § interdum, ff. de vulg. vbi Bar. nu. 2. fuit eiuſdem opinionis.

Sed contrariam opinionem (imo quod debeat petere poſſeſſionem ſecũdum tabulas) tenent Vltramontani (& poſt eos) Cynus, in l. qui ſe patris. C. vnde liberi. Et hãc opinionem, dixit communem Aretinus, in d. §. interdum, num. 12. & expreſse aſſerit communem Benedictus Gandinus, ad ipſum. Hodie, ex l. 1. tit. 5. li. 4. ordinamen. neque eſt neceſſaria aditio, nec bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas.

QVÆSTIO CCCCLXXIX.

Vtrum ad validitatem ſubſtitutionis pupillaris, requiratur actualis patria poteſtas. Communis contra communem.

NVlli dubium eſt ad validitatem ſubſtitutionis pupillaris requiri, quod pupillus nõ deſierit eſſe in poteſtate, ante mortem teſtatoris, quod verum eſt, ſi per emancipationem exeat à patria poteſtate. tex. in l. cohered. §. cum filio. ff. de vulgari. Idem eſt ſi pupillus alijs daretur in adoptionem. Modo dubium eſt, quid ſi filius exeat à poteſtate; ſpes eſt tamen, qđ reincidet per fictionem, vt in capto ab hoſtibus. Dic, quod illi poteſt fieri ſubſtitutio pupillaris, vt in l. lex Cornelia. ff. de vulg. & in l. pater filiũ. ff. de capt. & tenet Bart. in l. 2. nu. 14. de vulgari, (communiter receptus.) Dubium tamen eſt, an ſit idem quando ſpes nõ eſt, quod reincidet: tamen reuera reincidit, puta, quia poſt emãcipationem fuit adoptatus. Et idem eſſe, vel ſufficere id, dixit eſſe communem opinionem Ripa, in d. l. 2. nu. 27. verſ. quintum.

Sed contrariam opinionem (imo quod nõ ſufficiat quod reincidat in poteſtatem, niſi eſſet ſpes reincidẽdi) dixit communẽ Zaſius, in materia pupillaris ſubſtitutionis, nu. 15. in tractatu ſubſtitutionis. Quæ opinio verior, & magis recepta eſt.

QVÆSTIO CCCCLXXX.

Vtrum compẽdioſa ſubſtitutio facta à milite, ſit ſpecies ſubſtitutionis de per ſe. Communis cõtra communem.

Com-

COmpendioſa facta à milite, eſt ſpecies ſubſtitutionis de per ſe. Ita Bart. in l. Centurio, num. 10. ff. de vulg. cuius opinio eſt communis, ſecundũ Curt. iun. in l. quoniam in prioribus, nu. 44. C. de inoff. teſt.

Sed contrariam ſententiam dixit communem Ripa, in d. l. Centurio, nu. 64. Quę opinio in ſcholis communiter practicatur.

QVÆSTIO CCCCLXXXI.

Vtrum ſubſtitutio cõpendioſa facta à pagano, valeat poſt pubertatem, vt fideicommiſſaria. Communis contra communem, & quid iure regio.

SVbſtitutio compendioſa, facta à pagano per verba directa, intra tẽpora pubertatis, valet, poſt pubertatem autem nullo iure valet. Hæc eſt receptiſſima gloſſarum, & doctorum opinio, vt refert Bart. in l. Cẽturio, num. 14. ff. de vulgari, & ibi omnes nouiores dicunt eſſe communem opinionem, quos in ſpecie notat Couarr. in c. Raynutius, §. 9. num. 15. de teſtam.

Sed contrariam partem (imo quod poſt tempora pubertatis, huiuſmodi ſubſtitutio valet vt fideicommiſſaria) tenuit Ioannes Andreas, in cap. 1. de teſtam. cuius opinionem eſſe communem (ſaltem apud canoniſtas) aſſerit Aret. in d. c. Raynutius: quam etiam eſſe communem apud legiſtas, dixit Curtius iunior, in l. precibus, num. 50. C. de impub. & hanc mire defendit Lanfrancus, in d. l. Centurio, col. 7. & 8 & Galliaula, ibi, nu. 64. Politus in materia compendioſæ, num. 22. quam opinionem approbat hodie lex 12. titulo quinto, par. 6.

QVÆSTIO CCCCLXXXII.

Vtrum ſubſtitutio concepta per illa verba. Quandocunque filius meus deceſſerit ſine liberis, bona mea inter pauperes diſtribuantur: ſit omni tempore fideicommiſſaria, vel directa pupillaris. Communis contra communem.

SVbſtitutionem compendioſam, factam à pagano per verba obliqua, omni tempore eſſe fideicõmiſſariam, nemo eſt qui dubitet, & probat tex. in l. coheredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & tenet Bart. in l. Cẽturio, num. 20. ff. eod. dicunt ibi communem Iaſ. nume. 37. Galliaula, num. 76. Ripa, num. 101. Benedictus, in materia compendioſæ, num. 42. Politus, num. 28. Modo dubiũ eſt, ſi teſtator dixerit: *Quandocunque filius meus deceſſerit ſine liberis, bona mea inter pauperes diſtribuantur, per meos commiſſarios:* an hæc ſubſtitutio ſit omni tempore fideicommiſſaria, an vero intra pubertatis tẽpora, valeat vt directa pupillaris. Hæc eſt alta quęſtio, per doctores valde diſcuſſa, & breuitati agendo, Bar. in d. l. Centurio, num. 21. tenuit, hanc ſubſtitutionem intra tempora pubertatis valere, vt directam pupillarem. Idem tenet in l. fundi, ff. de vſufruct. leg. & ita quater conſuluit (prout eius conſilia referunt) Alex. num 78. Iaſ. num. 38. in d. l. Centurio, & hæc opinio eſt communis, ſecundum Imolam ibi, col. 13. & pro hac parte conſuluit Alex. conſ. 12. vol. 3. & dixit communem idem, conſ. 11. vol. 7. num. fi. & dixit communem Socin. conſ. 116. vol. 1. col. 2. & dixit cõmunem Corneus (poſt Imolam) in l. precibus, num. 41. C. de impub. & alijs, & Benedictus, in materia compendioſæ, num. 56. ſequuntur plerique ſecundum Politum, in eadem materia, num. 28.

Sed contrariam ſententiam (imo quod huiuſmodi ſubſtitutio ſit omni tempore fideicommiſſaria) tenuit Bart. (ſibi contrarius) quæſt. 13. quam ſequuntur plures relati per Galliaulam, in d. l. Centurio, num. 72. & 77. & hanc dixit magis communem Alex. (ſibi contrarius) conſ. 172. nu. 7. vol. 2. & dixit etiam communem Barb. in c. cum tibi, de teſtam. & etiam Ripa, in d. l. Centurio, num. 105. Quæ opinio veriſſima eſt, & tenenda in iudicando & conſulendo.

QVÆSTIO CCCCLXXXIII.

Vtrum vſurarius mentalis teneatur ad reſtitutionem. Communis contra communem.

SVbortitur elegans quæſtio, nunquid vſurarius mentalis teneatur ad reſtitutionem. Et eum teneri, probat tex. in c. conſuluit, de vſur. vbi hoc tenet Innocentius, Anania & DD. tenet etiam gloſ. in c. fin. de ſimonia, & hæc eſt communis opinio, ſecundum Abb. in d. c. conſuluit, nu. 5. dixit etiam communem Syluester, uerbo, ſimonia, §. fin. & verbo, vſura, 6. q. 1. & verbo, vſura, 6. quæſt. 3. & 4. vlt. a quos hanc tenent plures Doctores, quos adducit Couarr. in regu. peccatum, in princ. 2. partis, num. 4 & dicit communem opinionem Nauarra, de reſtit. lib. 3. c. 2. nu. 209. Nauarrus in manuali, cap. 17. num. 784 & in ſimoniaco mentali idem reſoluit Ioannes Maior, in 4. diſtinct. 15. quæſt. 1. art. 7. Adrianus, quodlib. 9. Henricus, quodlib. 6. quæſt. 26. Medina, in codice de reſtitutione, c. de vſura, §. 2. Soto, lib. 9. de iuſtitia, & iure, quæſt. 8. art. 1.

Sed contrariam opinionem (imo quod non teneatur ad reſtitutionem, licet ob depravatam intentionem teneatur apud Deum agere penitentiam) tenẽt plures argumentum agentes de ſimonia mentali, vt in c. fin. de ſimonia, cuius text. argumento, hanc tenet Paulus de Leazar, in clem. 1. de vſuris, cum alijs multis ſacræ Theologiæ profeſſoribus, magni nominis, quos citat Couar. vbi ſupra, & hanc dicit communẽ opinionem. Et ratio eſt, quia non fit reſtitutio, niſi de re malè ablata, vel conſequuta; ſed vſurarius mentalis nihil aufert, ergo non tenetur ad reſtitutionem. Quę opinio probatur argum. text. in extrauag. cum deteſtabile, de ſimonia. ibi, *dando, vel recipiendo.* Quæ opinio receptiſſima eſt, & procedit etiam in ſimoniaco mentali, quam opinionẽ tenet S. Tho. 2. 2. q. 100. art. 6. ad 6. Summa Angel. ver. ſimonia, nu. 2. in prin. Nauar. c. 23. nu, 102. & hanc dicit cõmunem opinio. Theologorum & Canoniſt. Gutierr, z. lib. 2. canoni. quæſt. c. 23. nu. 35. & ſequitur hanc opin. Greg. l. 5. tit. 17. p. j. ver. *ſimonia de voluntad*, per illam legem: & differentiã inter vſurarium mentalem, & ſimoniacũ mentalem, tradit nouiſſime Gutier. ſup. nu. 1. nu. 18.

QVÆSTIO CCCCLXXXIV.

Vtrum in cauſa matrimoniali requirantur teſtes rogati. Communis contra communem.

AD fidem faciendam non requiritur regulariter ꝙ teſtes ſint rogati, niſi in caſibus enumeratis

In authen. rogati. C. de teſtibus, & in l. 32. tit. 16. p. 3. Modo dubium eſt, an in cauſa matrimoniali requiratur quod teſtes ſint rogati: & non requiri, tenuit gl. in c. noſtrates, 30. q. 5. idem tenet Antonius, in c. ex parte, in fin. de ſponſalibus, & pro hac parte conſuluit Aret. conſ. 13. col. 4. & Dec. conſ. 163. col. 4. vet. ſexto proponitur, & hanc opinionem dixit communem Soc. reg. 420.

Sed contrariam ſententiam (imò quod in cauſa matrimoniali requiratur teſtes rogari) tenet gl. verb. audierunt, in §. de his, in c. teſtes, 3. q. 9. & tenet Speculator, in tit. de teſte. §. 1. verſ. item quod non fuit rogatus, & Ioan. And. (ad eum) in tit. de inſtrumentorum editione. §. poſtquam, verſ. ſed numquid. Romanus ſing. 633. & ſequitur hanc opinionem (conſulendo) Barb. conſ. 45. col. 3. & conſ. 53. col. 2. volum. 1. & hanc dixit cōmunem Zaſius, conſ. 3. vol. 1. nu. 65. Prima tamen opinio ſeruatur de conſuetudine, maxime cum hodie ex Conc. Trid. cap. 1. ſeſſ. 24. de reformatione matrimonij. ſolum requiratur in contrahendo matrimonium, quod interueniant duo vel tres teſtes coram parocho: & nullum verbum reperies de rogatione, niſi dicas, quod illud fuit omiſſum ſub diſpoſitione iuris communis, & tanquam caſus omiſſus iudicetur. l. ſi extraneus. ff. de cond. cauſa data, cauſa non ſequuta. l. commodiſſime. ff. de liber. & poſth. l. ſi cum dotem. ff. ſol. matrim. Sed contraria opinio eſt verior, & receptior, & ita ſeruatur de conſuetudine. Et an teſtes ſemper præſumantur rogati, vide 10 q. 474.

SVMMARIVM.

1 *Lex. 1. ff. de ſuis & legitimis heredibus declaratur.*
2 *Aliud eſt eſſe tale, aliud haberi pro tali.*
3 *Lex. 1. C. de teſtamento militis, declaratur.*
4 *Iura iuribus ſunt concordanda.*
5 *Lex. 1. titul. 13. p. 6. expenditur pro prima opinione, & aſſignatur ratio quæſtionis propoſitæ.*
6 *Statuta ſunt proprie intelligenda.*
7 *Contraria communis opinio refertur.*
8 *Communis vſus loquendi attendi debet, & præfertur propriæ ſignificationi verborum.*
9 *Lex. 6. Tauri declaratur.*
10 *Bona truncalia reuertuntur ad radicem, in locis vbi eſt conſuetudo.*
11 *Parentes in dubio non debent priuari filiorum ſucceſſione propter forum, ſed ſuccedunt ſecundum Ius.*

QVAESTIO CCCCLXXXV.

Vtrum dicatur quis mori ab inteſtato, cum de iure non poſſit facere teſtamentum. Communis contra communem, & quid iure regio.

DVbium eſt elegans in iure, an proprie dicatur decedere inteſtatus, qui non poteſt de iure facere teſtamentum, puta pupillus, vel furioſus, vel alij. Et non dici proprie inteſtatum, qui teſtari non
1 potuit, demonſtrant elegantia verba tex. in l. 1. ff. de ſuis & legitimis hered. ibi, *plane qui teſtari non potuit proprie non eſt inteſtatus, puta impubes, furioſus, vel is cui bonis interdictum eſt.* Sed ſubdit tex. *Sed hos quoque pro inteſtatis accipere debemus.* Ponderat verbum,
2 pro, nam aliud eſt, eſſe tale, aliud haberi pro tali. l. mercis appellatione, ff. de verborum ſignificatione. l. maritus, la. 2. §. legis Iuliæ (vbi Bart.) ff. de adulterijs. Et ita concludendum eſt, nec obſtat l. in teſtamento.
3 la. 1. C. de teſtamento militis, nam licet ibi dicantur inteſtabiles inteſtati, non tamen aperit tex. proprie, an improprie: ergo eſt intelligendum improprie per
4 text. in d. l. 1. ff. de ſuis & legitimis heredib. vt iura iuribus concilientur, vt in c. cum expediat, de electión. l. 1. C. de inofficioſis dotibus, & eſt tex. (iuxta gloſ.) in l. ſciendum. ff. qui ſatiſdare cogantur, & in authentica, offeratur. C. de litis cōteſtatione. Et pro hac ſententia in quæſtione principali facit tex. in principio, Inſtitut. de hereditat. quæ ab inteſtato deferuntur, vbi inter alios modos, quos ibi enumerat ſuccedendi ab inteſtato, & dicendi aliquem inteſtatum, non enumerat hunc, & idem eſt in l. 1. tit. 13. p. 6. & ita concludit Gerardus, in additionibus ad Rolādum, in tractatu de ſucceſſionibus ab inteſtato, colum. 7. Et hæc haud dubie communis opinio eſt, quod non dicatur proprie inteſtatus, qui teſtamentum facere non poteſt, & ratio eſt, quia non poteſt eſſe priuatio, vbi non eſt habitus, cum omnis priuatio præſupponat habitum, vt in l. decem. ff. de verborum §. 1. de capitis diminutione, in verſ. ſeruus. Et ſic dici non poteſt ab inteſtato mori pupillus, infans, vel furioſus, cū etſi vellent, non poſſent facere teſtamentum, maxime, quia quando quis decedit inteſtatus, fingit lex ipſum velle eius bona ad eos peruenire, qui ſunt ſucceſſuri. l. cōficiuntur, l. quidam referunt, ff. de iure codicillorum. l. cum patrono, in principio. ff. de bonorum poſſeſſ. quæ voluntatis coniectura ceſſat, & non poteſt adaptari in eo qui ea caret. l. qui ad certum, ff. locat. Et ſic merito (proprie loquendo) non decedit inteſtatus, qui voluntate caret, & non habet velle nec nolle, & ſic iſtam opinionem tenet Cynus, & Alexand. in l. generaliter, nu. 3. C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus, & dicit communem Bald. conſ. 475. volu. 3. Alexand. conſ. 158. num. 3. volu. 6. & conſ. 153. num. 4. volum. 7. Socinus iunior, conſ. 23. volum. 2. Pariſius, conſ. 73. num. 32. vol. 1. & hanc eſſe magis communem ſententiam tenet Gozadinus, conſ. 35. nu. 8. Cagnolus, in l. emancipatos, num. 61. C. de coll. quæ opinio hodie eſt approbata per d. l. 1. titu. 13. p. 6. vbi notat Greg. verb. ab inteſtato, & plures pro vtraque par
5 te refert Antonius Gabriel, li. 5. communium, tit. de ſtatutis, concl. 1. Pro qua opinione conſuluit Franciſcus Purpuratus, conſ. 511. num. 1. volu. 2. & Signorolus de Homodeis, conſ. 6. Quibus ſuppoſitis dubium eſt, ſtante ſtatuto, quod mater non ſuccedat filijs ab inteſtato, an filio decedente pupillo, mater ſuccedat. Et per ſupradictam communem opinionem, iſte filius non dicitur proprie inteſtatus, & habemus, quod hæc ſtatuta ſunt proprie intelligenda. l. 3. §. verba. ff.
6 de neg. geſt. ergo ſtatutum non habebit locum in pupillo, qui proprie non dicitur inteſtatus, & ita mater ſuccedet tali filio, qui proprie non dicit inteſtatus decedere, vel ab inteſtato, & ita tenet Petrus, quem refert Bart. in d. l. 1. & Albericus. 1. p. ſtatutorum, quæſtione 44. & hanc opinionem dixit communem Baldus, conſ. 53. vol. 2. & hanc dixit communem Alex. in d. l. generaliter, nume. 5. C. de inſtitutionibus & ſubſt.

& ſubſt.& dixit communem Dec.in conſ.466.nu.5.
& dixit etiam communem Alciatus,in l.inteſtatus,ff.
de verbor.ſignifi.col.2.Paulus Pariſius, conſ.22.lib.
2.& hanc partem dixit æquioré, & magis conſonam
æquitati Nicaſius,in princ. Inſtit.de heredita.quæ ab
inteſta.defer.
7 Sed contrariam opinionem(imo quod ſtatutum ha
beat locum in pupillo)quia licet impropriè dicatur in
8 teſtatus,debet magis attendi communis vſus loquen
di,l.librorum,§.quod autem Caſius,ff.de legat.3.qui
præfertur ꝓpriæ ſignificationi, & ſic videtur per hoc
in queſtione propoſita,matrem, extante tali ſtatuto,
eſſe repellendã,& ita concludit Bart.in d.l.1.& hanc
partem comprobat(ex alijs plurimis) Cardinalis,con
ſil.3.incipit,de ſingulis dubijs, vbi reſpondit ad om-
nia argumenta, quæ pro contraria parte adducuntur,
& ſubtiliter inducit d.l.1. (cum alijs alleg.per Alex.
in d.l.generaliter,& per Decium, ſupra,in dictis con
ſilijs) & hanc opinionem dicit eſſe veriorem & ma-
gis communem Decius in d.l.generaliter, nu.5.& di
xit etiam magis communem additio Guillermi Bene
dicti,in c.Raynutius, verb.& vxorem nomine Adela
ſiam,num.6.& 16.de teſtamentis, vbi dicit ita fuiſſe
iudicatum per Arreſtum in parlamento Tholoſæ, &
hanc etiam partem fatetur communem Socinus iun.
conſ.3.vol.1.nu.28.29.& 30. vbi vſque ad num.42.
late proſequitur iſtum articulum, quam opinionem
(alijs citatis)ſequitur Paulus de Montepico, conſ.60.
nu.3.& Signorolus,d.conſ.6.per totum, Paulus Ca-
ſtrenſ.conſ.48.vol.1.vbi dicit temerarium eſſe ab opi
nio.Bar.recedere,& Galliaula,in l.Centurio,nu.315.
ff.de vulgari.Corn.conſ.75 nu.17.Dec.in d.l.genera
liter,& in conſ.563.vol.2.Barb.conſ.67.Soc.cõſ.81.
& ab hac ſñia non eſſe recedendum in iudicando &
conſulendo,tenet Michael Craſſus,receptar.ſentent.
§.ſucceſſio ab inteſtato,q.1.nu.1.& 2.quę omnia ſunt
valde notanda pro declaratione, & interpretatione le
9 gis 6.Tauri,in fine. vbi in ſucceſſionibus confirman
10 tur conſuetudines locorum, vt bona reuertantur mo
rientium ab inteſtato,ad truncum,vel radicem,quod
ſeruatur,*en Vizcaya,Sepulueda,Talamãca,Cuenca,Al
caraz,Galiſteo y la Guardia*,in quibus locis bona mo-
rientium ab inteſtato,ſi fuerunt truncalia,reuertũtur
ad radicem, non ſeruata forma iuris ſuccedendi, de
qua in principio d.l.6.quam declarat Rojas,de ſuc-
ceſ.ab inteſt.c.30.num.5.Gutierrez, pp.quæſt.lib.2.
q.8.Auendanus,reſp.5.num.5.Azeuedo,in l.1.tit.8.
nu.87.lib.5.recop.Quæ oĩa debent intelligi,ſecundũ
hanc noſtram ſententiam, vt illa conſuetudo habeat
locum in illis perſonis, quæ de iure non poſſunt face
re teſtamentum(licet propriè nõ moriãtur ab inteſta-
to.) Sed profecto hęc vr̃ quæſtio pro amico, cum pro
11 vtraque parte ſit cõis opinio,& in dubio parentes nõ
debent priuari filiorũ ſucceſſione mortuorum, in in-
fantili ętate. Ita Curt.iun.conſ.134.nu.5.Pariſ.conſ.
73.nu.22.vol.1.qui dicit cõem, & Gozad. conſ.35.
nu.8.& licet in hac ſententia, anceps aliqñ fuiſſem,
tamen iam aſſentior opinioni Gutierrez, in 2.par.pp.
lib.3.quæſt.76.num.3.qui nouiter hanc reſoluit opi-
nionem, & quod etiam in hoc caſu propoſito proce-
dat diſpoſitio d.l.6.Tauri, excluſis ſucceſſoribus ab
inteſtato,quæ opinio confirmatur, & maxime proce-
dit ex d.communi opinione,de qua ſupra.

QVÆSTIO CCCCLXXXVI.

*Vtrum infans tranſmittat hereditatem ex potentia ſui-
tatis.Communis contra communem.*

EX potentia ſuitatis hereditatem trãſmitti(etiam
ad extraneos)probat tex. vulgaris, (ſecundũ com
munem intellectum:)in l.apud hoſtes,C.de ſuis & le
gi.hered. & eſt communis intellectus ſecundum Iaſ.
in l.qui ſe patris,num.43.C.vnde liberi, & in l.ſi in-
fanti,nu.17.C.de iur.delib.& plures auctoritates pro
hac ſententia allegat Tiraquel.le mort ſaiſit,2.par.de
claratione 5.nu.22. Dubium tamen eſt,an ſi ille qui
tranſmiſit,eſt infans, habeat locum tranſmiſſio ex po
tẽtia ſuitatis, & quod etiam in infante habeat locum,
dicunt eſſe communem, quamplures citati per Dec.
conſ.150.num.6.& Gualdenſis, de arte teſtandi, tit.
11.cautela 1.num.11.

Sed contrariam partem dixit communem Barba.
conſ.60.vol.3.col.10.quæ verior eſt,quod latius pro-
ſequitur Anto.Gomez, 1.tomo variarum, c.9.nu.13.
vbi adducit rationes & fundamenta.

SVMMARIVM.

1 *Perempta inſtantia non pereunt dicta teſtium.*
2 *Teſtes examinati coram arbitris,faciunt fidem coram or
dinarijs.*
3 *Dicta teſtium producta in vno iudicio,faciũt fidẽ in alio.*
4 *Circuitus eſt euitandus.*
5 *Lex 38.tit.16.p.3.declaratur.*
6 *Acta proceſſus in cauſa ciuili, faciunt fidẽ in criminali.*

QVÆS. CCCCLXXXVII.

*Vtrum dicta teſtium in vno iudicio,faciant fidem in alio.
Communis contra communem,& quid iure regio.*

1 CErtum eſt, ꝙ perempta inſtantia, dicta teſtium
non pereunt,l.prop.rãdum,§.etſi quidem, C.de
iud. Modo dubiũ eſt,an illa dicta, quę in alio iudicio
produci poſſunt, faciãt fidem ſine hoc quod de nouo
examinentur.& glo.in d.l.properandum,§.fi.verb.vi
gorem,tenet,adhibendam eſſe diſtinctionem, quã fa
cit tex.in l.fi.C.de teſtib. cui cõſonat l.38. tit. 16.p.3.
ſcilicet,quod ſi teſtes mortui ſint, non requiratur no-
ua examinatio:ſi aũt viuũt, requiratur quod de nouo
examinẽtur, & ſic illa gl.concludit,ꝙ deciſio illius le
gis fi.quę loquitur de probationibus factis corã arbi-
2 tro,habet ẽt locum in probationib. quæ fiunt corã or-
dinario, cuius gloſſæ opinio eſt communis ſecundum
Alber.in d.§.fi.col.fi.nu.35.dixit ẽt communem Bal.
in l.2.nu.21.C.de edendo,& tenet idem Bald in d.§.
fi.dum ſe remittit ad dicta per eum,in d.l.2.

Sed contrariam ſententiam (imo quod aliud ſit in
probationibus factis coram arbitro,aliud coram iudi
3 ce:)& quod dicta coram iudice faciant fidem in alio
iudicio indiſtincte, ſine hoc quod de nouo examinen
tur,(etiam inter eaſdem perſonas)tenet Bart.in d.l.fi.
cui diſplicet opinio gloſſæ,non conſtituentis differen
tiam in hoc caſu,inter arbitrum, & iudicem ordina-
rium, & ſequitur Padilla, in l. ſi ex falſis, nume.13.
C. de tranſactionibus, vbi bene declarat & Anto-
nius Gomezius,3.tomo variarum, cap.primo,nu.37.
vbi

vbi dicit, quod ita practicatur, vt euitetur circuitus:
4 & hanc opinionem Bart. tenent doctores ibi, ſecundum Paulum, ibidem, imo in d.l. properandum.§. fi. nu.4. eandem tenent doctores, ſecundum eundem in d.l.fi. numer.1. vbi aſſignat rationem, quod potius præſumitur pro examinatis coram iudice, qui poteſt teſtes caſtigare, quam pro examinatis coram arbitro, qui eos non poteſt punire. Et hanc opinionem ſequitur late Alex. in d.l.2. C. de edendo, colum.6. art.2. & in conſ.5.8 volum.2. ſequitur etiam Iaſ. in d.l. properandum, §. fi. & in d.l.2. & hanc partem dixit expreſſe communem Franciſcus Curtius, ibi, num.103. & ex iuris canonici profeſſoribus, hanc partem tenet Innocentius, in c. ſignificauit, & in c. cauſam, de teſtibus, & in c. fi. de probationibus, vbi ſequitur etiam Abb. idem in c. præſentata, de teſtibus, num.9. aſſignans rationem differentiæ, quam ſequitur Felinus, ibi, num.10. & pro hac ſententia facit text. in d.l.38.
5 tit.16.p.3. vbi Greg. & verum acta proceſſus in cauſa ciuili, faciant fidem in criminalibus, vide Iulium Clarum, lib.5. ſentent.§. fi quæſt.54. num.3. & Gratian. reg.6. Padillam, in l. ſi ex falſis, num.13. C. de tranſa-
6 ctionibus, & vide tex. in c. fi. de exceptionibus, lib.6. & quæ diximus in quæſt.296.

QVAESTIO CCCCLXXXVIII.

Vtrum in petitione decimarum competat ſacerdotibus actio confeſſoria vel rei vendicatio. Communis contra communem.

QVæ actio competit ſacerdoti petenti decimas ſibi præſtari, dubium eſſe ſolet. In qua quæſtione variæ ſunt opiniones, nam gloſſ. in c. tua, de decimis, tenet, quod competat confeſſoria, & hæc eſt communis opinio ſecundum Fabrum, in §. æque ſi agat, col. 1. Inſtit. de actionibus (ſicut etiam dicimus quod pro iure eligendi competit confeſſoria) Innocentius, in c. inter quatuor, de maioritate & obedientia, & eſt communis opinio, ſecundum Iaſ. in l. ſi prius, num.5. ff. de noui operis nunciatione, & dixit etiam communem Gomecius, in d.§. æque ſi agat, num.10.

Sed contrariam ſententiam tenet gloſſ. in d.c. tua. in ſecunda opinione, in qua reſidet, imo quod pro decimis competat condictio ex canone, ſiue rei vendicatio. Et hanc dixit communem opinionem Albericus, in l. ſi quis, ita, ff. de vſufruct. Rebuffus, de decimis, quæſt.9. Hodie autem, per cenſuram eccleſiaſticam proceditur, vt in Conc. Trid. c.1. ſeſ.25. de reformat. & tradit Nauar. in manuali. c.21. num.32. & Paz, in ſua praxi. 1. partis 2. tomo. c.5. num.4. & ita communiter apud omnes practicatur, cõtra clericos & laicos.

QVÆSTIO CCCCLXXXIX.

Vtrum proteſtatio annullet actum ſequentem. Communis contra communem.

IN actibus dependentibus à poteſtate proteſtantis, ita demum proteſtatio præcedens annullat actum ſequentem contrarium, ſi in continenti fiat, ſecus ſi ex interuallo. Ita Bart. in l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acquirenda hered. vbi Alex. & Iaſ. num. 8. dicunt hanc eſſe communem opinionem, quam tenet etiam Bart. in l. item quia. ff. de pactis, & in l. non ſolum. §. morte, num.16. ff. de nou. operis nunciatione, vbi Alexand. & Iaſ. num.13. dicunt eſſe communem opinionem, & dixit etiam (poſt alios) eſſe communem Ripa, in c. cum M. num.101. de conſtitutionibus.

Sed contrariam ſententiam (imo quod dicta proteſtatio, etiam facta ex interuallo annullet actum contrarium) tenet Bald. in d.§. morte. Bald. & Aretinus, in l. Titia.§.1. ff. de verborum, idem Aretinus, in l. qui in aliena §. Celſus, ff de acquirenda hereditate, Bald. in l. pacta nouiſſima. C. de pactis, Alexandrinus, in c. ſolicitudine, quæſt.9. verſ. ex interuallo. de app. Et ratio eſt (ſecundum Angelum, in d.l. pacta) quia contractus ſequens declaratur ex contractu præambulo. Idẽ Angelus, in l. ſiquis cum aliter, de verborum. Bald. & Salicetus, in l. per retentionem. C. de vſuris, vbi dicunt, quod quando fiat aliquod præambulum ad actum, ſi alius actus ſequens ex interuallo fiat, intelligitur præambulum repetitum in contractu ſequenti. Et ſic ex hac ratione tenet notabiliter Caſſaneus, ĩ catalogo gloriæ mundi, in 12. parte, conſideratione vltima, verſ. hinc ſumpta, quod ſi femina proteſtetur nõ contrahere vnquam matrimonium ſine licentia patris, & quod alias ſit nullum, quod ſi contrahat ſine prædicta proteſtatione, cenſetur virtualiter, & eſſentialiter repetita: quod ſemel habui de facto & viſum fuit iudici valde curioſum & ſubtile, licet pro contraria opinione iudicauit, quæ tutior eſt.

QVAESTIO CCCCXC.

AD l. cum in plures.§. locator horrei. ff. locati, habes varios intellectus. Primus eſt, quod proteſtatio fuit ibi facta abſente parte, & ideo non præiudicat inferenti merces, & hunc dixit communem intellectum Decius, in c. cum M. nu.30. de conſtitut.

Sed contrarium, imo quod ibi proteſtatio non valuit, quia ſublata fuit per contrarium factum (ſcilicet per acceptationem mercium) tenet ſecundus intellectus, quem (ad illum tex.) dixit communem Ripa, in d.c. cum M. nu.39. Paulus, in l. cum fundus.§. primo, ff. ſi certum petatur, Iaſ. in d.l. non ſolum, §. morte, num.15. Alciatus, in l.40. de verborum ſignificatione, Goueanus, lib.2. lectionum. c.23. Corraſius, in l. ſi tam anguſti, de ſeruitutibus, Afflictus, deciſ.375. nu.16. Gomecius, in l.61. Tauri, num.5. & vide l.7. tit.14.p.7. & l.26. tit.8.p.5.

QVÆSTIO CCCCXCI.

Vtrum conſtituenda ſit differentia inter ſeruitutem ruſticam & vrbanam. Communis contra communem, & quid iure regio.

INter ſeruitutem ruſticam, & vrbanam, conſtituit quandam differentiam gloſſa (circa nunciationem noui operis) in l. qui viam. ff. de nou. oper. nuncia. quę communis eſt, ſecundum Iaſ. in l.1.§. fin. nu.8. ff. de nou. oper. nuncia. & hanc dixit communem Alciatus. lib.3. Parergon. iuris. c.24.

Sed cõtrariam opinionem dixit communem Paulus, in d.l.1.§. fin. nu.3. ff. de noui oper. nunciat. Prima tamen opinio hodie approbatur in l.1.2. & 3. titul.31.

tul. 31.p.3.& melius, in leg. 5.tit.32.in eadem par. vbi conſtituitur differẽtia, vt aduertit Gregor. verb. *en caſa*, & probatur etiam l.20.tit.8.p.5. vbi declarat Gregor.verb.*no feria anſi*, quam legem non eſſe vſu receptam, in pluribus locis tenet Antonius Gomez, 2.tom.variarum c.3.nu.15.in fi.

QVÆSTIO CCCCXCII.

Vtrum clericus feudum accipere poſſit. Communis contra communem, & quid iure regio.

DVbium eſt in iure (& non paruum) an clericus feudum accipere poſſit. Quam quæſtionẽ ad partes per 8. columnas diſputat Præpoſitus, in ca.1. qui feudum dare poſſunt, & eum non poſſe feudum accipere, aperte probant iura, in c.1.de feudo feminæ, & in c. clericus ſi de feudo fuerit controuerſia, & in c.1.in fi.an nactus, vel alias imperfectus. Et rationem deduco ex text.in c.placuit. 21.q.3.ibi, *nemo enim militans Deo ſecularibus negocijs ſe implicet*. Ex quo ſuccedit, quod, cum ſit validum argumentum de feudo ad maioratum, vt colligitur ex traditis per Palatium Rubeũ, in rub. c.per veſtras. §.69. de don. & declsrat Molina, de Hiſpsnorum primogenijs, libro 1.c.7.nu.1.& 2.& Roderic. Xuarez, in q.de maioratu, clerico maioratus deferri non poſſit, vt concludit Palatius Rubeus, ſup.§.16.num.4.& 14. vbi num.3.dicit eſſe communem opinionem, quod non poſſit feudum accipere, quod late explicat Caſſan. in conſuet.Burgund. f.114.& 115. vbi etiam, nu.3. dicit communem opinionem.

Sed contrariam opinionem (imò quod clericus poſſit feudum habere) dixit eſſe communem Zaſius, in epitome feudorum, ſub rubrica, qui feudum dare poſſunt.nu.71. qui tenet contrarium. Prima tamen opinio hodie eſt approbata de iure regio, per l.6.tit. 26.par.4. ibi, *o tal clerigo que nolo pudieſſe ſeruir por razon de las ordenes que vuieſſe*, vbi declarat Greg. verb.*tal clerigo*.

QVÆSTIO CCCCXCIII.

Vtrum debitor ſit excommunicatus, elapſo termino prorogationis à creditore factæ. Communis contra communem.

PRæfixus fuit terminus debitori ad ſoluẽdum, ſub pœna excommunicationis, creditor prorogauit illum terminum, in quo caſu debitorem non eſſe excommunicatum (ratione prorogationis ſibi factæ, elapſo termino præfixo) tenuit Bart. (poſt alios antiquos) in l.1.§.& operis, nu.6.ff.de noui oper. nuncia. vbi Alex. & Iaſ. hanc quæſtionem exornant, & Syluester, in ſua ſumma, verb.excommu. 2.§.1. verſ.13.& Maynerius, in l.vbicumque, num.2.ff.de reg. iur. Et hanc opinionem dixit communem Dec. in c. præterea, nu.4.de appellationibus, & dixit etiam communem Nauarr. in manuali.c.27.nu.14.& Couarr. in c. quamuis pactum, in princ.nu.6. Gutierrez, de iuramento confirmatorio. 1.p.c.49.nu.11. Spino, in Speculo teſtament.gl.rub.11.nu.43.& Fel. in c.5.de iureiur. nu.5. ver.ad idem, & in rub.de iudicijs, nu.3.

Sed contrariam ſententiam tenuit Innocentius, in d.c.præterea, cuius opinionem dixit communem Cardinalis, in clem.1.§.nos itaque, quæſt.6.nu.18.de iureiurando, & dixit communem, idem conſ.9. Prima tamen opinio verior eſt, & ita practicatur, quando ante diem termini fuit facta prorogatio, ſecus ſi iam dies ceſſit. Ita Felinus, ſupra, & Gutierrez, in ſuis canonicis quæſtionibus. 1.parte cap.1.num.2.& 3.

SVMMARIVM.

1 *Duo teſtes ad minus in omni negotio requiruntur.*

2 *Dicto vnius teſtis quantacunque dignitatis ſit, non creditur.*

3 *Dicto teſtis de proprio facto deponentis eſt credendum.*

7 *In ciuilibus non creditur vnico teſti de facto ſuo deponenti.*

5 *Vnius dicto non creditur, de proprio facto, quando eſſet in præiudicium tertij.*

QVÆSTIO CCCCXCIV.

Vtrum dicto vnius teſtis, deponentis de proprio facto, ſit credendum. Communis contra communem.

1 IN omni negocio tam de iure canonico, quam ciuili
ad minus requiruntur duo teſtes.c. in omni negotio, de teſtibus, & in l.vbi numerus. ff eod.& dicitur
in Euangelio: In ore duorum, vel trium ſtat omne
verbum. cap.cum eſſes, de teſtamentis.c.in nobis, &
in c.licet vniuerſis, de teſtibus: neque creditur dicto
2 vnius, quantæcumque dignitatis extiterit.l.iuriſiurandi.C.de teſtibus.c.cum nobis, (cum alijs,) de teſtibus.
Modo dubium eſt, an dicto vnius teſtis, de facto ſuo
3 deponentis, ſtandum ſit, & illi ſtandum eſſe concludit Paulus, in l. quicunque. C. de ſeruis fugitiuis, in fin.& in l. ſeruos. C.de teſtamentis, & ante Paulum tenuit Oldradus, conſ.95.num.9. Ruinus, conſ.161. lib.8. & dicit communem Ioſephus Ludouicus, lib. comm.tit.de teſtibus, in fin.vbi poſuit ad iſtam regulam vndecim declarationes & limitationes, & Menochius, de arb.caſu 99.& hæc opinio non habet contradictorem, ſecundum Iaſ.in l.nec is, numer.11.ff. de acquirenda hered. & in lectura legis admonendi, nu.94.de iureiurando, & ſecundum Zaſium, conſ.2. nu.30. cum alijs pluribus quos ad hoc citat Tiraquellus, de vtroque retractu.§.1.gloſſ.24.nu.47. Pro qua opinione facit text.in l.quarto.§.fi.ff.de ædilitio edicto, quem ad hoc ponderat & declarat Menchaca, lib. 2.controuerſiarum vſufrequentium.c.34.nu.2. Tiberius Decianus, reſponſ.93.num.2.vol.2.vbi ampliat hanc concluſionem.

Sed contrariam opinionem (imo quod neque hoc caſu dicto vnius teſtis ſtandum ſit) tenuit Paulus (ſibi contrarius) conſ.337.vol.1. & Iaſ. tenuit vbique hãc partem, in d.l.nec is, & in d.l.admonẽdi, & in l.2.§.ſi abſens, nu.9.ff. ſi ex nox.cau.aga. & in l.cum filiusfamilias, nu.16.ff. de verb.obl.& tenent alij, quos citat Tiraquellus, ſupra, nu.50. & hanc opinionem dixit communem Boerius, deciſ.221.nu.17. & ita conſuluit Simon de Prætis, conſ.151.num.37.quod quidẽ eſt intelligendum in cauſis criminalibus, ſecus in ciuilibus, vt in prima opinione, ita Cephalus, conſ.

438.num.42.lib.3. & ita pluries iudicaui tanquam aſſeſſor iudicis, *para aueriguacion de los que auian metido ſedá blanca de la India*, & vtramque opinionem cum quadam diſtinctione defendi poſſe tradit Menchaca, ſupra, num. 3. qui omnino eſt videndus, cum caſus contingit, & Azeuedo, in l. 28. titu. 19. lib. 9. recop. nu. 8. vbi limitat in caſu in quo ageretur de præiudicio tertij.

QVÆSTIO CCCCXCV.

Vtrum mala fides exiſtimantis rem eſſe vnius, impediat præſcriptionem quo ad alium. Communis contra communem.

MAlam fidem vnius, non impedire præſcriptionem quo ad alterum; tenet Bart. in l. naturaliter, §. 11. ff. de vſucap. Et breuiter agendo, opinio Bar. eſt cõis ſecũdum Annibalem, in repetitionis legis, nu. 156. & dixit etiam cõem Soc. conſ. 47. col. fi. vol. 3. & (vltra eos) dixit communem Bald. de præſcript. 3. par. 6. par. princ. quæſt. 3. Socin. conſ. 47. nu. 17. lib. 3. Salicetus, in l. cum notiſſimi, §. 1. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Anchar. conſ. 1. illo tit. 2. lib. 5.

Sed contrariam opinionem dixit cõem Couarr. in regul. poſſeſſor, 2. par. §. 8 nu. 5. citans plures DD. & iſtam opinionem ſequitur Menchaca, de ſucceſſ. creatione, lib. 3. §. 21. nu. 118. per generalitatem tex. in c. fi. & in c. vigilanti, de præſcriptio. Et ſic nihil intereſt, quod ego exiſtimem, quod res, quæ à me poſſidetur, ſit Titij, cum vere ad Sempronium pertineat, cum in vtroque caſu detur mala fides in poſſeſſore, & ſic hæc eſt verior & recepta ſententia, & ab ea non eſt recedendum in iudicando & conſulendo.

QVÆSTIO CCCCXCVI.

Vtrum lex, quæ excludit præſcriptionem, ſolum videatur excludere præſcriptionem decem vel viginti annorum. Communis contra communem.

VBicunque lex excludit præſcriptionem, intelligi debet de præſcriptione ordinaria, 10. vel 20. annorum, non autem de præſcriptione 30. vel 40. annorum, illa enim bene procedit, non obſtante prohibitione generali. Ita tenet gloſ. in c. 1. §. præterea, de capitulis Conradi. quã ſequuntur quamplures relati per Tiraq. de vtroque retract. §. 1. glo. 2. nu. 12. ſub rub. de retractu conuentionali, & dixit cõem Iaſ. in l. 1. nu. 43. C. de ſeruis fugit. Paulus Pariſ. conſ. 1. vol. 1. nu. 123.

Sed contrariam partem (imo quod hoc caſu cenſeatur & prohibita præſcriptio longiſſimi temporis 30. vel 40. annor.) dixit cõem Zaſius (qui plures allegat) conſ. 15. vol. 2. nu. 12. quem omnino vide, & Burgos de Paz, conſ. 41. num. 11. Prima tamen opinio verior & recepta eſt, & ita pro ea fuit pluries iudicatum, & in caſu mihi contingenti de facto ita obtinui.

QVAESTIO CCCCXCVII.

Vtrum ſi vxor ſtantibus liberis relinquatur vſufructuaria bonorum, conſequatur alimenta. Communis contra communem, & quid iure regio.

SI teſtator relinquat vxorem dominam, & vſufructuariam (exiſtentibus filijs,) ſola alimenta habebit vxor; ita gloſ. & Bart. in authen. quod locum. C. de ſecund. nupt. & eſt communis opinio, ſecundum Iaſ. in l. de alimentis, num. 1. C. de tranſact. & eſt communis ſecundum Cremenſem, ſingulari. 3. & dixit etiam communem Decius, conſ. 454. nu. 1. & fatetur communem Claud. in l. ex hoc iure, col. 4. ff. de iuſt. & iu. & plures tradit Mantica, de côiecturata mente defuncti, lib. 9. tit. 7. nu. 3. & diximus, in quæſt. 68.

Sed contrariam opinionem (imo quod ſolum eo caſu vſumfructum vxor cõſequatur) dixit communem Zaſius (nullum ex ſupradictis doctoribus allegans) conſ. 18. vol. 2. num. 4. Hodie autem tale legatum valeret tantum quintum bonorum, ſine præiudicio legitimæ filiorum. Ita Rodericus Xuarez, in l. quoniam in prioribus, ampliat. 3. num. 5. C. de inoffic. & Queſada, qui latiſſime proſequitur iſtam quæſtionem, in c. 24. vbi nu. 36. explicat illud dubium, quando bona ſunt magnę qualitatis, & parui reditus, qualiter alimenta teneatur filius præſtare. In qua quæſtione eſt tenendum, quod filius tenetur alimenta præſtare, conſideratis reditibus, & fructibus bonorum, non autem proprietate rei, ita Bar. in l. pen. ff. de alimen. & cibar. leg. in l. Imperator, ff. ad Treb. (per illum tex.) Greg. in l. 7. tit. 13. par. 6. Menoch. de arb. lib. 2. centuria 2. caſu 24. Rubeus, in rubr. de donationib. §. 25. nu. 4. Gomez Arias, in l. 48. Tauri, & plures allegat Spino, in ſpeculo teſtamentorum, gloſ. 13. nu. 55. & Gutierrez (qui nouiſſime proſequitur iſtã quæſtionem.) 2. p. lib. 3. pract. quęſt. 57. qui reſoluit illud legatum non valere niſi in quinto bonorum, de quo pater libere poterat diſponere, contra opinionem Ayoræ, de partitionibus, 2. par quęſt. 21. num. 60. Idem tenet Antonius Gomez. 1. tom. variarum, c. 11. num. 26. & dicit communem Menchaca, de ſucceſſionum creatione, §. 10. num. 520. & Azeuedo, in l. 11. tit. 6. num. 17. lib. 5. recop. Quę opinio apud Hiſpanos eſt iuridica, & in vſu quotidiano recepta, & nullum habet contradictorem ex noſtratibus.

QVÆSTIO CCCCXCVIII.

Vtrum procurator poſſit iurare de calumnia, ſi non habeat mandatum ſpeciale. Communis contra communem, & quid iure regio.

AD hoc quod procurator poſſit iurare de calumnia, requiritur ſpeciale mandatum. text. in c. fi. de iuramento calumnię, in 6. & ita ſeruatur, ſecũdum Albericum in authen. principalis, num. 3. C. de iuramento calumnię, & rationem aſſignat idem, in l. qui iuraſſe, in princ. num. 5. ff. de iureiurando. Modo dubium eſt, (& ſatis frequens) an ſufficiat mandatum generale ad omnes cauſas, & ſpeciale ad iurandum de calumnia, ſine hoc, quod exprimatur cauſa in qua iurandum eſt. Econtra quin, quod cauſa exprimatur, habet communis obſeruãtia ſecundum Bart. in l. qui bona, §. qui alieno, nu. 7. ff. de damno infecto, vbi idem concludit Alexan. dicens communem opinionem, & Matheſilanus, notabili. 150. & deciſio Capellæ Tholoſanę. 132.

Sed contrariam ſententiam (imo quod ſit neceſſariũ, quod in ſpecie cauſa exprimatur) reputat veriorẽ Bart. in d. §. qui alieno, idem Bart. in l. 2. C. de iureiur.

Abb.

Abb.& Barbacia, in c.in pertractandis, de iuramen-
to calumniæ, Aretinus, in d.authentica, principalis.
§.ſin autem, & eſt communis opinio, ſecundum Co-
uarr. in c.quamuis pactum. 1.part. §.5.num.ſi.de pa-
ctis, lib.6.& in lib.1. variarum reſolutio. c.6.num.2.
Hodie autem, prima opinio videtur approbata de iu-
re regio, ex l.24.titu.11. part.3. ibi, *aquien otorgaſſen
eſpecialmente poderio de hazer eſta iura*, & ſic illa lex
nõ requirit expreſſioné cauſę, ſuper qua iurãdum eſt
de calũnia, & ita obſeruatur, & practicatur apud oẽs.

S V M M A R I V M.

1 *Verba illa, quæ percipi potuerunt, varie intelliguntur.*
2 *Interpellatio constituit poſſeſſorem in mora.*
3 *Malæ fidei poſſeſſor ſemper eſt in mora.*
4 *Lex, domum, C.de rei vend. declaratur.*
5 *Contraria communis opinio explicatur.*
6 *Fructus veniunt à tempore moræ.*
7 *Petitio hereditatis eſt actio in rem.*
8 *Malę fidei poſſeſſor non tenetur de augmento per ipſum facto in fructibus.*
9 *Bonæ fidei poſſeſſor, non tenetur ad fructus perceptos, etiam ſi factus fuerit locupletior, remiſſiue.*

QVÆSTIO CCCCXCIX.

Vtrum malæ fidei poſſeſſor teneatur ad fructus perceptos, & qui percipi potuiſſent. Communis contra communem.

MAlæ fidei poſſeſſor tenetur de fructibus perce-
ptis, & percipiendis, id eſt, qui percipi potue-
runt.l. certum, C.de rei vendicatione.l.ſi fructus.l.ex
1 diuerſo.ff.eod. Dubitari tamen ſolet, quomodo intel-
ligantur illa verba, qui percipi potuerunt, an ab ipſo
poſſeſſore, an à petitore: & videtur ab ipſo petitore,
per tex.in l.apud Iulianum.§.fructus.ff.de legat.1.&
in l.ſi nauis, §.fi.ff.de rei vendicatione. Sed ex aduer-
ſo, quod intelligantur de his, qui à poſſeſſore percipi
potuerunt, videtur probare tex.in l.domum. C.de rei
vendicatione. In qua varietate ſic diſtinguendum do
cent Petrus, & vltramontani, in d.l.domum, quod aut
2 malæ fidei poſſeſſor, non fuit interpellatus, & ſic non
fuit in mora, & tunc teneatur de percipiendis à ſe: aut
fuit interpellatus, & tenetur de percipiendis à petito
re. Hæc tamen diſtinctio non placet, quia uidetur con
tra generalitatem illius legis, domum. & confunditur
3 per tex. in l.1.in fine. C.de petitione hereditatis. Præ-
terea non poteſt ſuſtineri, quoniam malæ fidei poſſeſ
ſor, ſemper dicitur eſſe in mora, vt in l.fin.ff.de con-
dictione furtiua, & in l.1. C.quod metus cauſa, vnde
Bart.in §. fructus, & in l.domum, diſtinguit, ſcilicet,
quod aut de fructib. loquimur, qui ſine magna indu-
ſtria colligi potuerunt, puta, in percipiendis penſio-
nibus vrbanorum ædificiorum, & tunc qui percipi
potuerunt ab vtroque, nam certum erat de fructibus,
& ſic non eſt neceſſaria diſtinctio, & ita intelligitur
4 illa l.domum: aut loquimur de fructibus, in quibus
maxima, & admodum exacta induſtria requiritur, &
tunc de percipiendis ab ipſo petitore. Quam Bartoli
diſtinctionem dixit communem Alexand.ad eum, in
dict.l.domum. & dicit etiam communem Alexand.in
d.l.apud Iulianum.§.fructus, nu.1.(quam legit cum
præcedenti,) vbi etiam dixit communem Iaſ.nu.2.&
3.& dicit communem Boerius, deciſ.268.colum.3.
& hanc dicit communem Decius, in l.generaliter, n.
5.de regulis iuris, & cum d.l.domum, conſonat text.
in l.39.tit.28.p.3.
5 Sed contrariam opinionem (imo quod aliter ſit di
ſtinguendum) tenuit idem Bart.in d.l.ex diuerſo, nu.
4.ff.de rei vendicatione. Nam aut malæ fidei poſſeſ-
ſor non conuenitur ratione dominij, vt poſſeſſor he-
reditatis, & tenetur de percipiendis à ſe: aut conueni
tur ratione dominij, & tenetur de percipiẽdis à poſ-
ſeſſore, vt in d.§.fructus, & in d.l.ſi nauis.§. finali. Et
hæc diſtinctio Bart. communis eſt, ſecundum Lance-
lotum Decium, in d.l.apud Iulianum, columna ter-
tia, cui tamen diſtinctioni obſtat tex.in §.fructus, vbi
legatarius non agebat ratione dominij: quoniam ſi
6 egiſſet, veniſſet fructus à tempore moræ (agebat ergo
actione perſonali ex teſtamento) & ſi intentaſſet rei
vendicationem, venirent fructus ab adita hereditate.
l.Herennius, la.1.ff.de vſuris. ſecus vbi poſſeſſor con
7 uenitur ratione dominij, quoniam hereditatis petitio
eſt actio in rem, vt in l.ſed ſi lege. § petitio.ff.de peti-
tione hereditatis. Vnum tamen ſumme notãdum eſt,
8 quod in omnibus caſibus, in quibus malæ fidei poſ-
ſeſſor tenetur de fructibus, quos ipſe percipere po-
tuiſſet, nunquam tenetur, de augmento per ipſum fa-
cto. Caſus eſt ſingularis in l. cæterum. ff. de rei vendi
catione, quem ad hoc citat additio Alex.in d.l.apud
9 Iulianum.§.fructus, nu.1.& an bonæ fidei poſſeſſor
ad fructus perceptos teneatur, quatenus locupletior
factus fuit, refert duas communes Iacobus Philip-
pus Portius, lib.3.communium, concl.25. vbi tradit
auctores & fundamenta.

S V M M A R I V M.

1 *Authentica, hac conſtitutio, & lex fin. C. de ſacroſ.eccl. adducuntur pro prima opinione.*
2 *Debiti exactio ceſſat, poſt completam præſcriptionem.*
3 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
4 *c.19.ſeſſ.25.Concilij Tridentini declaratur.*
5 *Quinquennium ingredientibus religionẽ aſſignatur poſt profeſſionem ad reclamandum.*
6 *Reſtitutio non competit minoribus lapſo quinquennio, de quo loquitur Concilium Tridentinum.*

QVÆSTIO D.

Vtrum eccleſia reſtituatur aduerſus præſcriptionem cõpletam. Communis contra communem.

DVbium eſt in iure, an eccleſia aduerſus pręſcri-
ptionem iam completam in integrum reſtitui
poſſit, & non poſſe reſtitui tenet gloſſ.(ad vtramque
partem quæſtionem diſputans) in c.auditis, de in in-
tegrum reſtitutione, idem tenet gloſſ.verb.lapſum tẽ
poris, in clementina.1.eod. quas ſequi videtur Imo-
la, in d.cap.auditis: eandemque partem tenet Salice-
tus, in authentica, quas actiones, num.8.C.de ſacro-
ſanctis eccleſ.& Socinus, conſil.266. num.24.vol.2.
& (ante eos) tenuit Hoſtienſis, in cap. 1.de præſcri-
ptionibus, cum quo communiter tranſeunt doctores,

ſecun-

1 ſecundum Abb.num.9.pro quibus videt text. in au-
thentica, hæc conſtitutio innouat, & l.fin. Cod.de ſa
2 croſanctis eccleſ. vbi probatur exactionem poſt præ-
ſcriptionem ceſſare: ad idem eſt text.in c.3. & in c.ad
autes, de præſcriptionibus.
3 Sed contrariam ſententiam (imo quod eccleſia in
tra quadriennium, & non vlterius poſſit reſtitui) te-
net glo. dicens fere omnes tenere hoc, in d. authenti
ca, de eccleſiaſticis titulis.§.pro temporalibus, cuius
ſententiam tenet Abb.num.9.& Felinus, num.8.in
d.cap.1.de præſcriptionibus, vbi Abb. dicit, quod in
hoc conueniunt numero plures, & ingenio elegantio
res doctores, quod etiam aſſerit idem Abb.conſ.32.
vol.1.verſi.8.& vltimo. ff de verborum obligationi-
bus. dixit etiam communem Iaſ.in d.auth.quas actio
nes, num.13.& communem appellat Alexan.conſil.
81.num.8. & 9.vol. 5.& conſ.150.num.2. vol.7.&
Decius, conſ. 29.num.2.& conſ.36.num.9: dicunt
etiam communem Paulus Pariſius, in d.c.5.de præ-
ſcriptionibus, nu.20 Balbus, de præſcriptionibus. t.
p.5.partis principal.quæſtione 2.in princip. & etiam
dixit communem Boerius, deciſione 39.num. 10.&
(ante eos) eam dixit communem Abb.in d.c.auditis,
num. 12. & dixit etiam communem Bellonus conſ.
46.num.14.& hæc videtur verior opinio, per text.in
clementina 1.de reſtitutione in integrum, ex quibus
adduco intellectum ad tex.in cap 19.ſeſſion.25.Con
4 cilij Triden in, vbi aſſignatur quinquenium ingre-
5 dientibus religionem, ad reclamandum contra pro-
feſſionem per vim, vel metum factam, vt elapſo illo
6 quinquennio compe tat minoribus reſtitutio. Ita Hu-
mada, in l.3.& 4 tit.7.p.1.gloſſ.2.num.2. quod tene
menti, quia ſæpe contingit de facto. Sed contrarium
video practicari, & merito.

SVMMARIVM.

1 *Contra turbantem poſſeſſionem potes vti interdicto, vti poſſidetis.*
2 *Caſus de facto inter capellanos chori ſanctę eccleſiæ Toletanæ, & parochos cæterarum eccleſiarum refertur.*
3 *Cui conceditur ius ſepeliendi in aliena parochia, conceditur etiam proceſſionaliter, & cum cruce.*
4 *Princeps concedendo iuriſdictionem, videtur etiam concedere merum & mixtum imperium.*
5 *Cui conceditur finis, conceditur etiam ea per quæ deuenitur ad finem.*
6 *Cui conceditur ius ſepeliendi, conceditur per alienam parochiam deferenda funera.*
7 *Pro expreſſo habetur, quod ex coniecturis apparet.*
8 *Expreſſum dicitur, quod venit ex mente, vel ex generalitate verborum.*
9 *Cui conceditur plus, conceditur, etiam quod eſt minus.*
10 *Idem eſt iudicium de his, quæ veniũt in conſequentiam, quod de principali.*
11 *Expreſſum dicitur, quod natura verborum virtualiter importat.*
12 *Expreſſum dicitur, de quo veriſimiliter diſponeretur, ſi de tali caſu omiſſo eſſet cogitatum.*
13 *Crucem portare non eſt actus prohibitus.*
14 *Cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpol. declaratur.*
15 *Qui habent ius ſepeliendi in aliena parochia, poſſunt illud exercere proceſſionaliter, & cum cruce.*
16 *Præſcriptio ſine poſſeſſione non procedit.*
17 *Ius ducendi crucem eſt actus diſcontinuus, & dependet ex facultate vtentium.*
18 *Præſcriptio non procedit in rebus, quæ conſiſtunt in facultate, etiam per mille annos.*
19 *Vaſalli non perdunt ius venandi, etiam ſi per mille annos non fuerint venati.*
20 *Facultas actum faciendi non perditur per non vſum.*
21 *Crucem ducere eſt actus voluntarius, & diſcontinuus, & ſic non perditur per non vſum.*

QVÆSTIO DI.

Vtrum agens interdicto, vti poſſidetis, teneatur probare ſe poſſidere tempore, quo deiectus eſt. Communis contra communem.

1 INterdictum, vti poſſidetis, datur contra inquietan
tem, ſi contendat ſe poſſidere, ex communi opinio
ne relata per Socinum iuniorẽ, conſ.146.nu.20.vol.
1. & tradit Bart.in l.1.§.huius autem, in princip. ff.
vti poſſidetis. Poterit etiam hoc interdictum intenta
ri contra turbantem, etiamſi ſe poſſidere minime con
tendat, ſecundum Bart. vbi ſup. cui accedit crebrior
interpretata ſententia, ex Socino d.conſ.146. Nunc
autem dubium eſt, an agens interdicto, vti poſſidetis,
teneatur probare ſe poſſidere tempore, quo deiectus
eſt, & teneri aſſerit Lanfrancus, in rub.de cauſa poſ-
ſeſſ.colu.3. cuius ſententia verior & magis commu-
nis eſt, ſecundum Rubeum, in repetitione legis, natu
raliter.§. nihil commune. ff. de acquir.poſſ.num.51.
Sed contrariam opinionem tenent Abb. & alij, in
c.cum eccleſ. Sutrina, de cauſa poſſ.& prop. affirman-
tes ſufficere probare, quod aliquando poſſedit ſpolia
tus, & hanc eſſe communem aſſerit Rubeus.d.nu.51.
verſ.ſed in contrarium, & (pluribus citatis) hanc re-
ſoluit magis communem opinionem Maſcardus, vo-
lum.3.de probationibus, concluſione 1196.num.13.
& Couarr. in ca.poſſ.2.p.§.1.num.4. verſic. mihi ſa-
2 ne, de regul. iuris, in 6. vbi alios refert. Ex quibus
adhuc defendo Capellanos Chori ſanctæ eccleſiæ To
letanæ, contra parochos parochialium huius ciuita-
tis, qui prohibent prædictos capellanos, vt non mit-
tant crucem in illorum parochiam, tempore quo cor-
pora defunctorum ſepeliuntur. Quia licet illi habe-
ant ſententiam tranſlatam in autoritatem rei iudica-
tę, ad ſepelienda corpora defunctorum in ſuis paro-
chijs, dicunt tamen illud non eſſe faciendum proceſ
ſionaliter, & cum cruce: maxime cum abhinc triginta
annis nunquam portaſſent crucem in ſuis proceſſio-
nibus, nec actibus ſuæ communitatis, & quod illud
ius portandi crucem ſit iam præſcriptum: quia (prædi
ctis non obſtantibus) poſſunt continuo portare cru-
cem, & prohibitio de non portando illam, facta per
dominos de conſilio Archiepiſcopi (ſalua illorum pa
cé) videtur contra ius, & in ſpolium poſſeſſionis ca-
pellanorum, qui ab antiquo habent ſufficienter pro-
batum portaſſe crucẽ, quod fundabitur (breuitati con
ſulendo) ex ſequentibus. Primo ex hac vltima ſenten-
3 tia, qua probauimus competere interdictum, vti poſ-
ſidetis, illi, qui aliquando fuit in poſſeſſione, ſi ab ea
quodammodo fuerit ſpoliatus, & nemo vnquam ne-
gauit, quin prædicti capellani fuiſſent in quieta, & pa

eiſica poſſeſsione deferẽdi crucẽ abſq; aliqua probibi-
tione. Seeũdo, quia cũ prędictis capellanis ſit conceſſa
faculras ſepeliẽdi corpora defunctorũ, in prædictis pa
rochijs, cũ diacono, & ſubdiacono (vt conſtat ex præ-
dicti ſententia) virtualiter, & eſſentialiter illis eſt con
ceſſum ius deferendi crucem, arg. text. in l. cui iuriſ-
dictio, ff. de iuriſdict. omn. iudic. & princeps conce-
4 dendo iuriſdictionem videtur concedere merũ & mi
xium imperium, vt tradit Bald. in l. cum multa, C. de
bonis quæ lib. & eſt communis opinio, ſecũdum Iaſ.
io l. imperium, num. 1 1. ff. de iuriſd. omn. iudic. quia
5 cui conceditur finis, conceduntur ea per quæ deueni-
tur ad finem, l. ad rem mobilẽ, l. ad legatum, ff. de pro
curatoribus, l. oratio, ff. de ſponſalibus. & cui concedi
tur hauſtus ex fonte, conceditur ſimiliter iter ad ip-
ſum, l. 3. ff. de ſeruitutib. ruſticor. prædior. & cui con-
ceditur ius ſepeliendi, conceditur etiam per alienam
parochiam funera ipſa deferre, l. 3. §. non perpetuo, ff.
de ſepulchro violato. Et licet in prædicta ſententia
7 hoc non exprimatur, tamen virtualiter habetur pro
expreſſo, cum illud habeatur pro expreſſo, quod ex cõ
iecturis apparet, l. licet Imperator, ff. de leg. 1. vnde di
xit eleganter Bald. in l. pater, in princ. ff. de noui oper.
nuncia. quod illud dicitur expreſſum in ſententia, qđ
8 venit ex mente, vel ex generalitate verborũ: & ea quæ
ſunt in vſu quotidiano, habentur pro expreſſis, l. fin.
C. de fideiuſſorib. & tradit Boerius, deciſ. 217. & ſic
quemadmodum qui eſt electus dux, poteſt portare ve
xillum, & qui eſt electus Prætor, poteſt ſecum ferre
virgam iuſtitię, licet hoc non exprimatur in ſuis titu-
lis, & prouiſionibus: ita & eodem modo ſufficit, quod
per ſententiam prędicti Capellani, habeant ius ſepe-
liendi corpora defunctorum in aliena parochia, vt il-
lud intelligatur proceſſionaliter, & cum cruce, cum
9 illi cui conceditur plus, ſit etiam conceſſum quod eſt
10 minus, & idem eſt iudicium de his, quæ veniunt in cõ
ſequentiam, quam de ipſo principali, vt tradit Gram-
maticus, conſ. ciuili, 10. nu. 5. & dicit Bart. in l. memi-
niſſe, num. 1. de leg. 1. & Cephalus, conſ. 342. nu. 48.
lib. 3. quod ſatis dicitur expreſſum, quod natura ver-
11 borum virtualiter importat, ex tex. in l. Gallus, §. qui-
dam recte, ff. de lib. & poſth. & notat Bald. in l. ad pro
bationem, verſ. ſed contrarium, C. de probatio. & opti
me Cranetta, de antiquit. temporum, verſi. ampliatur,
12 nu. 38. fol. 34. & ſic etiam habetur pro expreſſo, quod
veriſimiliter diſponeretur, ſi de illo caſu omiſſo, legis
lator vel iudex fuiſſent interrogati, gloſ. communiter
recepta, in l. tale pactum, §. ſi ff. de pact. vbi late Iaſ. il-
lam exornat, & Antonius Gabriel, lib. 6. communiũ,
13 tit. de regul. iur. concluſ. 10. Quod maxime procedit,
quia portare crucem non eſt actus de genere prohi-
bitorum, & ſic omnia cenſentur permiſſa, niſi ſpecia-
liter reperiantur prohibita, l. altius, C. de ſeruitutib.
14 & tradit Maſcardus, vol. 3. prob. concluſ. 1237. num.
2. & ſic non obſtat text. in c. cum ad ſedem, de reſtit.
ſpoliat. & tradita per Caſtillum, in l. 30. Tauri, vbi di
cit eſſe licitum tollere crucem, mittentibus eam in pa
rochia aliena, quia illud procedit in eo qui non babet
ius ingrediendi parochiam alienã, prout habent præ-
dicti capellani, & ſic nullum eis obſtat impedimen-
tum, & ita etiam ſunt intelligenda tradita in propoſi-
to per Oldradum, conſ. 82. qui optime in conſ. 225.
num. 13. & 14. reſoluit, quod illi, qui habent ius in-
15 grediendi alienam parochiam, ad ſepelienda corpora
defunctorum, intelligitur, quod illud ius ſit exercen-
dum proceſſionaliter, & cum cruce, ex rationibus, de
quibus ſupra, & ſic prędicti capellani, non ſolum ha-
bent ius ab antiquo ducẽdi crucem, ſed etiam ſenten
tiam translatam in auctoritatem rei iudicatæ, per quã
ex ſupradictis virtualiter illis confirmatur, & conce-
ditur illud ius, vnde cum ſint in poſſeſſione prædicta,
& ab ea iniuſte deiecti, redintegrandi ſunt, per inter-
dictum Vti poſſidetis, de quo in principali quæſtio-
ne. Quibus non obſtat contrarię partis principale fun
damẽtum, quod illud ius capellanorum per ſpatium
30. annorũ ſit iam pręſcriptum, quia præſcriptio nun
16 quam ſine poſſeſſione procedit, vt in regula iuris, ma
xime in caſu propoſito, quia ius ducendi crucem eſt
17 actus diſcontinuus, & conſiſtit in facultate, & libera
voluntate capellanorum, & ſic in his rebus non cadit
18 præſcriptio, tex. in l. viam publicam, ff. de via publi-
ca, vbi ea quæ cõſiſtunt in facultate vtentium, nõ præ
ſcribuntur (etiam per mille annos) non data prohibi-
tione, vt ius eundi, venandi, piſcandi, molendi, vel
non molẽdi, in aliquo molendino, ædificandi, vel nõ
ædificandi: hęc omnia, & ſimilia, cum dependeant ex
vtentium facultate, nunquam perditur ius, etiã ſi per
millia annorum nemo illis iuribus vſus fuerit. Ita tra-
dunt. DD. in l. 2. C. de ſeruitutibus & aqua, Padilla,
19 in l. ſi quas actiones, num. 19. C. eo tit. vbi reſoluit,
quod vaſalli alicuius domini, etiamſi non fuerint ve
nati per mille annos, non poſſunt à venatione per do
minum prohiberi. Ita tenet Ripa, in cum eccleſia Su-
trina, de cauſa poſſ. & prop. nu. 5. & in l. quo minus,
de fluminibus, nu. 133. & eſt communis opinio, ſecũ
dum Antonium Gabriel, tit. de pręſcriptio. conc. 10.
vbi reſoluit hoc maxime procedere, quando facultas
eſt publica. Ita Roland. conſ. 52. vol. 3. num. 29. & ra-
tionem aſſignat Bald. in d. l. quominus, num. 27. quia
20 per non vſum non tollitur facultas actum faciendi.
Ita Iacobus Philippus Portius, lib. 3. communium, re
gula 33. (vbi plures refert.) Quod procedit, tran-
ſacto tempore immemorali, vt tradit Antonius The
ſaurus, in deciſio. Pedemontana. 16. nume. 4. & Gui-
do Papæ, quæſt. 198. & Ioannes Gracia, de nobilita-
21 te, gloſ. 35. à num. 57. & 65. Et ſic, cum ius portandi
crucem ſit actus diſcontinuus, & conſiſtens in volun
tate, & facultate capellanorum, & quando neceſsitas
occurrit, à fidelibus poſtuletur, ſequitur, quod nullo
tempore pręſcribi poſsit, cum ſemper retineant ius
ſuę poſſeſsionis, in qua debeant conſeruari, & redinte
grari, ex fundamento noſtrę quęſtionis. Et pro hac
mea ſententia ex ſupra dictis fundamentis, ita in ciui
tate Placentiæ à quodam iudice apoſtolico fuit iudi-
catum & poſtea cauſa amicabiliter fuit compoſita.

S V M M A R I V M.

1 *Sponſus vltra octauam partem dotis receptæ, non poteſt facere donationem iocalium ſponſæ.*

2 *Iuramentum confirmat donationẽ iocalium vltra octauam partem dotis.*

3 *Iuramentum confirmat actum à lege prohibitum, etiam cum decreto irritanti.*

4 *Filia non poteſt meliorari cauſa dotis, vel matrimonij, etiam cum iuramento.*

Digitized by Google

5 *Iuramentum non confirmat meliorationem factam filia cum ſit in præiudicium aliorum filiorum.*
6 *Prohibitionis cauſa ceſſante, ceſſat ipſa prohibitio.*
7 *Qui habet filios, non poterit donare pro iocalibus, vltra octauam partem quæ deducenda eſt ex quinto.*
8 *Sponſus qui habet patrem, non poterit vltra tertiam bonorum partem diſponere.*

QVÆSTIO DII.

Vtrum iuramentum confirmet contractum à lege prohibitum. Communis contra communem.

QVando lex prohibet contractum fieri, principaliter fauore priuato, licet in cõſequentiam reſultet fauor publicus, ſi iuramento talis contractus firmatur, iuramentum tenet, & talis contractus remanet firmus, text. in c. cum contingat, de iureiur. tex. in c. quãuis pactom, de pactis, in 6. authentica, ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus venditionem. Et hunc dixit cõmunem intellectum (ad illa iura) Alciatus in d. c. cum contingat, num. 95. & alij relati per Couar. in d. cap. quamuis pactum, 2. p. §. 1. num. 5.

Sed contrariam opinionem (imo quod in illis iuribus iuramentum ſit ſeruandum, contractum vero per illud non confirmari, imo nullũ adhuc eſſe, receptius contendit Alciatus, in l. pacta quæ contra, nu. 22. C. de pactis, & tradit Gutierrez, in d. auth. ſacram. pub. & dicemus, in quæſt. 604. ſed prima opinio eſt magis communis, & recepta. ex qua infero intellectum ad cap. 101. *de Madrid, anno de 34.* quę eſt, lex 1. tit. 2. lib.
1 5. recop. vbi prohibetur, quod vltra octauam partem dotis recepię, non poſſit ſponſus veſtes, & iocalia ſpõ
2 ſæ ſuæ tradere, vt illa diſpoſitio non procedat interueniente iuramento in donatione, vel promiſſione. Ita Gutierrez, de iuramento confirmatorio, 1. p. c. 14. nu. 7. & Spino, in ſpeculo teſtamentorum, glo. 18 princ. num. 117. quos ſequitor Azeuedo, in d. l. 1. num. 27.
3 Et eſt ratio, quod etiamſi lex prohibeat actum cũ decreto irritanti, nihilominus interueniente iuramento actus ſuſtinetur, & confirmatur, vt tradit Abb. in d. c. cum contingat, num. 6. Imola, num. 36. Gutierrez, ſupra, num. 6. & Baeça, de non meliorandis filiabus ratione dotis, c. 29. nu. 5. quod quidem non procedit in
4 melioratione tertij & quinti, facta filiæ ratione dotis,
5 vel matrimonij: nam talis melioratio non confirmabitur iuramento, quia in hoc caſu agitur de præiudicio aliorum filiorum, & ſic iuramentum non confirmat contractum. Ita reſoluit Baeça, ſupra, c. 29. nu. 4. quem ſequitur Gutierrez, nu. 14. & Azeuedo, in d. l. 1. tit. 2. nu. 8. & ſic deficientibus alijs filijs, valebit talis
6 melioratio, cũ ceſſet ratio prohibitionis, c. cum ceſſante, de app. l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. Vn-
7 de in primo caſu, ſi ſponſus habeat filios prioris matrimonij, non poterit donare pro iocalibus vltra octauam partem dotis, etiam cum iuramento, & illa octaua pars eſt deducenda de quinto, cũ qui habet filios non dicatur habere alia bona, de quibus libere poſſit per contractum gratuitum diſponere, vt in l. 28. Tauri, quia alias eſſet in præiudicium legitimæ filiorum,
8 vt tradit Gutierrez, ſupra, nu. 87. idemque eſt dicendum, ſi ſponſus habuerit patrem, quia vltra tertium, de quo in l. 6. Tauri, non poterit iocalia, neq; arrhas promittere, vt tradit Azeuedo, in d. 1. nume. 28. de quo ſæpius fui interrogatus, & conſului, quod ſi talis ſponſus habeat filios, ex priori matrimonio, non poterit vltra quintũ donare ſpõſæ pro arrhis, & iocalibus.

QVÆSTIO DIII.

Vtrum rupto teſtamento ex cauſa præteritionis, confirmẽtur legata filio præterito relicta, vel exhæredato. Communis contra communem, & quid iure regio.

LEgata relicta in teſtamento nullo ex cauſa præteritionis, vel exheredationis, firma manere, nemo eſt qui dubitet, & illud probat text. in auth. ex cauſa, C. de liber. pręter. vel exhæred. Dubium tamen eſt, an legata relicta filio ex tali teſtamento (in quo ipſe eſt præteritus, vel exheredatus) confirmentur. Et talia legata minime conſeruari, tenet gloſ. verb. totius ſubſtãtiæ, in l. maximũ vitium, C. de lib. præter. cuius ſñiam aſſerit ibi cõem Iaſ. dicens communem, nu. 15. Curt. num. 59. Ioannes Igneus, nu. 204. in d. authen. ex cauſa, & dicit etiam cõem Romanus, conſ. 516. & Segura, in l. 3. §. fi. nu. 101. ff. de libe. & poſthu. & dicit etiã cõem Ripa, in l. 2. nu. 33. de vulgari, & dicunt ẽt communem Gomez Arias, & Antonius Gomez, in l. 24. Tauri, hic, num. 7. ille, num. 2. ad finem.

Sed contrariam ſententiam (imo quod legata illa conſeruentur) teſtatur communem Fulgoſ. in d. auth. ex cauſa, nu. 45. Sed prima opinio eſt magis communis & tenenda, ex qua nouiter intelligitur l. 24. Tauri, quæ vult, quod licet rumpatur teſtamentum ex cauſa præteritionis, vel exheredationis, valeãt tamen prælegata, quod hoc non intelligatur de prælegatis factis filio præterito, vel exheredato, teſtm̃ rumpenti, ſed de prælegatis factis alijs filijs, atque ita ibi Ioannes Lupus, nu. 7. & Gomez Arias, in princ. intelligunt illam l. 24. Gomez Arias, eſt in l. 22. qui in d. l. 24. citat Caſtel. ũ pro hac ſñia, & l. 12. titu. 5. lib. 3. fori, poſt quos eandem tenet ibi ad illam legem Antonius Gomez, nu. 8. quem ſequitur Tellus Fernan. ibi, nu. 3. ſed hodie ex lege ordinamenti, 1. tit. 2. lib. 5. ſiue filius ſit exheredatus, ſeu pręteritus, legata in teſtamento relicta debentur, ſiue ab herede ſcripto, ſiue à veniẽtibus ab inteſtato, vt ibi notant communiter ſcribentes.

QVÆSTIO DIIII.

Vtrum iudex ſecularis poſſit cognoſcere de poſſeſſorio rei eccleſiaſticæ. Communis contra communem.

CAuſa poſſeſſionis ſuper re ſpirituali temporalis eſt, & profana. Ita tenet gl. in c. literas, de iuramẽto calumnię, quam ſequitur ibi Cardinalis & Barbatia, in c. cęterum, de iudic. num. 64. & eſt ſimilis gloſ. in c. cum dilectus, de elect. in verb. iuramento, & in c. literis, de reſtit. ſpoliat. vnde infertur, iudicem ſecularem poſſe de poſſeſſorio rei eccleſiaſticæ cognoſcere, quod notat Aufredus, ad Capellam Tholoſanam, quęſtione 470. & Matthęus de Afflictis, deciſio. 24. Ripa, in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 19. ff. de acquir. poſſeſſio. idem lib. 3. reſponſ. c. 36. nu. 1. & 2.

& eſt

& eſt communis opinio, ſecũdum Boerium deciſ. 69. num. 23. & dixit communem legiſtarum (eam ſequutus) Ioannes Igneus, in l. neceſſarios, §. non alias, 2. p. nu. 11. ff. ad Syllanianum, & tenet (plures allegando) Aymon Crauetta, conſ. 258. nu. 1. vol. 2. quam opinionem (alijs citatis) ſequitur Mieres, de maioratu 3. par. quæſt. 11. num. 11. vbi dicit ita iudicatum fuiſſe in regali Cancellaria.

Sed contrariam ſententiam (imo quod iudex ſecularis non poſſit cognoſcere de prædicta cauſa) dicit eſſe communem canoniſtarum Ioan. Igneus, vbi ſupra, num. 2. qui agit de hac quæſtione vſque ad num. 50. Prima tamen opinio communior eſt, ac verior, quam intellige in regibus, ac iudicib. ſupremis non ſolum procedere (vt per doctores in c. cauſam, qui filij ſint legitimi) verum etiam in iudicibus inferioribus. ex l. 1. tit. 18. lib. 8. ordinam. Intellige tamen, in poſſeſſorio retinendæ, vel recuperandæ, non autem adipiſcendæ, ſecundum Cardinalem, in clem. 2. de iudic. q. 10. & Guido Papæ. deciſ. 1. & 85. & idem ſentit Guillermus Benedictus, in c. Raynutius, verb. & vxorem, deciſ. 2. num. 38. de teſtamen. cuius differentiæ ratio eſt, quia quando agitur de adipiſcenda, color tituli requiritur, cuius cognitio cum ſit quid ſpirituale, non ſpectat ad iudicem ſecularem, ita Nauar. in c. cum contingat, de reſcrip. pag. 154. & quod iudex ſecularis de hac cauſa cognoſcat, vltra allegatos in prima opinione, tenet late Aufredus, de poteſtate iudicis ſecularis ſuper eccleſiaſticas perſonas, reg. 2. fallen. 24. atq; hoc caſu obtinuiſſe, & in iure veriſſimum eſſe, dicit Coraſius, in paraph. ſacerdo. 1. p. c. 2. nu. 8. & ita diebus elapſis fuit iudicatum in regali Cancellaria Pinciana: & vide vltra omnes Ioan. Garciam, de nobilitate glo. 1. num. 27.

QVÆSTIO DV.

Vtrum communicans cum excommunicato peccet ſemper venialiter. Communis contra communem.

COmmunicans cum excommunicato venialiter peccat (niſi in tribus caſibus, in quib. peccat mortaliter.) Et hæc eſt communis reſolutio doctorum ſecundum Couar. in c. alma mater, 1. p. §. 3. nu. 7. de ſenten. excom. lib. 6. & ſecundum Nauar. in c. placuit, de pœnitentijs, diſt. 6. nu. 22. Gratian. reg. 174. Greg. in l. 33. tit. 9. p. 1. gloſ. magna.

Sed contrariam ſententiam (imo quod regulariter peccet venialiter, niſi in ſex caſibus) dicit eſſe communem Abb. in c. ſacris, num. 9. de his quæ vi metuſve cauſa fiunt. Prima tamen opinio verior eſt, & maiori doctorum calculo recepta.

QVÆSTIO DVI.

Vtrum contra patrem diſſipatorem ſuccurratur filiis aliquo remedio, vt alimenta & legitima illis reſeruentur. Communis contra communem.

CErtant vtriuſque iuris interpretes, an patre diſſipante bona ſua in fraudem filiorum (titulo oneroſo) poſſint filij (implorato iudicis officio) patrem cogere, vt eis aliquam legitimã portionem aſſignet, vnde alimenta percipere poſſint. Et poſſe cõgere, tenet Bald. in l. 2. nu. 3. C. ſi quid in fraudem patroni, quem ibi ſequitur Paulus, in auth. ſi qua mulier, nu. fi. C. de ſacroſanctis eccleſ. & Romanus, ſingul. 610. ſequitur etiam Alex. col. 5. & Segura, nu. 118. in l. Imperator, (per illum tex.) ad Trebel. & etiam Iaſ. in l. ſi conſtante, num. 198. ff. ſolu. matrimo. idem Iaſ. & Zaſius, in l. ait prætor, §. ſed etſi quis, vterque, in prin. ff. de interin. & Palatius Rub. in repet. c. per veſtras, §. 17. num. 4. Socinus, reg. 588. Boerius, deciſ. 61. num. 18. Cagnolus in l. fi. num. fi. C. de pact. Gomez Arias, in l. 4. Tauri, num. 44. atque hanc tenent communiter Doctores inſtitutarij, ſecundum Paulum de Monte, in l. poſt contractum, nu. 31. ff. de donat. & dixit etiam cõmunem Lancelotus Decius. in l. lis nulla, in fi. ff. de iudic.

Sed contrariam ſententiam tenet Iaſ. in lege Cornel. num. 6. ff. de vulg. & in §. item ſi quis in fraudem, num. 4. Inſtit. de action. & Caſſan. in conſuetudinib. Burgundiæ, rubr. 7. §. 2. verb. *da troſpaſſe*, nu. 5. & hæc eſt vera, & magis communis opinio ſecundum Paulũ de Monte, vbi ſupra, nu. 24. Et hanc etiam dixit communem Rubeus, ad Alex. in l. Titia, §. Imperator, nu. 33. ff. de leg. 2. & hanc communem appellat Franciſcus Annibal, in d. l. poſt contractum, nu. 54. & dixit communem Couar. in c. Raynutius, §. 10. nu. 6. (horũ immemor.) Et licet hoc verum ſit in filijs, tamen in parentibus non procedit, ſecundum Rodericum Xuarez, in l. quoniam in prioribus, ampliatio. 16. nu. 9. C. de inoffic. teſtam. vbi adduxit alias quamplures differentias inter parentes & filios, reſpectu ſucceſſionis, & alimentorum. Et vide quę diximus in q. 74. & Gregor. in l. 5. tit. 2. par. 3. verb. *que ſe lo degaſtaſſe*, & illud eſt quod practicatur, quod poteſt filius implorare contra patrem diſſipatorem, iudicis officium, & hoc ſiue fraude, ſiue culpa diſſipet, vt in l. fi. C. de ſententiam paſſ. & reſt. vt refert Pinelus, in l. 1. de bonis mat. 3. par. num. 57. qui alios ſequitur, & pro hac opinione fuit iudicatum.

QVÆSTIO DVII.

Vtrum legitima de iure Digeſtorum poſſit filijs relinqui quouis titulo. Communis contra communem, & quid iure regio.

LEgitima iure Codicis, quoquo titulo poterat filijs relinqui, l. omnimodo, C. de inoffic. teſtam. Doctores in l. ſcimus, §. cum autem, C. eod. Matienço, in l. 1. tit. 4. gloſ. 10. nu. 51. lib. 5. recopil. (contra Acoſtam, in c. ſi pater, 1. p. verb. inſtituit, num. 13. de teſtamentis, lib. 6.) iure autẽ authenticorum eſt relinquenda titulo inſtitutionis, tex. in auth. vt cum de appella. cognoſcitur, §. aliud, collat. 8. & diximus, in quęſt. 23. quã ſñiam ſequitur Iaſ. in authentica, nouiſſima, C. de inoffic. & eſt glo. cõiter recepta, in d. cap. ſi pater, uerb. inſtituit, & dicit cõem, & ueriorem Alex. in l. in quartam, nu. 20. ad leg. Falcid. Acoſta, in d. c. ſi pater, 1. p. verb inſtituit, nu. 24. & Berengar. nu. 189. in d. l. in quartam, Coraſius, in l. filiũ quem habentẽ, nu. 82. ff. de lib. & poſth. Couar. in c. Raynutius, 1. p. n. 2. Mẽchaca, de ſucceſſionũ creatione, §. 20. nu. 208. & 235. & Matienço, in d. l. 1. tit. 4. lib. 5. recop. gl. 10. nu. 50. Nũc aũt dubiũ eſt, quid de iure digeſtorũ eſſet in hoc

diſpoſitũ,& ſufficerẽ de illo iure,ſi relinqueretur legitima quouis titulo,citatur glo.celebris,in d.l.ſcimus,§.cum aũr,C.de inoffic.teſt.cuius ſnĩam videtur probare text.in l.Papinianus, §.ſi quis mortis, ff.eod.tit. & in l.qui filium,verſ.nequaquã, ff.vbi pupillus educati debeat, l.ita tamen, §.Marcellus, ff.ad Trebell.l.poſthumotum,ff.de iniuſto rupto, & ſequitur Menchaca,de ſucceſſionum creati ıne lib.2.§.20.nu.232. & Rojas,de ſuceeſſionibus,c.8 Gutierrez de iuramẽto confirmatorio,2.par.ca.3.& ita tenent allegati per Alex.in l.inter cętera,col.1.de lib.& poſth.& Guillermus Bened.in c.Raynutius, verb.in eodẽ teſtamẽto, 1.nu.15.& hanc dixit cõem opinionem Rodericus Xuarez,in l.quoniam in prioribus,limitat.15. C.de inoffic.teſt.& eam tenet Forcatulus, in dialogo 35.

Sed contrariam ſententiam probat text.in l.ita tamen,§.quis rogatus, ff.ad Trebel quam dixit communem Alex.in d.l.inter cætera,nu.2. & Guillermus,ſupra,num.15. vbi late proſequitur iſtam quæſtionem, & eandem etiam communem fatetur Rodericus Xuarez,ſupra,limitatione 15.col.2. & Didacus Perez,in l.1.tit.4.lib.5.ordinaio.pag.110.quam ſequitur & dicit veriorem Azeuedo,in dict.l.j.num.158.lib.quinto, recop. vbi refert duas communes, & nouiſſime de hac quæſtione agit Spino. in ſpeculo teſtamentor. gloſ.17.ex num.27.vſque 31.vbi reſoluit, quod tam iure Codicis,quam authenticorum, & etiam Digeſtorum, relinquenda ſit filijs legitima titulo inſtitutionis,& etiam de iure caoonico, ſecundum gloſ.in d.c. Raynutius,verb.relinquens: quæ cõmunis eſt,ſecundum Alex.conſ.168.num.5.vol.4. Sed verior opinio eſt & tenenda,quod de iure regio nõ ſit neceſſarium, vt legitima relinquatur titulo inſtitutionis vt (cõtra Spinum,& alios) reſoluimus in quæſt.23.num.7. & tenet Azeuedo,ſupra,nu.165.vbi Matien,o, glo.10. num.66. reſoluit ita fuiſſe practicatum in regia Cancellaria Pinciana.

SVMMARIVM.

1 *Deceptio contra dimidiam iuſti pretij , eſt licita de iure.*
2 *Deceptio re ipſa, vel dolo facta, differunt.*
3 *Cõtraria communis opinio proponitur,quod ſi ſolũ fraus, vel dolus interueniat,non procedat deceptio.*
4 *Eccleſia tenetur reſtituere iuſtum pretium,quando decepit emptorem intra dimidiam.*
5 *Omnes homines tenentur iuſtitiæ præcepta ſeruare.*
6 *Bono viro non licet decipere quenquam, etiam intra dimidiam iuſti pretij.*
7 *Ad bonam fidem pertinet,quod contractus ſit bona fide celebratus.*
8 *Cautela Ananiæ declaratur.*
9 *Poſitioni continenti turpitudinẽ,nemo tenetur reſpõdere.*
10 *Poſitioni captioſæ nemo tenetur reſpondere.*
11 *Voluntates iudicum variæ ſunt.*

QVÆSTIO DVIII.

Vtrum deceptio intra dimidiam iuſti pretij ſit licita, & quid in foro conſcientiæ. Cõmunis contra communem.

1 DEceptio intra dimidiam iuſti pretij iure permiſſa eſt,l.2.C.de reſcind.venditio.c.cum dilecti,c.cum cauſam,de emptio.& venditio.Vnde videtur,quod etiam ſit iuſta in foro animę,vt tenet Bald.in auth.ad hæc,num.16.C.de vſuris, vbi Barb.in additionibus, aſſerit ſe iuxta hanc ſententiam conſuluiſſe, & eſt in conſi.21.vol.4.col.2.& 3.& tenent alij nonnulli relati à Tiraq.in l.9.connubialium,num.10.Quibus tamen non obſtantibus,cõtrarium eſt tenendum,ſecundum S.Thom.2.2.quæſt.77.art.1.& in 4.diſtin.15. quæſt.3.art.2. atque omnes Theologi communi conſenſu idem docent,in d.diſtin.15. & aduerſus Gerſonem docet Dominicus de Soto,de iuſti.& iure,lib.6. quæſt.3.art.1.col.9.& eandem aſſerit communem Tiraquell.d.l.9 num.8.& 11.& aſſerit communem Couar.lib.2.variar.reſol.c.4.num.11.& hanc(vltra omnes)teſtatur communem Aretinus,in l.ſi quis cum aliter,num.11.ad fi.ff.de verbor.oblig. & dixit communem Curt.iunior,in l.penul.num.8.C.de pact.& Matienço,in l.1.tit.11.gloſ.1.num.6. lib.5.recopilatio. Nauarr.in c.qualitas,de pœnitentijs,diſt.5.num.42. & in c.nouit,nume.58.notab.6.de iudic. Pinelus,in d.l.2.prima parte,c.j.num.55.& ibi Padilla,num.73. pro qua ſententia eſt bonus text.in l.iuri ſuccurſum, §.fi.ff.de iure dotium.Hac tamen communi ſuppoſita opinione,dubium eſt, an hoc quod non ſit licitum intra dimidiam decipere,ſit indiſtincte verum, an ſolũ
2 quando deceptio non re ipſa tantum, ſed dolo, & ex propoſito interuenit. Et ſine diſtinctione communem ſententiam procedere tenet Scotus, in 4.diſt.15. quæſtio.2.& ibidem Maior.quæſtio.40.& cæteri fere theologi,& tenet etiam Syluester,verbo,emptio.n.9. ad fi.& Medina,de reſtitutione, quęſt.32.col.8. verſ. quamquam,& quæſt.33.col.penult.verſic.tertia propoſitio,& Nauar.aſſerens hanc eſſe communem theologorum,in d.c.qualitas, de pœnit.diſtin.5.num.42. idem Nauar.dicens communem, in d.c.nouit,notab. 6.num.66.& fatetur etiam communem Couar.lib.2. variarum,c.4.num.11.col.2.

3 Sed cõtrariam opinionem tenent iurium interpretes,(imo quod ſi dolus, vel fraus interueniat,deceptio non procedat, ſine illis vero intra dimidiam procedere poſſit.) Ita tenet Calderinus in cap.nauiganti,col. 4.verſic.tertio oppono, de vſuris, & Bald. (ſibi contrarius)in l.in cauſæ,la 2.§.idem Pomponius, in fi.ff. de minoribus,Ancha.in regul.peccatum,num.22.de regul.iuris,in 6.Salicetus,in d.authent.ad hæc,num. 18.Aretinus,& Felinus, in d.ca.cum cauſam,el 2.de teſtibus, Antonius Burgenſis, & Gigas, ad Decium, in tub.de conſtitutionibus,lectura 2.num.27. (cuius additio communiter non habetur.) Dixit etiam communem Gomezius,in c.2. de conſtitutionibus,lib.6. num.7. & hęc eſt magis communis opinio : licet pri-
4 ma ſit verior.Nota tamen,quod in eccleſia eſt ſpeciale,vt ſi intra dimidiam iuſti pretij emptorem,ſeu venditorem deceperit, teneatur reſtituere vſque ad iuſtum pretium.Ita voluit gloſ.ſing.verb.vt plus, in c. ea enim,§.hoc ius porrectũ,10.quęſt.2.cuius opinionẽ in multis locis vtriuſq; iuris doctores cũmendant & ſequuntur, tandem gl.dicit cõiter approbatam Gomez.in §.ex maleficijs,num.37.Inſtit.de actio. cuius
5 gloſſę ratio eſt,quia ẽt ſi omnes homines iuſtitię pręcepta ſeruare oporteat, vt in l.1.§.iuris pręcepta, ff.de iuſt.& iu.ſpecialiter ẽt & priuatim hoc in eccleſia cautũ eſt,tex.in c.1.de alienat.feudi, ibi, *ſed diuerſum obſeruatur*

natur in eccleſia, qui tex.notabilis eſt, ſecundum gloſſam ibi, verbo, eccleſia, & eum (tanquam notabilem) commendat Bald.in l.acceptum, prope fi. C.de vſur. & in c.ſi duobus, col.2.de reſcrip. quæ opinio licet ſit vera, in foro animæ, non poterit tamen ſuſtineri in foro contentioſo, vt adnotauit Burgenſis in d.c.cum dilecti, & Pinelus, in d.l.2.in 2.par.c.1.num.34. & Matienço, in l.1.tit.11.gloſ.8. nu.12.quinimo, ſed nec
6 bono viro licebit etiam intra dimidiam contrahenté ſecum decipere, vt tenet glo.notabilis, in l.ſemper in coniunctionibus, ff. de reg.iur.quam dixit eſſe cómuniter commendatam Antonius Burgenſ. in c.cum dilecti, num.15.de emptio.& venditio.& eam (non ſine laudis præfatione) ſequitur Bal.in authen.ad hęc, nu.56.C.de vſuris, & in cap.ſi proponente, de reſcrip.& in c.quanto, de iureiur.col.3. Cremé.in d.l.2.col.34. Iaſ.in §.ſed iſtæ quidem, num.106. Inſtit.de actio.& in l.pen.nu.5.de pact.ſequuntur etiam plurimi, quos in vnum congeſſit Tiraq.in 7.lege connubiali, nu.9. quare (more ſuo) ſeribit eleganter Bald.in l.cum ipſe tutor, in princ.C.de contrahen.emptio. quod ad bo-
7 nam fidem pertinet, quod contractus ſit iuſto pretio celebratus, vnde etiam Ioannes de Anania obſeruauit in c.cum in ciuitate, num.11.verſ.vlt.pro iſta parte, de vſuris, quod cum conſuleret apud Ferrariam, &
8 dedit iſtam cautelam, quod in poſitionibus poneretur hoc, an is qui contraxit, eſſet bonus vir, quod quidem venditor, vel emptor non negarét: igitur tibi bono viro non licet decipere me, etiam intra dimidiam: & ſi neget ſe eſſe bonum virum, iudex eijceret eum à iudicio, & à limitibus ſuæ prouinciæ, l.congruit, ff.de off. præſid.l.3.ff.eod.tit. & dicit Anania ita fuiſſe in cauſa obtentum: idemque conſuluit faciendum Ferrara, caut.4.Sed profecto, hæc cautela non videtur ſatis tuta, & eſt puerilis ſecundum Matiençum, in l.1.tit.11.
9 gl.8.num.12. quia nullus tenetur reſpondere poſitioni continenti turpitudinem, ſicuti adnotauit gl.ſing. verb.acquiſiti, in l.qui iuraſſe, §.ſi pater, ff.de iureiur. quam ibi ſequuntur Bart.& omnes. Idem voluit glo. in l.ſi à te, in princ.verb.nihil poſſidebat, ff.de exceptio.rei iudic.Bart.in l.2.§.ſed obſeruari, nu.32.ff.de iureiur.prop.calum.dando, & in l.Marcellus, §.qui re-
10 rum, num.3. ff.rer.amot. Præterea non poteſt negari quin illa poſitio ſit captioſa, cui nemo reſpondere tenetur, vt docet gloſ.in c.2.de confeſſis, verb. abſque rationabili, & ſic Felin.in c.fi.nu.3. de præſumptio.illam cautelam Ananiæ reprehendit, quæ non placet Decio, in d.l.ſemper in coniunctionibus, col.fi.& illam reprehendit Iaſ.num.11. Decius, num.11. in l.ſi quis in conſcribendo, C.de pact. Sed licet verum ſit, quod illa cautela non ſit tuta, nec iuri conſona, nihil
11 tamen tentare nocebit, cum variæ ſint hominum voluntates, l.quia poterat, ff ad Treb. & aliquando iudices mouentur ex capite, & ex arundineo fundamento, vnde prudens aduocatus omnia debet tentare, inſpecta iudicis capacitate & peritia.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus & ſponte conuictus, non auditur appellans.*
2 *Lex 16.tit.23.p.3.declaratur.*
3 *Legum correctio eſt vitanda.*
4 *De iure canonico confeſſus & conuictus non auditur appellans.*
5 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
6 *Appellatio in quibus caſibus non admittatur, traditur remiſſiue.*
7 *Opinio auctoris proponitur.*
8 *Lex loquens per verbum taxatiuum, non excludit ſimiles caſus.*
9 *Moniales non poſſunt exire clauſtra monaſterij, licet habeant grauiſſimas infirmitates, vltra contentas in motu proprio Pij V.*
10 *Opinio Nauarri reprobatur.*

QVÆSTIO DIX.

Vtrum in omni crimine & delicto non admittatur appellatio, quando reus fuit conuictus, & ſponte confeſſus. Communis contra communem, & quid iure regio.

1 RECeptiſſima iuris concluſio eſt, quod confeſſus, & conuictus (de illis criminibus, de quibus fit peculiaris mentio, in l.2. C.quorum appell.non recipiantur) non auditur appellans, imo ſententia appellatione remota executioni mandabitur, quam opinionem dicit cóem Igneus, in l.& ſi certus, nu.9.ff.ad Syllan.quam ſequuntur Doctores, in l.abſtinendum, C. quorum appellat.canoniſtæ, in c.ei qui, extra, eod.tit. Roman.ſingul.619.& Duennas, regu.156.vbi refert octo limitationes, dicens hanc eſſe æquiorem opinionem, & veram de iuris rigore, vt docet Cynus in d.l.
2 2.quam opinionem ſequitur Greg.in l.16.tit.23.p.3. verb.*de la ſentencia*, & ita eſſe tenendum reſoluit Gutierrez, de iuramento confirmatorio, 3.p.c.8. nu.5.& 6.pro qua opinione hodie eſt tex.de iure regio, in d.l. 16.vbi referuntur delicta, de quibus in d.l.2. & alia grauiora, in quibus delictis illud notat eſſe ſpeciale Greg.ibi, verb.*tales yerros*, quaſi excludat alia crimi-
3 na de non contentis, in d.l.2. vt euitetur correctio legum, vt in l.1. C.de inoffic.dotib.c.cum expediat, de
4 elect.& notat Gutierrez, ſupra, nu.6.reſoluens, noſtrã concluſionem procedere etiam de iure canonico.
5 Sed contrariam opinionem (imo quod non ſolum in illis delictis, ſed &ẽt in alijs, confeſſus & conuictus non admittatur appellans) tenet gl.in d.l.2. vbi Bart, & Bald.idem tenet gl.in d.§.iuſſus, & in l.non tãtum. ff.de appell.quam dicit cóiter obſeruari Imola, in d.§. iuſſus, & dicit etiam cóem Anto.de Butr.in tracta.de notorio crimine, ar.4.nu.56.& cum hac tranſit Duennas, ſupra, in fi.quam etiam ſequitur Anton.Gom.3. tom.variarum, c.12.nu.31.col.3. qui neminem allegat pro hac ſentẽtia, nec dicit communem (de quo eſt
6 mirandum,) vbi etiam refert plures caſus, in quibus non admittitur appellatio, alioſq; tradit Auendãnus, de exequendis regum mandatis, 1.p.c.6.nu.4. Et no-
7 ſtram principalẽ opinionem in quæſt.princip.propoſita tenet Couar.practar.quæſt.q.33.num.5.vbi dicit eſſe cóem opinionem, quam ſequitur Iulius Clar.lib. 5.receptarum ſent.§.fi.q.94.vbi refert duas communes opiniones, quæ opinio verior videtur tam de iure communi, quam regio, cum d.l.partitæ.16.nó loquatur deciſiue, ſed exẽplificatiue, referens aliqua delicta, non tñ excluduntur ſimilia, vel grauiora, licet lex loqueretur per verbum taxatiuũ, vt docet gl.in l.ob æs alienũ, C.de pręd. minor.gl.in auth.quas actiones, C. de ſacroſanctis eccleſiis, quæ opinio communis eſt,

vt tradit Antonius Gomez. 1. tom. c. 12. nu. 12. & Padilla, in auth. res quæ, num. 81. C. communia de legatis. Nauarr. in c. ſtatuimus. 19. quæſt. 3. vbi ex hac ratione ampliat motum proprium Pij Quinti, vbi referuntur tres caſus, in quibus Monialibus permittitur
9 exire à monaſterijs, vt extendatur ad alios caſus ſimiles. Sed in hoc contrariam ſententiam tenet Gutierrez. 1. p. in ſuis canonicis quæſt. c. 13. n. 7. quem ſequi
10 tur (contra Nauar.) Zenedo, in ſuis collectaneis ad 6. & extrauag. collectaneo. 31. nu. 2. quorum opinio veriſſima eſt, & ita practicatur.

QVÆSTIO DX.

Utrum l. 2. C. de reſcinden. vend. procedat re non tradita. Communis contra communem, & quid iure regio.

LEx 2. C. de reſcinden. venditione, non habet locum (re non tradita) in contractibus ſtricti iuris, ſed doli exceptio competit. Ita tenet gloſſ. in d. l. 2. quam ſequuntur ibi doctores, pro qua eſt text. in l. ſi quis cum aliter. ff. de verborum. l. 1. §. ſi reus. ff. de eo per quem factum erit. Dubium tamen eſt, an re non tradita procedat dictæ legis diſpoſitio, & non habere locum, ſed ſolum diſpoſitionem text. in l. ſi quis cum aliter, dixit communem opinionem Imola, in c. cum dilecti, num. 13. ver. ſed aduerte, de emptione & venditione. Idem Imola, num. 31. & Antonius Burgenſis, nu. 10. 15. & 25. & in c. cum cauſam. eo. tit. dixit etiam cōem Iaſ. in l. 1. nu. 76. C. de iure emphyteut.

Sed contrariam ſententiam (imo quod in effectu habeat locum remedium illius legis 2.) dixit communem Alex. in d. l. ſi quis cum aliter, num. 7. fatetur etiam communem Socinus, conſil. 85. vol. 1. nu. 3. & Gomez Arias, in l. 66. Tauri. nu. 2. & 3. vbi aduerſus hanc partem expendit l. 4. tit. 7. lib. 5. ordinamenti, qui dicit illam legem ſolum pocedere in contractibus bonæ fidei, & quod deuiat à communi opinione doctorum tenentium dictam legem a etiam in contractibus ſtricti iuris procedere. Et tamen aduertendum, quod quamuis ſtipulatio quæ ſtricti iuris eſt interponatur ſuper contractu bonæ fidei, non facit ceſſare illius legis ſecundæ diſpoſitionem & remedium, vt gloſſa ibi videtur ſentire, & tenet Bart. nu. 6. idem Bart. in d. l. ſi quis cum aliter, num. 4. vbi Alexan. nu. 3. & Iaſ. num. 12. teſtantur hanc eſſe communem opinionem, pro qua facit, quia qualitas primæ obligationis, cenſetur adiecta in ſtipulatione, vt in l. aliam. ff. de donationibus, & in l. 1. §. ſi quis ſub conditione, ff. vt legatorum nomine caueatur, & in l. 2. verb. quare. ff. de priuileg. creditorum. Facit etiam, quod communiter in omnibus inſtrumentis notarij adijciunt hanc verborum obligationem, & ſi ex hoc ſolo ceſſare diceremus, huius legis auxilium eſſet fruſtratorium, vt affirmat Bal. in l. 2. ff. de cond. ob cauſ. & latius proſequitur Gomez. Arias, in d. l. 66. nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio generalis omnium remediorum non valet.*
2 *Contraria communis opinio proponitur in quæſtione principali.*
3 *Lex 9. tit. 1. p. 5. declaratur.*
4 *Dolus præſumitur in læſione enormiſſima, & ibi agitur de intellectu tex. in c. 2. de pact. lib. 6.*
5 *Contrahentibus licitum eſt adinuicem ſe circumuenire.*
6 *Conciliatio opinionum circa l. in cauſæ, §. fin. de minorib. traditur.*
7 *Deceptio intra dimidiam licita eſt.*
8 *Extra naturam contractus licita eſt deceptio.*

QVÆSTIO DXI.

Utrum valeat renunciatio l. 2. C. de reſcind. vend. quando venditor remittit, & donat illud, quod plus valet res vendita. Communis contra communem.

SI quis ignorans verum rei valorem vendiderit eſt, dicens ſe donare quod plus valet, ſolum videtur donare aliquod modicum, cæterum ſi vltra dimidiā fuerit deceptus, talem deceptionem non eſt cenſendus donaſſe, & ita non excluditur à remedio illius legis 2. Et pro declaratione huius quæſtionis præmitto non valere generalem renunciationem omnium re
1 mediorum (vt legis 2. remedium ſublatum videri poſſit) argumento tex. in l. ſi. §. idem quæſitum, ff. de condictione indebiti. & dicit communem opinionem Tiraquellus, in l. ſi vnquam, in prin. nu. 123. C. de reuocandis donationibus, & probat tex. in l. 56. tit. 5. p. 5. l. 1. tit. 1. libr. 5. recopil. vbi Matienço, gloſſ. 8. num. 8. reſoluit communem, & tradit Couar. lib. 2. variarum. cap. 4. num. 1, & Gutierrez, de iur. conf. 1. p. cap. 26. in princ. (hoc viſo) primam concluſionem tenet Bart. in d. l. 2. num. 14. & 15. quem ibi ſequitur Bal. queſt. 7. Salicetus, quæſt. 8. Fulgoſius, col. 3. in fine, Paulus, nume. 7. Cremenſis, col. 10. verſ. 25. ampliatur, idem Bart. in l. ſi quis cum aliter, num. 7. ff. de verbor. obligat. vbi ſequuntur eum communiter doctores, vti Zaſius ibi teſtatur, num. 16. ex quibus aliquos allegat Tiraquellus, de retractu municipali. §. 1. gloſ. 18. nu. 14. dixit etiam communem Antonius Burgenſis, in c. cum cauſam, num. 22. de emptione & venditione, & etiam Boerius, deciſ. 142. num. penultimo. & dixit etiam communem Alex. conſ. 41. vol. 1. num. 7.

2 Sed contrariam ſententiam tenet Imola, & Romanus, in d. l. ſi quis cum aliter, & ante eos tenuit Azo in ſumma, tit. de reſcindenda venditione. & hāc partem videtur probare text. in l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædilitio edicto, tenent etiam illam Imola, in d. c. cum cauſam, nu. 6. & Odofredus, & Albericus, & alij citati per Boerium, vbi ſup. num. 8. & Forcatulus, in n cyoman. dial. 90. ſi. nu. fin. Eſtque neceſſaria illius legis ſpecialis renunciatio, vt tradit Couar. ſupra, dicens communem & Padilla, in d. l. 2. nu. 42. & ibi Pinelus, 1. par. c. 2. nu. 20. & Gutierr. ſupra, nu. 2. quibus videtur, quod ſiue donator pretium ſciat, ſiue ignoret, valebit donatio, & excludetur à beneficio illius legis, & hanc indiſtincte aſſerit communem Ripa, lib. 3. reſponſorum. c. 11 nu. 4. Imo etiam ſi tempore contractus ſciuit rei valorem venditor, & ſi illa clauſula donationis non eſſe adiecta, minimo obtineret, quia & ſi nō dixiſſet, præſumatur donaſſe. arg. tex. in l. ſi quis donationis. ff. de contr. empt. Et qđ magis eſt, etiam ſi renunciatio illius legis cōmiſta ſit in ipſo contractu, non præiudicabit renunciatio, arg. optimi
3 tex. in l. 9. tit. 1. p. 5. vbi renunciatio exceptionis non

numeratæ

numeratæ pecuniæ ab illa l. admittitur, etiamſi in eo-
dem inſtrumento facta ſit: tametſi contrarium teneat
Calçan. conſ. 25. num. 27. quem ſequitur Matienço,
ſupra, gloſ. 8. num. 44. etiam extante d. l. 9. dicens, ſic
in praxi obſeruari, & Antonius Gomez. 2. tom. varia-
rum, c. 2. num. 26. quibus accedo contra Couar. lib. 2.
variarum, c. 4. num. 4. ex traditis per Matiençum, ſup.
& in dialogo relatoris, tit. 1. procem. 4. gloſ. 4. quia a-
lias parum ſeruiret d. l. 2. & notauit Antonius de Bur
gos, ſupra num. 20. & vide Gutiertez, lib. 2. pp. queſt.
q. 140. vbi defendit Couar. Si tamen læſio eſſet enor-
miſſima, tunc (non obſtante renunciatione) eſſet ad-
4 mittendus deceptus ad illius legis remedium, quia ta
lis læſio eſt æqualis dolo, vt in l. ſi ſuperſtite, C. de do-
lo, l. ſumma cum ratione, de peculio. Et ita in præto-
rium Rotæ quondam fuiſſe admiſſum, & pro eo ter-
minatum, refert Caſſiodorus, deciſ. 1 de emptione, &
venditione, quin & apud nos ita fuiſſe determinatum
in Curia Granatenſi, prima & ſecũda ſupplicationis
ſententijs, refert Couar. (vbi ipſe auditor erat) lib. 2. va
riarum reſol. c. 4. nu. 5. quod in ſimili eſt in filia renũ
ciante iuxta formam tex. in c. 2. de pact. lib. 6. nam ſi
fuerit enormiter læſa aduerſus etiam iuramentum,
ſuam ſucceſſionem petere poterit, vt eſſe communem
opinionem (præter cæteros) teſtatur Decius, conſ. 180.
col. pen. & Franciſcus Curtius, conſ. 141. nu. 6. & 14.
Quę opinio vera non eſt, vt reſoluit ipſe Decius cõſi.
31. ex Crraueta, conſ. 160. Couar. in d. c. quamuis pa-
ctum, §. 23. num. 5. Menchaca, de reſulut. ſucceſ. lib. 2.
1. par. §. 18. nu. 113. & 116. vbi dicit, quod ita ſerua-
tur de conſuetudine, & ſequitur Burgos de Paz, con-
ſi. 5. num. 4. & ſic videtur verius in quęſtione princi-
pali, quod etiam deceptus ex enormiſſima læſione,
nunquam ſit admittendus ad remedium dictæ legis
5 ſecundæ, quaſi licitum ſit contrahentibus naturaliter
ſe decipere, ex reg. tex. in l. in cauſæ, 2. §. fi. de minor.
tex. in l. item ſi pretio, verſ. fin. ff. loca. Quare gloſ. in
d. §. fi. exponit illum text. naturaliter, id eſt, iuris gen-
6 tium. Et quia hæc expoſitio non placet, Fortunius, de
vltimo fine vtriuſque iuris, illatione 8. & ante eum
Dec. in c. 1. lectura 1. num. 18. de conſtitutionibus, di
cunt, deceptionem defendi poſſe tunc, quando re ipſa
interuenit, & nõ ex propoſito. Sed nec hic intellectus
placet, quia illa deceptio, quę re ipſa interuenit, eſt ini
qua, eo quod ius naturale nõ permittit, quare Alphon
ſus de Caſtro, lib. 1. de lege pœnali, cap. 5. & l. 4. has le
ges reprobas eſſe contendit, quod minime dicere de-
bemus, quare nouiſſime Couar. lib. 2. variarum reſol.
c. 3. nu. 2. interpretatur illum tex. dicens, quod quan-
7 do deceptio verſatur intra pretij latitudinem, tunc li
cita reputetur, quia pretium in puncto nunquam con
ſiſtit, vt in d. §. fin. ſi vero eos terminos deceptio exceſ
ſerit, illicita cenſeatur, etſi intra dimidiam contingat.
Qui intellectus prius habuit auctorem Cũradum, de
cõtractibus, quæſt. 36. qui etiam ſtare minime poteſt,
quoniam ſi cõtractus eſt initus intra illam latitudinẽ
iuſti pretij, non poterit deceptio exiſtimari, quare Do
minicus de Soto, lib. 6. de iuſti. & iure, quæſt. 3. ar. 3.
intelligit, licitã eſſe deceptionem intra dimidiam, in-
telligẽdum, licitam, id eſt, impunem in foro humano,
cui refragatur illud verbum, naturaliter, quod idẽ Do
minicus interpretatur, quod ideo ibi poſitum eſt, qm̃
ingeniũ hominũ naturaliter lucri auidiſſimum, alios
decipit, non autem quod liceat naturaliter eos decipe
re: & ita interpretatur illum etiam Medina, de reſtit.
quęſt. 32. verum cęteris exactius videtur verba illa in
tellexiſſe Iodocus Houdendor, in quodam libello ſub
haſtationum, c. 3. num. 34. ſcilicet, quod illud verbũ,
8 naturaliter, exponatur, id eſt, natura contractus, quaſi
liceret ante hanc Cæſarum conſtitutionem, iuxta na-
turam contractus emptionis & venditionis deceptio-
nem quamlibet ad inuicem adhibere, quem ſenſum
adiuuat tex. iuncto Theophilo, in §. adeo, Inſtit. de lo
cato & conducto, vbi dicit tex. eſſe ſeruanda quædam
pacta in contractu emphyteuſis, ac ſi naturalis eſſet cõ
tractus, quem ſenſum (nõ relato Theophilo) ſequitur
Forcatulus, in necyom. dialog. 74. nu. 2. bis poteſt ad
di tex. in l. omne verbum, C. communia de legat. ibi,
quædam naturaliter inſunt legatis, & in l. bonorum, ff.
de verbor. ſignific. ibi, *quædam eſt naturalis bonorum
appellatio.* item dicuntur eſſe quędam naturalia con-
tractuum, vt in l. pacta conuenta, vbi gloſ. ff. de contra
hen. emptione.

QVÆSTIO DXII.

*Vtrum teſtamentum ſit de iure gent. uel de iure ciuili.
Communis contra communem.*

CErtant iuris vtriuſque interpretes, an teſtamen-
tum ſit iuriſgẽtium, vel ciuilis. Et quidem, quod
ſit iuris ciuilis tenet Dyn. in reg. indultum, num. 19.
de reg. iur. lib. 6. & Bellonus, in princ. Inſt. de teſtam.
& ante eos gloſ. (quam nullibi citatam repeties) in l.
teſtamentum, §. ſeruus quoque, ff. de teſtam. & ſequi-
tur Marcus Antonius in l. hac conſultiſſima, §. ex im-
perfecto, nu. 9. ad fi. C. de teſtam. & hanc partem, gloſ
ſam ſequutus, dicit communem Porcus, in prin. inſt.
de teſtam. num. 6. dixit etiam communem Guiljerm.
Bened. in c. Raynutius, verb. teſtamentum, el. 1. nu. 4.
de teſt. Oroſcius, in l. ex hoc iure, nu. 4. de iuſt. & iure,
& duodecim fundamẽta tradit pro hac opinione Gu
tierrez, in l. nemo poteſt, nu. 62. de leg. 1. & alias com
munes opiniones contrarias refert Menchaca, lib. 1.
de ſucceſſionum creatione, § 1. verſ. quoad quartum.
Sed contrariam ſententiam (imo quod teſtamen-
tum origine & ſubſtantia ſit iuris gentium, licet quo
ad ſolennitates ſit iuris ciuili.) tenet Barr. in l. inter-
dum, num. 7. ff. de condict. indeb. vbi Iaſ. nu. 4. fatetur
hanc eſſe communem opinionem, eandem fatetur cõ
munem idem Iaſ. in repeti. l. admonendi, nu. 184. de
iureiurau. & in d. l. nemo poteſt, nu. 76. & dixit etiam
communem Couar. lib. 3. variarum reſol. c. 6. nu. 7. &
Anto. Gom. in l. 3. Tauri, num. 16. & ante omnes di-
xerat communem Abb. conſ. 1. vol. 2. num. 3. & hanc
etiam tenet Fortunius, in l. Gallus, §. & quid ſi tãtum,
col. pen. ff. de liber. & poſthum. Rodericus Xuarez, in
l. quoniam in prioribus, limit. 2. l. g. s fori, nu. 3. ad fi.
Alciatus in l. nihil aliud, nu. 14. de verb. oblig. & late
Viglius, in §. ſed prædicta quidem, nu. 4. de teſtam. &
ante omnes Theophilus, in §. ius autem ciuile, Inſt. de
iuſti. & iur. Peralta, in rubr. de heredi. inſtit. nu. 39. &
hanc dicit veriorem, & magis communem opinionẽ
Gutierrez, ſup. nu. 79. Quæ opinio veriſſima eſt, & ab
ea non eſt recedendum.

trarium, & quamuis idem Ripa, in l. 1. in princ. num. 31. ff. ſi cert. petatur, hanc opinionem Alberici dicat veriorem. Et vide tradita per Nicolaum, in additionibus ad Alciatum præſump. 13. Quibus ſic præmiſſis, pro declaratione noſtræ quæſtionis, dubium eſt, vtrū
5 ſi iuramentum ſit appoſitum præſumatur mulier certiorata. Et pro parte affirmatiua ſolet expēdi tex. in c. ex reſcripto, iuxta gl. pen. ibi, de iureiu. & ibi tenet ibi Bal. col. 2. & alij plures citati per Tiraquellum, in d. l. ſi vnquam, in princ. nu. 31. Et hanc opinionem (nimirum quod accedente iuramento non requiratur certioratio) dixit communem Alexan. conſ. 27. vol. 1. idem in conſ. 42. in eod. vol. vbi etiam dicit communem, & de ſtylo ſeruari, quod in legendo, & conſulendo ita ſit tenendum. Sed profecto, hæc eſt quæſtio pro amicorum, cum pro vtraque parte ſint grauiſſimi doctores, qui eā dicunt communem, quos refert Antonius Gabriel, tit. de iureiu. conclu. 1. lib. 2. & duas communes contrarias refert in hac quęſtione Iacobus Philippus Porcius, lib. 4. comm. conclu. 33. & nouiſſime, quod
6 iuramentum ſuppleat defectum certiorationis, tenet Pinelus, in l. 2. C. de reſcin. 3. p. c. 1. nu. 10. vbi Padilla, nu. 34. & Palatius Rubeus, in c. per veſtras. §. 34. nu. 7. de don. Ant. Gom. 2. tom. variarum. c. 13. num. 17. & dicit communem Padilla, in l. ne paſſim, num. 12. C. de iur. & facti ignor. nu. 12. vbi hoc limitat, & tradit Menchaca, de ſucceſ. creat. §. 8. nu. 156. & dicit magis communem. & tenendam Gutierez, de iuramento confirmatorio. 1. par. c. 19. nu. 2. & dicunt etiā communem Imola, & Antonius Burg. nu. 36. in c. penul. de empt. & vend. & dixit etiam communem Iaſ. in auth. ſacramenta pub. C. ſi aduer. vendit. & Curtius iun. conſ. 43. col. 3. conſ. 4. & Marcus Ant. de viribus iuramenti, num. 27. qui etiam dixit communem.
7 Sed contrariam opinionem dixit communem Bal. conſ. 47. vol. 1. Hippol. in rubr. de fideiuſſoribus, nu. 58. Iaſ. in d. auth. ſacramenta pub. 56. & plures refert Tiraquellus, in d. l. ſi vnquam, in princip. nu. 146. & Couar. in c. quamuis pactum. 2. p. §. 3. num. 5. & Matienço (contra alios) in l. 9. tit. 3. glo. 5. nu. 5. lib. 5. recop. præcipue ex l. 3. tit. 12. par. 5. vbi eſt neceſſaria ex-
8 preſſa renunciatio, quia iuramentum non extenditur ad non cogitata, & ita tenendum eſt, & vide quæ in ſimili diximus, in q. 171. & 723.

QVÆSTIO DXVI.

Vtrum præceptum de ſoluendis decimis ſit morale, vel iudiciale. Communis contra communem.

PRęceptum de ſoluendis decimis, an ſit morale vel iudiciale ex veteri, vel nouo teſtamento, ponit duas communes contrarias Dominicus, in c. 1. num. 5. de decimis, in 6. de qua quæſtione videndus eſt S. Thomas, 2. 2. quæſt. 87. art. 1. vbi vult, quod decimæ naturali iure ſit debita in ſubſtantia, licet quoad quotam ſit iuris poſitiui, vnde & ab eccleſia mutari quota poteſt. Circa quod vide latius eundem Thomam, quodlib. 2. ar. 8. & Petrum de Rabena, in diſputatione materiæ decimarum poſt compendium iuris canonici, & Couarr. variarum reſolut. li. 1. c. 17. nu. 8. Sotum de iuſtit. & iure, lib. 9. q. 4. art. 1. col. 4. & vide quæ diximus, in q. 473. Et ſic, cum decimæ diuina inſtitutione debeantur, nemo poteſt ſe eximere a ſolutione illarum, c. tua, el 1. de decimis: & propter hoc dicuntur ſpirituales, vt tradit Cardinalis, conſi. 92. nu. 15. per tex. in c. ad hæc, eod. titu. ibi, *Sanctuarium Dei*, vbi notat Abb. & gloſ. in c. fi. 16. q. 1. Albe. in l. monumenta. C. de leg. & Rebuffus, in tract. de decimis, q. 13. nu. 39. & quæſt. 1. nu. 9. vbi reſoluit, quod decimę a Deo ſint inſtitutę, & nu. 10. cum ſeq. quod reſolue, vt in d. q. 437. Et latius poſt hęc ſcripta diſputat hanc quæſtionem pro vtraque parte diligentiſſimus Ioannes Gutierrez, lib. 2. canonicarum, c. 21. per totum.

QVÆSTIO DXVII.

Vtrum ſubſtitutio pupillaris, facta extraneo, poſſit aliquo modo validari, ſi arrogetur per teſtamentum. Communis contra communem.

SVbſtitutio pupillaris facta extraneo, etſi ab initio ſit nulla, validatur tamen ſi poſtea extraneus ille arrogetur per teſtatorem. Ita Bar. in l. 2. ff. de vulg. vbi Alex. nu. 7. & 10. dicit communem, Socinus, notabili 3. qui etiā dicit communem, Iaſ. nu. 7. Lancelotus, de pupillari ſubſtit. nu. 31. vbi etiam dicit communē, & Acoſta, in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, pag. 171. de lib. & poſthu. Corraſius, in l. quamuis, nu. 2. C. de impub. Viglius, in §. fin. de pup. Ripa, in d. l. 2. nu. 25. vbi Bal. Ang. & Imola, & ita tenet communis opinio ſecundum Couar. in c. Raynutius. §. 5. num. 2. col. 2. de teſtam. qui tamen col. 3. ibidem, teſtatur fere omnes iuniores ab iſta veterum ſententia, diſceſſiſſe, & vltra eum, contrariam ſententiam tenet Paulus, in d.
1 l. 2. vbi Iaſ. nu. 17. Angelus in princ. de pupillari, & Acoſta, ſupra, qui à cōmuni receſſit, & Zaſius, de pupillari ſubſti. in tertio requiſito. Et eſt communis opinio, ſecundum Forcatulum, in Necyomantia iuris, dialogo. 18. & hæc vltima opinio eſt communis modernorum, ſecundum Couar. ſupra, & Menchacam, de ſucceſſionum creatione, lib. 3. §. 21. num. 265. per tex. in §. extranei, Inſt. de pupillari. Quæ opinio verior, & receptior eſt, & ab ea non eſt recedendum in legendo & conſulendo.

QVÆSTIO DXVIII.

Vtrum pœna poſita in principali diſpoſitione, cenſeatur repetita in augmento. Communis contra communem.

POena impoſita in principali diſpoſitione, nō cenſetur repetita in augmento. Ita tenet glo. verb. ſanctioni. in clem. 2. de vita, & honeſt. cler. quam multū notat Corſetus ſingulari 3. verb. additio, & eam ſequuntur Doctores, ſecundum Decium, in c. 1. a. requiſitis, nu. 3. de appellationibus, vbi expreſſe innuit eſſe communem opinionem.

Sed contrariam ſententiam tenet glo. verb. in eadem, in c. de multa, de præben. cuius opinio eſt communis, ſecundum Abb. ibi, nu. 18. & tenent allegati per Albertum Brunum, in tract. de augmento, concl. 5. princ. nu. 3. vbi ipſe hanc ſequitur ſententiam, quā etiam tenet Fel. in c. 1. nu. 5. col. 2. de iureiur. & hanc dicit communem Euerardus loco 35. pag. 289. verſ.

primum

primum eſt, & dixit etiam communem Corſetus in repertorio ad Abb.verb.ſtatutum. Quam tamen opinioné intellige procedere in caſibus æquiparatis per Corſetum, & Decium, vbi ſupra, per gloſſam in §.ité lapilli, Inſtit.de rer.diuiſ. Quæ opinio verior eſt, & ab ea non eſt recedendum in iudicando & conſulendo.

QVAESTIO DXIX.

SI factum ſit promiſſum in inſtruméto, & nó plus, & promiſſor ſit in mora, vigore illius inſtrumenti poterit executio peti ad intereſſe. Ita Romanus, in l. certi condictio, in princ.ff.ſi cert.pet. cuius opinioné fatetur ibi communem Purpuratus, nu.45.

Sed contrariam ſententiam eſſe communem (contra Romanum) teſtatur ibi Iaſ.nu.21. & vide Guttierez, de iuram.confir.1.p.c.44. vbi explicat materiam huius quæſtionis de iure communi, & regio, & Matienço & Azeuedo, in l.2.tit.16.lib.5.recop.

QVÆSTIO DXX.

Vtrum ſententia contra vnum ex agnatis ſuper feudo, noceat alijs, ad quos feudum pertinebat. Communis contra communem.

SEntentia lata ſuper feudo antiquo, contra vnum ex agnatis, non nocet alijs agnatis, ad quos illo deficiente feudum veniebat, ſi non fuerint citati, vel ſi neſcierunt cauſam agitari, ſecundum Iſerniam, in c. ſi vaſallus, ſi de feudo defuncti fuerit contentio inter dominum & agnatum, cum alijs quę allegat Felin. in c. humilis, de maiorit. & obed. & eſt communis opinio ſecundum Decium, conſ.445.num.29.

Sed contrariam ſententiam tenet Alex. in l.filiuſfamilias.§.diui, col.3. ff.de legat.1. Et quamuis dicit communem opinionem contra Iſerniam, fallitur tamen, quoniam cum eo eſt communis opinio ſecundum Decium, in d.num.29.& quoniam in q.636.latiſſime proſequitur iſtam quęſtionem, amplius non eſt immorandum, ſed recurrendum ad eam.

QVAESTIO DXXI.

Vtrum ſententia abſolutoria, lata pro reo, auferat ab actore verum dominium. Communis contra communem.

SEntentia abſolutoria, lata pro reo, aufert ab actore verum dominium. Hæc eſt communis opinio antiquorum ſecundum Albericum, in l.ex hoc iure, nu.25.ff.de iuſtitia & iure, qui reſoluit eſſe communem opinionem modernorum in contrarium, & illam fatetur veriorem. Et vide Matthæum de Afflictis, deciſione 60.nu.3.& dec.391.nu.2. vbi reſoluit, quod ſententia abſolutoria lata in ſorte, non nocet in vſuris.l.fi.§.Lucius. ff.de conditione indebiti, Rolandus, conſ.56.num.6. volum.2.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia arbitraria præſumitur lata uirtute compromiſſi, licet de eo non conſtet.*

2 *Autor fuit originarius oppidi de Scalona.*

QVÆSTIO DXXII.

Vtrum ſolemnitas extrinſeca præſumatur. Communis contra communem.

DVbitari ſolet, an ſolemnitas extrinſeca præſumatur. Et ſpecifice agendo de iuramento, an præſumatur præſtitum, ponit duas communes opiniones Iaſ. in l.ſciendum, nu.33.de verb. oblig. & late de materia huius quæſtionis agit Anton.Gabriel, lib.1.communium, tit.de præſump.concl.1. qui poſuit 23. declarationes, & 21. limitationes, & Menchaca lib.2. controuerſiarum illuſtrium.c.66. per totum, & Gracian.reg.144. Auendannus, in cc.pp.1.p.c.4.nu.22.
1 qui dicit optimum verbum, quod præſumitur pro ſententia arbitraria, licet non conſtet de compromiſſo: quod quidem pendet de facto inter villam de Sca-
2 lona (vbi natus fui) & oppidum de Cadahalſo circa ſententiam arbitrariam, quæ vocatur, *de el frayle*.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficia eccleſiaſtica clericis, & non alijs ſunt conferenda.*

2 *Contraria opinio communis in quæſtione principali refertur.*

3 *c.6.ſeſſ.23.Concilij Tridentini declaratur.*

4 *Beneficia eccleſiaſtica nemo poteſt obtinere, niſi fuerit prima tonſura initiatus, & habeat 14.annos.*

5 *Annus cœptus habetur pro completo.*

QVÆSTIO DXXIII.

Vtrum beneficia eccleſiaſtica poſſint conferri clerico, animi deſtinatione tonſuram, habitumque clericalem gerenti. Communis contra communem.

1 BEneficia eccleſiaſtica non niſi clericis ſunt conferenda, tex.in c.cum adeo, de reſcrip. c.ex literis, de tranſact.c.2.de inſtit. dubium tamen eſt, conferrine poſſint clerico animi deſtinatione tonſuram, habitumq; clericalem gerenti. Et videtur quod ſic, quoniam is clericus cenſetur, adeo vt gaudeat priuilegio. c.ſi quis ſuadente. 17.q.4. ſecundum Archidiaconu ibi nu.8. quem ſequitur Fel. in c.cum adeo, nu.2. de reſcript.& Selua, de beneficijs, 3.p.q.6.nu.4. vol.15. Palatius Rubeus, in repet.d.c.§.38.nu.7. vbi alia ſimilia adducunt, & alia adducit Iaſ. in l.diuortio. nu.15. & 16.ff.ſoluto matrim. & latius Tiraquellus poſt ll. connubiales.gl.2. num.2.cum 42.ſequentib. Atque ita in expreſſo, quod huic beneficium aſſignari poſſit, tenet gl.in c.2.de conſtitur.cuius ſententiam ſequuti ſunt domini de Rota, in deciſ.antiqua.311.nu.3.& 13. ſub tit. de probat. Et hanc ſententiam gloſſæ ſequuntur fere omnes, ſecundum Hoſtien.in d.c.2.col.1.verſ.nam ius, & ſecundum Henricum, ibi col.2.in princ.& ſecundum Archidiaconum, qui idem teſtatur, in c.nulli.12.q.1.num.4. quare dubium non eſt, quin iſta fuerit communis opinio apud antiquos iurium interpretes.

Sed nihilominus contraria opinio eſt iam receptiſſima, & illam contra gloſſam, aſſerit communem Fel. in d.c.cũ adeo, nu.4. in prin.& Selua, de benef.q.22. nu.12.

Digitized by Google

nu. 12. Staphyleus, de literis gratię & iuſtitię. in 9. forma expectatiuarum. nu. 34. & dixit communem Corraſius, in paraphraſi. Sacerd. 3. p. c. 1. nu. 1. fatetur etiã communem Boetius, deciſ. 171. nu. 6. quam ſententiam tenet Gomecius, de expectatiuis. nu. 89. & Pariſius, cõſ. 125. vol. 4. nu. 12. & 13. vbi dixit primam opinionem eſſe communem antiquorum, & hanc ſecundam communem modernorum, qui optime loquitur de materia. Hodie autem ex ſacro Concilio Trid.
3 tur de materia. Hodie autem ex ſacro Concilio Trid.
4 c. 6. ſeſ. 23. non ſolum requiritur, q̃ clericus ſit prima tonſura initiatus, ſed quod habeat 14. annos. Idemque probatur in l. 3. tit. 16. p. 1. vbi Greg. verb. *catorze annos*. Aliter minime poterit obtinere beneficium eccleſiaſticum, neque capellaniam collatiuam, vt reſoluit Flaminius lib. 4. de reſignatio. beneficiorum, c. 1. nu. 7. & q. 11. n. 15. vbi plures refert pro hac ſententia, quę nullum habet contradictorem. Illa tamen
5 ætas 14. annorũ, licet non ſit completa, ſufficiet, quod annus ſit cæptus, vt habeatur pro completo. l. qua ætate. ff. qui teſtamẽta facere poſſunt. l. ad rem publicam. ff. de muneribus, & honoribus. & arg. tex. in c. 15. ſeſ. 25. de reg. Concilij Tridentini, vbi annus requiritur completus ad profitendum, & ſic vbi illud non cauetur, contrarium cenſetur diſpoſitum. l. cum prætor. ff. de iudicijs, l. qui accuſare, ff. de accuſ. Et explicat Gutierrez, canonicarum quæſtionum. c. 26. nu. 33. & ita communiter practicatur in conſilio illuſtriſſimi domini Archiepiſcopi Toletani, per integerrimos & grauiſſimos illius iudices.

SVMMARIVM.

1 *Ordinis diffinitio traditur.*
2 *Contraria opinio canoniſtarum proponitur.*
3 *c. 2. ſeſſ. 23. Concilij Tridentini, inducitur pro hac opinione.*
4 *Lex 1. tit. 6. p. 1. declaratur.*
5 *Concordia opinionum traditur.*
6 *Appellatione clerici venit clericus in minoribus, conſtitutus.*

QAAESTIO DXXIV.

Vtrum prima tonſura ſit ordo. Communis contra communem, & quid ex Concilio Tridentino.

PRima tonſura an ſit ordo, ſatis controuerſum eſt inter Theologos, & Canoniſtas, & pro clariori declaratione animaduertendum eſt, quod ordo, ex pro-
1 pria ipſius vi, & ſignificatione, eſt diſpoſitio ſuperiorum, & inferiorum rerum, quæ inter ſe ita aptæ ſunt, vt vna ad alteram referatur, & ſic cum in hoc ordinis miniſterio multi ſint gradus & variæ functiones, omniaque certa ratione diſtributa ſint, & collocata, recte & commode ordinis nomen impoſitum videtur. Ex qua diffinitione tradita per Marcum Antoniũ Cucc. lib. 5. inſt. maio. tit. 8. de ſacramento ordinis, reſoluit noſtram quæſtionem ex voto theologorum, qui non eſſe ordinem contendunt ex pluribus rationibus. Ita Palud. in 4. diſt. 24. art. 1. nu. 6. Soto, de iuſtit. & iure, lib. 9. q. 5. ar. 2. & ſumma Hoſtien. lib. 6. 2. p. tit. 2. art. 2. & ſumma confeſſorũ, lib. 3. tit. 22. q. 3. & 4. vbi hãc eſſe commuem opinionem theologorum profitentur, & idem aſſerit Syluest. in ſumma verb. ordo. el 1. n. 2. vbi theologis ſtandum eſſe in hoc articulo exiſtimat, & hanc eſſe communem opinionem apud theologos affirmat Nauar. in manuali. cap. 22. nu. 17.

2 Sed contrariam opinionem (imo quod ſit ordo) tenent canoniſtæ, & in primis hoc tenet gl. in c. cleros. 21. diſt. & gl. in ſumma. 32. diſt. & in c. 1. 77. diſt. & in c. 1. in fine, de temp. ordinan. lib. 6. & in c. clericus, el 2. de vita & honeſt. cler. & alibi ſępe, & hanc eſſe communem opinionẽ dicit Albertus Trotius, de vero & perfecto clerico li. 1. c. 2. nu. 1. & 2. vol. 2. & hãc eſſe communem apud canoniſtas teſtatur Syluest. & Nauar. vbi ſupra, & hoc teſtatur Couarr. (neminem ex his allegando) in c. quia nos, num. 4. de teſtam. & in lib. 1. var. c. 10. num. 10. & dicit etiam communem Gironda, de gabellis. 7. par. in princ. nu. 5. & declarat Capus allegatio. 138. nu. 11. & ſequitur Flaminius, lib. 4. de reſignatione beneficiorum q. 2. n. 56. & lib. 5. quæſt. ſi. nu. 179. vbi alios refert, pro qua opinione
3 facit tex. in c. 2. ſeſſ. 23. Concilij Tridẽtini, ibi, *ſequentium ordinum*, quem ad hoc ponderat Gironda, & pro hac parte eſt text. in c. cum contingat, de ætate & qualitate, quem ad hoc commendat Xuarez, in tract. maioratus, nu. 34. & pro hac ſententia facit tex. in l.
4 1. in fi. in prœmio, tit. 6. p. 1. vbi Greg. verb. corona,
5 dicit communem. Poteſt tamen concordia aſſignari, vt prima opinio procedat proprie, vt non ſit ordo: ſecunda vero improprie, ideſt ordinis diſpoſitio. Ita intelligit Caſtro, de bonis quæ liberis. 4. par. nu. 166.
6 Et quod appellatione clericorum, veniat clericus in minoribus conſtitutus, probat tex. in c. 1. vbi gloſſ. de præb. c. 1. vbi gl. de clericis coniugatis, lib. 6. Rolãdus à Valle, conſ. 4. nu. 16. vol. 1. Didac. Per. in l. 1. titu. 3. gl. 1. lib. 1. ord. ex l. 1. tit. 6 p. 1. Palatius Rubeus, in c. per veſtras, §. 42. nu. 8. & plures refert Velazquez de Auendãno, in l. 9. Tauri. gl. 10. num. 12. & Caſtro, ſupra, quod eſt notabile ad cauſas capellaniarum, in quibus clerici generice vocantur, quod eſt intelligendũ de clericis primæ tonſuræ.

SVMMARIVM.

1 *Notarius ſemper præſumitur à teſtatore rogatus, vt ponat in ſcriptura clauſulas conſuetas.*
2 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
3 *Clauſulæ cenſentur approbatæ à teſtatore, ſi à tabellione legatur teſtamentum.*
4 *Actus eſt interpretãdus vt magis valeat quàm pereat.*

QVÆSTIO DXXV.

Vtrum clauſula codicillaris cenſeatur appoſita de conſuetudine notariorum, vel de voluntate teſtatoris. Communis contra communem.

DVbitari ſolet apud ſcribentes, an clauſula codicillaris, quæ in omnibus teſtamentis ſolet apponi, cenſeatur appoſita magis de ſtylo, & conſuetudine tabellionum, quam ex teſtatoris voluntate. Et quod ex voluntate teſtatoris cenſeatur appoſita, tenet Imola, in l. filio præterito, de iniuſto rupto, Decius, in l. ſẽper in ſtipulationibus, de regul. iuris. Alexand. conſ. 53. vol. 7. & conſ. 1. vol. 5. Barbacia, conſ. 6. vol. 3. &

conſ.

conſ.53.eod.vol. Decius, in c.cum M.de conſtitutio
nibus, Corneus, conſ.60.vol.3. & in conſil.225.eod.
vol.& in conſ.195. vol.1.col.fi. Et iſtam opinionem
dicit communem Gratus, conſ. 112. col. pen. vol.2.
Ruyn.conſ.15.vol.2.Curtius ſen. cõſ.50.Pariſ.conſ.
73.colum.fi.vol.1.Thomas Grammaticus, conſ.ciui-
1 li 128.colum.2.Et ratio eſt, quia notarius ſemper prę
ſumitur à teſtatore rogatus, vt ponat in inſtrumento
omnes clauſulas conſuetas apponi.l.fi.vbi gloſſ.C.de
fideiuſſoribus, & ibi notat Bald.tex.in l.ſi prius.§.re-
ctè placuit, & ibi Bart.ff.de aqua pluuia arcenda, & in
l.de dic. ff. qui ſatisdare cogantur.l. quod ſi nolit.§.
qui aſſidua.ff. de ædilitio edicto, Matthæus de Affli-
ctis, deciſione.159.& plures refert Iacobus Philippus
Porcius, lib.4.communium.concluſione.19.
2 Sed contrariam opinionem in quæſtione principa
li, & quod talis clauſula cenſeatur appoſita de con-
ſuetudine notariorum, & non ex voluntate teſtatoris,
tenuit Bart.in l.1.ff. de iure codicillorum. Barbacia,
conſ.43.& 48.&58.vol.1.Alex.conſ.48.vol.4.Calca
neus, conſ.27. Curtius iunior, conſ.101.col.fi.qui di
cit opinionem Bar.communiter approbari, Socinus,
conſ.93.vol.4.Aretinus, conſ.vltimo.Bertrand.conſ.
10. vol.1. Pariſius, conſ.19. vol.3.Ruynus conſ.98.
3 vol.1.Prima tamen opinio eſt magis vera, dum tamẽ
probetur, quod teſtamentum fuit lectum coram teſta
tore: quia tunc tacite videtur approbare, & præſumi-
4 tur velle, quod actus magis valeat, quam pereat, vt in
d. l. 1. ff. de iure codicillorum. Ita Aretinus, conſ.fi.
Corneus, conſilio 150.& conſil.35.vol.3. Alexand.
conſilio 142.vol.3.& ita declarat Iacobus Philip. ſu
pra, cõcluſ.18. vbi refert has duas communes opinio
nes contrarias.

SVMMARIVM.

1 *Per actum naturalem alteri per alterum acquiritur.*
2 *De iure regio alteri per alterum acquiritur.*
3 *In foro animæ alteri per alterum acquiritur.*
4 *Tabellio poteſt alteri acquirere & ſtipulari.*
5 *Gloſ.in c.cordis oculos.1.q.7.approbatur.*
6 *Prima opinio defenditur, & pro ea fuit iudicatum.*

QVÆSTIO DXXVI.

Vtrum alteri per alterum iure canonico acquiratur. Communis contra communem, & quid iure regio.

VVlgata iuris ciuilis regula eſt, alteri per alterum
non poſſe acquiri.l.ſtipulatio iſta.§.alteri, de ver
borum, & in §.alteri, Inſtit.de inutilibus ſtipulationi
bus. Quod tamen limitandum eſt in actu naturali, nã
per actum naturalem, qualis eſt numerare, optime al-
1 teri acquiritur per alterum, ſecundum Paulũ, nu.fin.
Iaſ.nu.4. Alciatum.3.in l.certi condictio.§. ſi num-
2 mos. ff.ſi certum petatur. Secundo limita, prædictã
concluſionem non procedere de iure regio, vt in l.3.
tit.8. lib.3.ordinam.quæ eſt l.2.tit.16.lib.5. recopil.
& vtrobique doctores, & alios plurimos refert & ſe-
quitur Matienço ibi gloſſ.4.& nos diximus in quæ-
3 ſtione 54.nume.8. Tertio limita in foro animæ ſe-
cundum Alciatum, poſt Felinum, quem citat, lib.de
4 quinque pedum præſcriptione, nu.38. Quarto limi-
ta in tabellione, quoniam is optime acquirere poteſt,
vt late diximus in quæſtione 54.& 55. Limita etiam
& alijs 36. modis, vt tradit Iacobus Philippus Por-
cius, lib.3.communium, cõcluſione 46.limita. Quin
5 to, de iure canonico, in quo alteri per alterum bene
acquiritur, ſecundum gloſſam ſingularem, in c.quo-
ties cordis oculos. 1. q.7. cuius gloſſæ ſententiã tenet
Fortunius, in c.1.nu. 12.de pact. & nu.16. idẽ in l.1.
nu.24.ff.eod.aſſerens omnes, quos ipſe vidit contra-
rium tenere, & gloſſæ ſententiam tenet Paulus Pari-
ſius, conſ.82. num.1. vol.1. & eſſe communem, teſta
tur Ang.in d.§.alteri, nu.2.& hanc dicit communem
Imola, in d.l.ſtipulatio.§. alteri, prout eum refert Cac
cialupus, in tract. de pact.q.11.nu. 3. vol. 3.tract. &
alios refert pro hac opinione Matienço, in l.2. tit.1.
16.gloſ.1.nu.5.lib.5.recop. quam dicit receptiorem
& communiorem, & Menchaca, qui refert duas com
munes, de ſucceſſionum creatione, §.3.num. 59. &
Gutiertez in l.nemo põt, num.155.ff.de leg.1. & in l.
vnica, num.34.C.quando non petentium partes, vbi
dicit, quod opinio gloſſæ in d. c.cordis oculos, 1.q.7.
eſt vera & tenenda, quam etiam ſequitur Oroſcius,
in l.tale pactum, num.16.ff.de pactis, & Azeued.in
d.l.2.num.30.tit.16.lib.5.recopilat.
Sed contrariam opinionem (imo quod nec de iure
canonico acquiratur alteri per alterum) tenet Felinus
in proœmio, Greg. num.22. & eam teſtatur magis cõ
munem Couar.in c.quamuis pactum.2.part.§.4.col.
5.num.4.verſ.hanc opinionem, de pactis, lib 6.Ro-
manus, in auth.ſimiliter, C.ad leg.Falcidiam, pro qua
opinione inducit Couar.ſupra, tex.in c.quanquam,
6 de vſuris, lib.6. Sed à prima opinione recedendum
non eſt in iudicando & conſulendo, & pro ea fuit iu-
dicatum in conſilio domini ſereniſſimi principis Ar
chiepiſcopi Toletani, per ſuos integerrimos & gra-
uiſſimos conſiliarios, abſque aliqua contradictione.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium ad cuius titulum aliquis ordinatur, æqui-
paratur beneficio eccleſiaſtico.*
2 *Contraria communis opinio in quæſtione principali re-
fertur.*
3 *Patrimonium, ad cuius titulum aliquis ordinatur, ſubro
gatur loco beneficij.*
4 *Patrimonium, ad cuius titulum aliquis ordinatur, gau-
det priuilegio bonorum eccleſiæ.*
5 *Subſidium ſoluitur ex patrimonio, ad cuius titulum ali-
quis ordinatur.*
6 *Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.*
7 *c.2.ſeſſ.21.Concilij Tridentini, declaratur.*
8 *Bona ad cuius titulum aliquis ordinatur, vendi non poſ-
ſunt ſine epiſcopi licentia, niſi habeat congruam ſu-
ſtentationem.*
9 *Suſpenſus eſt, qui celebrat vendendo bona, ad cuius titu
tulum fuit ordinatus, propria auctoritate, ſecundum
Medinam, ſed contrarium verius eſt.*
10 *Verbum, nullatenus, inducit actus nullitatem.*
11 *Pęna non incurritur ex actu nullo.*
12 *Non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur
effectum.*
13 *Suſpenſionis pœna ſolum imponitur cõtra clericum, qui
doloſe, & cum fraude ordinem ſuſcepit.*

14 Su-

Digitized by Google

14 *Suſpenſus eſt, qui doloſe ſine examine, ſiue extra tempora, ordinem ſuſcepit.*

QVÆSTIO DXXVII.

Vtrum ordinatus ad titulum patrimonij, poſſit illud vendere ſine licentia epiſcopi. Communis contra communem.

PAtrimonium, ad quod eſt quis intitulatus, & ordi
natus, poteſt vendi per ordinatum, & reſignari inconſulto epiſcopo. Ita tenet glo. fi. in c. tuis, de præbē
dis, quam ibi probat Abb. & eſt de mēte Innocentij,
in c. epiſcopus, eod. tit. & illam ſequitur Fel. in c. ec-
cleſia ſanctæ Mariæ, nu. 10. de conſtit. & ibi Dec. nu.
1 8. dicens in fauorabilibus tale patrimonium æquipa
rari beneficio eccleſiaſtico, ſecus in odioſis: & hęc opi
nio communiter tenetur, ſecundum Seluam de bene
fic. 1. par. q. 3. nu. 30. vol. 15. tractatuum, & hanc par-
tem tenet Gomecius in §. fuerat, nu. 6. Inſt. de actiou.
Couar. in c. Raynaldus, §. 2. nu. 7. de teſt. & lib. 1. var.
c. 4. nu 4. Gracian. reg. 195. nu. 7. Menchaca, de ſuc-
ceſſionum creatione, §. 22. nu. 43. & 44. & nouiſſime
Azeued. in l. 1. tit. 4. num. 9. lib. 1. recop. pro qua ſen-
tentia ponderanda ſunt verba Concilij Tridentini, c.
2. ſeſſ. 21. ibi, deinceps, quaſi dicat, quod antiquitus
valebat alienatio, & deinceps non valet.

2 Sed contrariam ſententiam (imo quod non poſſit
alienari, nec reſignari tale patrimonium, inconſulto
epiſcopo) tenent aliqui, quos refert glo. in d. c. tuis, &
tenet Hoſt. & Ioannes Andreas, Cardinalis, & Imo-
la ibi, & nu. 11. fatetur hanc eſſe communem opinio
3 nem, quoniam illud patrimoniū ſubrogatur loco be-
neficij, & ſic debet ſapere eius naturam, l. ſi tam an-
guſti, ff. de ſeruitutibus, l. parabolani, C. de epiſcopis
& cler. Paulus conſ. 73. & 265. lib. 1. Tiraq. de retrac.
§. 1. gloſ. 10. nu. 80. & ne in opprobrium clericatus co
gantur mendicare, ita tenet Auendannus reſponſo.
17. & Matienço in l. 1. tit. 25. gl. 1. nu. 4. lib. 5. recop.
& Spino in ſpeculo teſtamentorum, gloſ. 18. in prin.
nume. 74. & 75. & Menchaca lib. 3. de ſucceſſ. creat.
§. 22. nu. 43. qui refert duas communes contrarias. Et
4 ſic tale patrimonium gaudet priuilegio bonorum ec
cleſiæ, vt reſoluit Lara, in l. ſi quis a liberis, in verſ. ſo-
lent, nu. 36. vbi plures refert doctores, & ex eo ſolui-
5 tur charitatiuum ſubſidium epiſcopo. quod etiā pro-
bat Bartholomæus de Belencinis, in tract. de charita-
tiuo ſubſidio, quæſt. 31. Quibus rationibus ſatisfacit
Remigius de Gonni, in tract. etiā de charitatiuo ſub-
ſidio, q. 52. vbi tenet contrarium. Poteſt tamen aſſi-
gnari concordantia inter has duas cōmunes opinio-
nes, videlicet, quod alienatio non debeat fieri, vt in
hac ſecunda opinione, facta tamē teneat, vt in prima:
quod ſecus ſit in alijs bonis eccleſiæ, & ratio eſt, quia
6 multa fieri prohibentur, quę tamen facta tenent, vt in
l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni, vbi plu
7 ra congeſſit Iaſ. Hodie vero, ex noua lege ſacri Conci
lij Tridentini, hæc vltima opinio cenſetur comproba
ta, quia ordinati ad titulum patrimonij, non poſſunt
bona ſe alienare, ſeu renunciare ſine licentia epiſco-
pi, vt in c. 2. ſeſſ. 21. Concilij Tridentini, & ita quoti-
die fit, & practicatur, quam opinionem ſequitur Na-
uar. in manuali, c. 22. nu. 18. & in cōſ. 14. nu. 2. tit. de
temporibus ordina. & Flaminius, lib. 2. de reſigna. be
nefic. q. 6. nu. 1. & 35. vbi etiam de iure cōmuni hanc
dicit veriorem opinionem, ex c. ſanctorum, diſt. 70.
& quod ita practicatur, quæ tamen opinio temperan
8 da & intelligenda eſt, niſi clericus tempore alienatio
nis habeat congruam ſuſtentationem, quia tunc tem
poris ex diſpoſitione Concilij abſque licentia ordina
rij poterit bona, ad cuius titulum ordinatus fuit, alie-
re: quia in hoc caſu ceſſat ratio finalis Concilij, ibi, *ne
cogantur mendicare*. & ſic debet ceſſare illius diſpoſi-
tio, l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus, quam
interpretationem confirmant verba Concilij, ibi, *do-
nec beneficium eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel
aliunde habeant, vnde viuere poſſint*, ita aduertit Flami
nius, ſup. nu. 36. & in lib. 5. q. fin. nu. 174. & ſic cum
conſtituatur regula in ſacro Concilio Tridentino, qđ
bona ad cuius titulum clericus ordinatur, nō poſſint
alienari ſine licentia epiſcopi, & poſtea ſequatur limi
tatio, donec ſufficiens beneficium eccleſiaſticum ſint
adepti, ſequitur, quod in hoc caſu non requiritur prę
dicta licentia, imo ab ipſo Concilio permittitur, cum
exceptio debeat eſſe de regula, ex l. cum prætor, cum
vulgatis. ff. de iudicijs, alias enim, tam regula tradita
in Concilio, quam eius exceptio, idem diſponeret, ꝙ
eſſet abſurdum, quam interpretationem videtur ſen-
tire Flamin. ſup. nu. 6. & 9. & Azeuedo, ſup. nu. 6. li-
cet non ſic declarent, ſi vero alienatio fiat non retenta congrua ſuſtentatione, erit nulla ipſo iure, vt etiam
dixímus in q. 561. Quod in tantum procedit, quod
9 ſi poſt alienationem ordinatus celebret miſſam, rema
net in ſpēius, ſi credimus Medinæ in ſua ſumma. §. 8.
de la ſuſpention, fol. 49. quæ ſententia rigoroſa eſt, &
non tenenda, cum illud de iure non repetiatur diſpo
ſitum, & pęnæ magis ſint coanguſtandæ, quam exten
dendæ, & ſic contrariam ſententiam tenet Nauar. in
manuali, c. 27. nu. 158. & nouiſſime (poſt hęc ſcripta)
idem tenet doctiſſimus Ioannes Gutierrez, in pp.
quæſtionibus, 2. p. q. 65. n. 10. vbi plures rationes ad-
duxit, & Spino in ſpeculo teſtamentorum, gl. 18. nu.
75. Et vltra omnes confirmatur iſta ſententia ex ver
10 bis dicti Concilij ibi, *nullatenus poſſint*, quod verbū,
nullitatem actus inducit, et non aliam pœnam, vt eſt
gloſſa, verbo nullatenus, in clem. 1. de ſequeſtratione
poſſeſ. et fructuum. gloſ. in clem. 1. verb. nullo modo,
de ætate et qualitate ord. Corſetus, in ſuis ſingularib.
verb. nullatenus. Iaſ. in l. in pecuniarijs, nu. 25. ff. de
ferijs, qui allegat gl. in auth. ſi qua mulier. C. ad Vel-
leian. et plura congeſſit in propoſito Tiraquellus, in
l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num. 95. C. de reuocan.
11 donat. Et ex actu nullo pœna non incurritur, clem.
12 1. gloſſa de conſaug. et affin. Et non præſtat impedi-
mētum, quod de iure non ſortitur effectum, vt in re-
gula, non præſtat, de reg. iuris, lib. 6. quod nouiſſime
tenet Nauar. in ſuis cōſ. conſ. 16. et 42. de temp. ord.
13 pęna vero ſuſpenſionis ſolū ponitur contra clericos,
qui ſine titulo, doloſe, et cum fraude ordinem rece-
perunt, tacito, vel expreſſo pacto de reſtituendo poſt
ordines ſuſceptos. tex. in c. per tuas, 37. de ſimonia. c.
penul. eod. tit. ita Nauar. in manuali. c. 27. num. 158.
Salzedo, in practica ad Bernardum Diaz, c. 18. Cor-
doua. q. 32. Ludouicus Lopez c. 240. in inſtruct. con-
ſcientiæ, Enriquez, de ſacramento ordinis. c. 17. et de
14 excommunicatione. c. 37. qui plures refert. Et de or-

dinato

Digitized by Google

dinatꝰ ſine diſpenſatione canonica, vel malicioſe, ſine examine vel literis dimiſſorijs, quando ſit ſuſpenſus, vide Gutierrez, in ſuis canonicis quæſtionibus. c. 26. num. 10. & c. 8. ſeſſ. 23. Concilij Trid.

QVÆSTIO DXXVIII.

Vtrum Papa ſine cauſa poſſit aliquem priuare ſuo beneficio. Communis contra communem.

ROmanus Pontifex in beneficialibus pleniſſimã habet poteſtatem. tex. in c. 1. de præb. lib. 6. & in c. ſi. vt lite pendente, & eſt ibi tex. ſingularis, ſecundum Antonium de Burgos, in rubr. de emptione & venditione, col. penul. ad hoc quod Papa poſſit abſq; aliqua cauſa aliquem priuare ſuo beneficio eccleſiaſtico, quam ſententiam probat glo. in c. per principalem. 9. q. 3. quamuis nihil de cauſa dixerit, probat tamen gloſſ. per exceptionem quam facit, ſecundum Abb. in c. ſi. de confirmatione vtili, vel inutili, nu. 10. Socinus, conſ. 13. num. 34. vol. 1. Iaſ. in l. Barbarius, num. 43. de offi. prætoris, Ripa, lib. 2. reſponſorum. c. 19. num. 5. Federicus de Senis, conſ. 200. Paulus, cõſ. 414. num. 4. vol. 1. Alex. conſ. 2. nu. 20. vol. 1. Corneus, conſ. 90. lib. 4. Gigas de penſionibus, quæſt. 10. num. 4. & q. 37. Pariſius, conſ. 5. num. 55. & 111. lib. 4. & hanc opinionem fatetur eſſe communem Ioannes Lupus, in tractatu de beneficijs vacant. in curia Romana. §. j. col. 3. & dixit etiam communem Nauar. in c. ſi quando, de reſcriptis, exceptione 3. ad finem, pag. 64.

Sed contrariam partem (imo quod ſine cauſa hoc non poſſit Papa facere) tenet Abb. in d. c. fin. Cardinalis, conſ. 141. Romanus, conſ. 345. Selua, de benefi. 3. p. q. 60. Natta, conſ. 259. num. 9. Rebuffus, in tract. nominationum, quæſt. 21. princ. num. 55. Soto lib. 3. de iuſt. & iur. quæſt. 6. art. 2. Pinelus in rub. de reſcindenda. 1. part. c. 2. num. 30. Nauar. de reditibus eccleſiarum, quæſt. 1. num. 21. pro qua ſententia eſt tex. in c. non liceat Papæ, 12. quæſt. 2. & hanc ſequitur nouiſſime Salzedo, in additionibus ad Bernardum Diaz. reg. 209. col. 5. Corraſius de ſacerdot. 2. part. c. 1. num. 2. Et hanc dixit communem Felinus ſequens illam, in c. quæ in eccleſiarum, num. 43. de conſtitutionibus, & tradit Antonius Gabriel. lib. 3. communiũ, tit. de iure quæſito non tollendo, concluſ. 1. num. 9. Et quando præſumatur iuſta cauſa vide infra.

SVMMARIVM.

1 *Lex 2. tit. 1. part. 2. expenditur pro hac opinione.*
2 *Cauſa præſumitur in dubio, in diſpoſitione principis.*
3 *Diſpoſitio principis contra ius naturale, vel diuinum, præſumitur ſine cauſa.*
4 *Auferre bona alicui, eſt contra ius naturale.*
5 *Contraria opinio proponitur in quæſtione principali.*
6 *Princeps diſponendo circa ea, in quibus non habet liberũ arbitrium, non præſumitur cauſa in eo.*
7 *Principis diſpoſitio contra ius diuinum, non eſt valida.*

QVAESTIO DXXIX.

Vtrum in diſpoſitione principis in dubio præſumatur iuſta cauſa, quando diſponit contra ius naturale. Communis contra communem.

SVnt in iure nonnulla, quæ princeps abſque cauſa non poteſt facere. Exemplum vidimus in quęſt. ſupra relata. Item quando princeps vult alienare rem ſuam, quia tunc cauſa requiritur, vt eſt communis opinio ſecundum Felinum, in c. quæ in eccleſiarum, num. 33. de conſtit. & dixit etiam communem Ioannes de Lecier de primog. lib. 3. q. 7. nu. 13. vol. 13. tractatuum, quam opinionem probat l. 2. tit. 1. part. 2.
1 Ex cauſa enim permittuntur plura. l. ſi hominem, ff. mandati. Sed in hoc contrarium voluit Angelus, imo quod ſine cauſa poſſit princeps auferre bona. Ita probat text. in l. item ſi verberatum, §. 1. de rei vendicat. vbi contrarium aſſerentes mentiri affirmat, & eum ſequuntur plures relati per Duennas regu. 43. fallen
2 tia 5. Nunc autem dubium eſt, an in dubio cauſa præſumatur in principe. Et cauſam præſumi dixit communem canoniſtarum & legiſtarum, Iaſ. in l. ſi teſtamentum, num. 2. C. de teſtam. Quam communem intelligit, quando princeps diſponit in his quæ ſunt de iure poſitiuo, quod ſequitur Fortunius, in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu. 409. ff. de lib. & poſthum. & Couar. allegans iura, & DD. in 4. Decret. 2. part. c. 6. §. 9. num. 9. & hanc regulam, cum aliquibus limitationibus, poſuit Bernard. Diaz. reg. 572. & 209. vbi lattiſſi
3 me Salzedo. At vero in caſu quo princeps diſponit cõtra ius naturale, vel diuinum, maius dubium eſt, an tunc præſumatur iuſta cauſa. Et partem affirmatiuam voluit Cynus, in l. reſcripta, quæſt. 3. & 4. C. de precibus Imperatori offerendis, Bart. & DD. in l. ſi. C. ſi cõtra ius, vel vtilitatem publicam, quorum ſententiam communem eſſe fatetur Abb. in diſputa. 1. incipien-
4 te, epiſcopus, num. 17. verſ. venio ad tertium. Et ſic, quamuis auferre rem alicui ſit contra ius naturale, vt probat apud nos l. 31. & l. 2. tit. 18. p. 3. ſi tamen princeps auferat, in eo eſt præſumenda iuſta cauſa, & ita hanc ſententiam (vltra allegatos) dixit communem additio ad Abb. in c. ſi. de confirmatione vtili, vel inutili, additio. penult. & dixit etiam communem Alex. conſ. 2. num. fin. & Fortunius in d. §. & quid ſi tantum, num. 407. Et hanc partem pluribus comprobat Curtius ſenior conſil. 49. nume. 70. verſ. præmittit in principe.
5 Sed contrariam opinionem (imo quod in principe diſponente contra ius naturale vel diuinum, non ſit præſumenda cauſa) dixit communiorem Alciatus, reg. 3. præſumtione. 8. nu. 4. eandem etiam fatetur cõmunem Claudius, in l. vt vim, nu. 3. de iuſtitia & iure, & fatetur etiam cõmunem Ripa, lib. 2. reſponſorũ c. 19. nu. 19. Ex quo ſuccedit aperte, quod nõ erit præſumenda cauſa à principe auferente ius ſuum alicui. Quam ſententiam tenet Felinus, in c. quæ in eccleſiarum, de conſtitutionibus, n. 66. vbi Decius, n. 27. (licet ibi dicat Felinus, contrarium eſſe fundatum auctoritatibus doctorum) eius tamen ſententiam tenet optime Fortunius, in d. §. & quid ſi tantum, nu. 408. & Decius, conſ. 357. nu. 6. & conſi. 602. nu. 16. licet breuiſſime agens, dicat hanc credendum eſſe veram ſententiam: alias enim quæ libet diſpoſitio à Principe facta cõtra ius diuinũ, vel naturale, eſſet valida, & pro hac vltima opinione facit, quia quando princeps

6 ceps diſponit circa ea, in quibus non habet liberum
arbitrium, non præſumitur habere cauſam, vt eſt cõ-
munis opinio, ſecundum Aymon. Crauetam, de anti-
quitate temporum, in prin. nu. 32. vbi citat quam plu
7 rimos. Et quod in principe diſponẽte contra ius diui
num non præſumatur cauſa, tenet (vltra prędictos)
Paulus Pariſius, conſ. 68. n. 225. vol. 4. & in hac varie
tate opinionum mediam inuenit Alciatus; ſupra nu.
8. ſed ab hac vltima opinione recedendum nõ eſt, in
iudicando & conſulendo.

QVAESTIO DXXX.

Vtrum actiones datiuæ tranſeant in heredes.
Communis contra communem.

DVbium eſſe ſolet, an actiones heredem trãſeant. In quo glo. fi. verſ. vel hæc, in l. cum precario. ff. de precario, diſtinguit dicens, quod natiuæ trãſeunt, datiuæ vero non. Quam gloſſam plures in hoc commendant, (quos millos hic facimus) & eam innuit cõmunem Fortunius, in l. iuris gentium §. ideo col. 17. verſ. nunc tranſeo, n. 6. ff. de pactis, & expreſſe illam fatetur communem Couar. in reg. poſſeſſor. 3. p. §. 1. num. 3. ad fin.

Sed contrariam partem (imo gloſ. ab hominibus improbari) teſtatur Æmilius Feretus in d. §. & ideo, num. 50. & vide l. 5. C. vt actiones ab heredibus & contra heredes l. 12. titu. 11. par. 5. vbi Gregor. verb. *el dia que yo finare.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus retractus currit contra minores abſentes, & ignorantes.*

2 *Lex 8. tit. 11 lib. 5. recop. eſt correctoria iuris cõmunis.*

3 *Caſus, in quibus contra minores currit præſcriptio, referuntur remiſſiue.*

4 *Reſtitutio competit minori, ſi tempus ad appellandum tranſierit.*

QVAESTIO DXXXI.

Vtrum præſcriptio ſtatutaria currat contra minorem.
Communis contra communem, & quid iure regio.

DVbium eſt, an præſcriptio ſtatutaria currat con-
tra minorem. In quo Bart. in l. fin. num. 14. C. in
quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſa-
ria, diſtinguit hoc modo: quod aut agit ſtatutum de
lucro, vt in caſu retractus, & tunc currat per tex. in c.
conſtitutus, de in integrum reſtitutione, quod hodie
1 expreſſe cauetur in cauſa retractus, in l. 8. ti. 11. lib. 5.
recop. & ibi Matienço. gl. 9. Aut agit de dãno, & tunc
non currat, vt in d. l. fin. quam Bartoli diſtinctionem
ſequitur Abb. in d. c. conſtitutus, nu. 6. quamuis ibi
ſubdubitet Antonius, n. 17. & Cardinalis, oppoſitio.
10. & 11. & ſequitur etiam Caſſaneus, in conſuetudi
nibus Burguodiæ, rubr. 1. §. 8. verb. *enjour*, nu. 28. idẽ
in rub. 3. §. 2. verb. *entatque tuoche*, nu. 8.

Sed contrariam opinionem (imo quod indiſtincte
currit contra minorem, quamuis concedi debeat illi
reſtitutio) contra Bart. dixit cõmunẽ Alex. conſ. 119.
vol. 6. nu. 35. quod tamen non eſſe facile admittendũ
dixit Decius conſ. 556. num. 7. fallitur tamen in hoc,
quia diſtinctio Bart. eſt vere communiter reprobata,
quin imo indiſtincte eſt tenendum cum Innocentio,
in d. c. conſtitutus, & ibi Hoſtienſis, in fi. qui affirmãt
ſtatutariam præſcriptionem minori etiam currere, &
ſic Bartoli diſtinctionem damnat Imola, nu. 10. Ana-
nias, nu. 7. in d. c. conſtitutus, & contra Bart. eſſe com
munem opinionem teſtatur Balb. de præſcriptionib.
1. p. ſextæ partis princ. nu. 47. verſ. & pro iſta, & Mau
ritius, de reſtitutione. c. 93. col. antepen. cum ſequen-
2 tibus, Boer. deciſ. 140. nu. 3. poſt medium. Hodie au-
tem, ex d. l. 8. currit præſcriptio aduerſus minores in
cauſa retractus, quod ſecus erat de iure communi, vt
ſentit idem Matienço, ibi gl. 1. Greg. in l. penult. titu.
fi. p. 6. gl. magna. Tiraquel. de retractu lib. 1. §. 35. gl.
2. nu. 3. & 4. & vide Iaſ. in l. properandũ. §. illo, nu. 3.
3 C. de iudicijs, vbi accumulat caſus, in quibus minori
bus currit pręſcriptio, vt ſunt tempora inducta a lege,
veluti ad appellandum, ad appellationem proſequen
4 dam. De iure vero regio dabitur minori reſtitutio, vt
in l. 1. tit. 25. par. 3. & contra aliquos ita tenet Azeue
do, in l. 1. tit. 18. nu. 31. lib. 4. recop. & Villalobos, lite
ra R. a num. 64.

QVÆSTIO DXXXII.

Vtrum venditor compulſus à Principe, Duce, vel Marchione rem alteri vendere, teneatur de euictione.
Communis contra communem.

PRo perfecta declaratione quæſtionis præcedentis dubitari ſolet, an Princeps vel domini vaſallorũ inuitis vaſallis, ſiue ciuibus, poſſint caſtrum vendere, vel alienare. In qua quæſtione glo. in l. inuitus. ff. de fideicommiſ. libertatibus, tenet quod nõ, & ſequitur Bat. in l. in teſtamento. C. ad l. falcidiam, & DD. in c. 1. de reſtitutione ſpoliatorum, Bar. Paulus, Iaſ. & reliqui DD. in leg. debitorum. C. de pactis. Bald. cõſ. 472. vol. 1. Oldradus conſ. 231. Hoſtienſis, in c. dilecto filio, de maiorit. & obed. & ibi Ioannes Andreas, Alexan. conſ. 26. vol. 5. & in l. 2. in prin. col. fi. ff. ſoluto matrimonio, Curtius conſ. 174. & in 6. p. in tract. feudorũ. vbi hanc dicit communem opinionem, quam ſequitur Socinus, conſ. 39. vol. 3. Hippolytus, in l. 1. de quæſtionibus, Guido Papæ, q. 219 & 485. Ripa, reſpon. 32. vol 2. Paulus Caſtrenſis, conſil. 20. nu. 9. vol. 1. & conſ. 335. nu. 2. vol. 1. Corneus, conſil. 321. vol. 4. Tiraq. de iure primogen. q. 35. nu. 24.

Sed contrariam tenet Decius, in d. l. debitorum, quam limitat, quando alienatio fieret cum ipſa vniuerſitate. Bald. in l. 2. C. de donationibus & in l. 1. C. communia de leg. Romanus, conſ. 36. Alex. conſ. 96. Pariſius, conſ 22. nu. 81. vol. 1. & conſi. 23. nu. 103. Abb. in c. auditis, n. 21. de præſcript. Quæ omnia ſunt limitanda in caſu neceſſitatis, quia tunc poteſt fieri alienatio, ſecundum Bart. in l. is qui. §. fi. ff. de pignoribus, Salicetus, in l. 1. C. de nouationibus, Aluarotus, in c. 1. §. pręterea ducatum, col. 2. Aretinus. in l. 2. col. fin. ff. ſoluto matrimonio, Cynus, in l. 1. C. dę nouationibus, Aufredus, in deciſione Tholoſ. nu. 485. & alias 8. limitationes congeſſit Iacobus Philippus Portius, lib. 5. communium concluſione 21. Quibus

ſic

Digitized by Google

ſic ſuppoſitis dubitatur, an facta venditione mandato principis ſit ſecurus ab euictione. Et eiuentem à principe eſſe ſecurum probat text. in l.bene à Zenone.C.de quadriennij præſcriptione,quod(pluribus citatis)declarat Guillermus Benedictus, in c. Raynutius,verb.& vxorem,nu.943.cum alijs.vbi dicit communem opinionem. Cuius tex.deciſio,an procedat in Ducibus,& Marchionibus, & alijs dominis,non recognoſcentibus ſuperiorem refert duas communes contrarius Bellonus conſ.59.nume.8.& 11.reſpectu principis declarat Guillermus,ſupra, aſſignans intellectum ad d.l.bene a Zenone,quẽ bene declarat Felinus,in c.quæ in eccleſiarum,nu.26. de conſtitutionibus, & Gregorius, in l.53.tit.5.p.5. verb. *el Rey*, & Rodericus Xuarez,allegatione 11.Anton.Gomez,2.tom.variarũ.c.2.nu.41.vbi dicit, quod venditor cõpulſus rem alteri vendere per Principem, non poteſt agere de euictione, quia res cẽſetur euicta per caſum fortuitum,cui ipſe non potuit reſiſtere.l.Lucius,ff.de euictionibus.l.37.titu.5.p.5. vbi Greg. verb.*no ſeria denudo el vendedor.*

QVÆSTIO DXXXIII.

Vtrum mulier permiſſa accuſare teneatur ſe ſubſcribere. Communis contra communem, & quid iure regio.

DVbium eſſe ſolet,an in caſibus in quibus mulier admittitur ad accuſandum,nõ proſequens ſuã, vel ſuorum iniuriam, debeat ſe ſubſcribere,& quod non teneatur, tenent omnes iuris canonici interpretes ſecundum Fabrum,in §.ſed & ſi qua.Inſtit.de ſuſpectis tutoribus.

Sed contrarium tenent communiter legiſtæ ſecundum Angelum in §.conſequens, nu.3.Inſtit. eod. & an hodie accuſator teneatur ſe ſubſcribere,tradit Iulius Clarus,lib.5.recep.ſent. §.fi,quæſt.8. vbi tenet, quod non.

QVÆSTIO DXXXIV.

LEx 3.§.diuus.ff.de ſepulcro violato, habet varios intellectus,dum probat quod conſuetudo nõ vincit legem,& Iaſ.in l.de quibus,numero 53. ff.de leg. aſſignat quendam intellectum, quem dixit communem.

Sed contrarium intellectum eſſe communem dixit Gomecius,in cap.1. num.233. de conſtitutionibus, lib.6.

QVÆSTIO DXXXV.

Vtrum mutuans ſcholari, vt intret ad audiendam lectionem, committat vſuram. Communis contra communem.

MVtuans ſcholari, vt intret ſecum ad audiẽdam lectionem, potius vnum quam alterum, committit vſuram.Hęc eſt communis opinio apud canoniſtas,ſecundum Alciatum lib.9.parergon. cap.9. & in cap.fi.de vſuris. Quam opinionem ſequitur Oroſcius,in l.1.nu.24.de officio præfecti vrbis, vbi optime & magiſtraliter illud declarat.

Sed contrariam opinionem tenet Abb. in d.c.fin. num.17.de vſuris,& in cap.1.nu.2.de depoſito. Tenet etiã Corſetus,verb.Doctor,in ſuis ſingularibus, & late Anania,in c.2.num.4.de magiſtris,vbi Felin. nume. 3. hanc fatetur eſſe communem opinionem. Quam intellige ſecundum tradita per doctiſſimum Oroſcium ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Res vendita in publica ſubhaſtatione cenſetur iuſto pretio diſtracta.*
2 *Contra communis opinio confirmatur de iure regio.*
3 *Lex 1.tit.11.lib.5.recopilationis declaratur.*
4 *Venditio facta ex cauſa voluntaria,vel ex cauſa iudicati,differunt.*
5 *Subueniri magis debet facienti actum ex neceſſitate,quã ex voluntate.*
6 *Lex 2.procedit tam in venditore,quam in emptore.*
7 *Correlatiuorum eadem debet eſſe ratio,& diſpoſitio.*
8 *In pœnalibus diſpoſitum in venditore habet locum in emptore.*
9 *Deceptio vltra dimidiam,qualiter conſideretur.*
10 *Cyni opinio comprobatur de iure regio.*
11 *Officium iudicis durat per quadriennium.*
12 *Officium iudicis competit ex lege.*
13 *Actio perſonalis competit ad proſequendum legis 2. beneficium.*
14 *Actio ciuilis habet 30.annorum vitam.*
15 *De iure regio quadriennium datur ad petendam læſionem ex d.l2.*
16 *Lex fi.tit.5.p.7.declaratur.*
17 *Fructus ſunt reſtituendi reſciſſo contractu, ex beneficio dictæ legis 2.ſecundum plures,& alij contra.*
18 *Gregorij Lopez opinio damnatur.*
19 *Reſtitutio,quæ fit ex gratia, non fit cum fructibus, ſecus ſi ex iuſtitia.*
20 *Contraria opinio, quod reſtitutio ſit facienda ſine fructibus,refertur.*
21 *Lex 2. C.de reſcindenda, non habet locum in taxatione rerum dotalium.*
22 *Deceptio in rebus dotalibus, non requiritur tanta ſicut in cæteris rebus.*
23 *Lex 16.tit.11.p.4.declaratur.*
24 *Lex ſecunda procedit etiam in contractibus bonæ fidei.*
25 *Iudicium familiæ erciſcundæ eſt bonæ fidei,& in eo procedit d.l.2.*
26 *Lex 2.procedit etiam in contractu locationis.*
27 *Verbum, venditio, omnem alienationem comprehendit.*
28 *Locatione finita habet locum prædictum remedium.*
29 *Artificibus non competit prædictum remedium.*
30 *Experto & ſagaci non ſubuenitur.*
31 *In omnibus conductionibus procedit dicta legis beneficium.*
32 *Locatio fructuum qualiter ſit conſideranda,vt habeat locum prædicta lex.*
33 *Locatio,quæ tota pendet à viribus fortunæ non reſcinditur beneficio illius legis.*
34 *In locatione fructus beneficiorum,et tertiarum, non procedit d.l.*
35 *Spes vendi poteſt.*

SVMMARIVM.

1 *Filius non tenetur conferre ſolutum à patre, quando fuit illius fideiuſſor.*
2 *In neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit.*
3 *Pater habens bona aduentitia filij, de illis præſumitur ſoluere condemnationem factam contra filium.*
4 *Pater conſentiens in delicto filij, non videtur, quod pro eo ſoluit, ſoluiſſe animo repetendi.*
5 *Solutum à patre pro redimendo filio ab hoſtibus, non imputatur in legitimam illius.*
6 *Datum filio à patre ob aliquam cauſam, computatur in legitimam.*
7 *Noua opinio Ayoræ refertur, & refutatur.*
8 *Illud quod differt ſecundum plus, & minus, non differt ſubſtantia.*
9 *Quantitas ſoluta à patre pro delicto filij, ſiue ſit magna vel modica, à filio eſt conferenda.*

QVÆSTIO DXIII.

Vtrum ſolutum à patre pro condemnatione filij ob eius delictum, computetur in legitimam. Communis contra communem.

QVæſtio, quæ in præſenti venit diſputanda, quoti
die in praxi contingit, & ſic huius dubij reſolu-
tio indiget pragmatica ſanctione, cum in hoc caſu nul
la ſit ſtabilis, & permanens reſolutio. Et in primis, quod
filius non teneatur conferre, neque in ſuam legitimã
computare, quod à parente datum eſt pro redimẽdo
eum à carceribus, vel alia condemnatione, tradit Bar.
in l. Stychus, nu. 2. ff. de pecul. legato, idem Bart. in l. ſi
fratres, §. idem Papinianus, ff. pro ſocio, Bald. in auth.
ex teſtamento. col. 6. C. de collatio. & hanc dixit ma-
gis communem opinionem Alex. in l. in quartam, nu.
23. ff. ad leg. Falcid. Ang. Aret. in §. actiones, num. 10.
Inſtit. de actionibus, Romanus, in l. quæ dotis, ff. ſolu.
matrim. Bald. in auth. contra legatos, C. ad Treb. & in
auth. ſi captiui, C. de epiſcop. & cler. idem Bald. in l. fi
liæ, & in l. certum, C. famil. erciſcun. Et ex noſtratibus
iſtam opinionem ſequitur Antonius Gomez, in l. 29.
Tauri, num. 20. dicens communem, & limitans duo-
1 bus caſibus. Primo, quando pater tanquam filij fide-
iuſſor ſoluit, quia tunc non ex mera volũtate, ſed coa
2 ctus ſoluit, & ſic donare non præſumitur, cum in ne-
ceſſitatibus nemo liberalis exiſtat, l. rem legatam, ff. de
adimẽdis legatis, l. cum de indebito, ff. de probationi-
bus. Quod quidem etiam tenet Menchaca, lib. 3. de
ſucceſſionum creatione, §. 30. nu. 223. Ioan. Garcia,
de expenſis & meliorationibus, c. 4. num. 13. vbi alios
3 refert. Secundus caſus eſt, quando pater habet bona
aduentitia filij, quia tunc de illis bonis cenſetur ſol-
uiſſe, vt in l. 1. C. de neg. geſt. l. fi. ff. de petitio. heredit.
4 l. cum poſt, ff. de adminiſtra. tut. Et ſit tertia limitatio,
quando conſentit expreſſe, vel tacite, in delicto a filio
perpetrato, argum. text. in l. qui originem, §. qui filius,
ff. de muner. & honor. & tradit expreſſe Menchaca,
ſup. nu. 224. & in quæſt. principali in confirmationẽ
communis opinionis facit tex. in d. l. 1. C. de neg. geſt.
& in l. Neſennius, ff. eod. l. liber captus, C. de capti. &
poſtlim. reuerſ. vbi ſolutum à patre pro redimendo fi
5 lio ab hoſtibus, nõ imputatur in legitimam filij, quia
magis pietatis cauſa, quam animo repetendi datum
eſt. Et iſtam opinionem ſequitur Gutierrez, in §. ful.
de heredum qualitate & differentia, nume. 93. qui di-
cit ita eſſe tenendum in iudicando & conſulendo, &
quod ſic reſponderet, cum caſus de facto illi occur-
riſſet.

Sed his non obſtantibus, contraria opinio verior
mihi videtur, imo quod filius teneatur cõferre in ſuã
legitimam, quod pater ſoluit pro condemnatione fa-
cta ob ſuum delictum, quia non debet eſſe melioris
conditionis, quam cæteri fratres, qui pacifici fuerunt.
Et ſic iſtam opinionem ſequitur Ripa in d. l. in quar-
tam, num. 185. ff. ad leg. Falcid. qui eam dicit commu
nem opinionem, & plures refert, & ſequitur Docto-
res pro iſta ſententia, Fabianus de Monte, in d. auth.
nouiſſima, quæſt. 8. nouæ quæſtionis princip. nu. 89.
Bald. (ſibi contrarius) in d. auth. ſi captiui, qui dicit ve
riorem opinionem, vt filius teneatur conferre in legi-
timam, quod pater pro eo ſoluit motus ex ea ratione,
6 quia omne, quod pater dat filio ob aliquam cauſam,
non videtur animo donandi, ſed vt in legitimã com-
putetur. Ita Angelus, in d. l. in quartam, nu. 7. idemq;
optimis rationibus tenet ſubtilis Menchaca, d. § 30.
num. 221. reſpondens ad l. quæ pater, ff. famil. erciſc.
quę videbatur vrgere pro contraria ſententia. Idem te
net Duenas, in reg. 222. nume. 4. Gregor. in l. 2. tit.
19. par. 4. verb. *de la pagar*. Ego tamen ſemper fui hu-
ius opinionis amator, ex dictis rationibus, & ex ratio
ne text. in l. quoniam nouella, ff. de inoff. teſta. & ex l.
Stychus, ff. de peculio legato. Sed poſt hęc ſcripta vi-
7 di Ayoram, de partitionibus, in 2. p. quęſt. 17. nu. 38.
qui ſententiens prędictas difficultates, & ignorans
vtramque opinionem eſſe communem, vt tradit Mẽ-
chaca, ſupra, nouam aſſignat opinionem, illud magis
ad arbitrium, quam ad iuris diſpoſitionem reducens,
dicens, quod ſi pater, vel mater ſoluunt paruam con
demnationem pro filio, tunc pietatis cauſa cenſetur
ſolutum, & nõ animo vt computentur in legitimam
filij, & ſic procedat prima opinio: ſi vero magna fue-
rit ſolutio facta à patre pro filij condemnatione, tunc
tenebitur filius illud recipere pro ſatisfactione ſuę le
gitimæ, non vero gratioſe cenſebitur datum, neque ſo
lutum. Quam differentiam nullus vnquam ſequitur,
neque pro ea adducit aliquod fundamentum, & ſic
non eſt tenenda, neque practicanda, quia illud quod
8 differt ſecundum plus & minus, non differt ſubſtan
9 tia, l. fi. ff. de fundo inſtructo. Et ſic indiſtincte teneo,
quod ſiue ſit modica, vel magna quantitas, quę a pa-
tre eſt ſoluta pro delicto filij, & pro redimendo eum
à carceribus, quod mortuo patre, indiſtincte tenebi-
tur filius illud, quod eſt ſolutum, imputare in ſuam
legitimã, niſi in tribus caſibus, de quibus ſupra: quan
do pater eſt fideiuſſor filij: vel habet bona aduentitia
illius: vel ſi fuit particeps criminis perpetrati à filio:
vel quarto, quando prius fuit facta filio melioratio
irreuocabilis tertij & quinti, vt in l. 17. Tauri: quia
tunc imputabitur quod datum eſt in tertium & quin
tum: ſecus ſi donatio fuit facta reuocabiliter, vt e-
xiſtimat Gutierrez, ſupra, num. 93. in verſ. quod ip-
ſe ſaluo.

QVÆSTIO DXIV.

Vtrum theſaurus acquiratur ſola inuentione, ſine apprehenſione. Communis contra communem, & quid iure regio.

THeſaurus acquiritur ſola inuentione, ſine apprehenſione. Ita tenet communis opinio, ſecúdum Plateam, nu. 76. & Porcum, nu. 29. in §. theſauris, Inſtit. de rerum diuiſione. l. vnica. C. de theſauris, li. 10. And. de Iſer. in c. 1. nu. 90. quæ ſint regal. Villalobos, in ſuo ærario commu. verb. theſaurus, nu. 111. Anto. Gomez, in l. 45. Tauri, nu. 51. Burſatus, conſ. 209. nu. 2. lib. 2. & ita videtur probare tex. in l. nunquam. 31. §. theſaurus. ff. de acqui. rer. dom. l. 45. tit. 28. p. 3. quá opinionem ſequitur Valaſcus, de iure emphyt. q. 15. nu. 2. & 6. & hanc eſſe magis receptam ſententiam dicit Auendannus, lib. 1. de exequend. mandatis. c. 4. nu. 33. verſ. licet, pro qua opinione poteſt etiam expédi tex. in l. peregre, in fine principij, ff. de acq. poſſ.

Sed contrariam ſententiam (imo quod requiratur apprehenſio) dicunt communem Aret. col. fin. Socin. nu. 6. Iaſ. in l. 3. §. Neratius. ff. de acquir. poſſeſ. per illum tex. vbi Alcia. nu. 39. & dixit etiam communem Hormannocius in l. 1. nu. 61. ff. eod. tit. quam opinionem ſequitur Bar. in l. 1. in princ. nu. 18. ff. de acquir. poſſeſ. Burſatus, conſ. 209. nu. 11. in d. vol. 2. Anton. Gomez, in d. l. 45. num. 47. & hanc ſequitur opinionem (dicens receptiorem) Barboſa, in l. diuortio. §. ſi fundum, num. 35. ff. ſoluto matrimonio, qui aſſignat rationem ex Conano, lib. 3. commen. c. 4. poſt principium. Quod nota, quia ſunt gloſſæ contrariæ, de quibus per Anton. Nicellum, in concordantijs gloſſarú, nu. 400. in vol. 1. tractatuum. Theſaurus vero magica arte inuentus, etiam in proprio agro, ſoli fiſco pertinet iure ciuili. l. vnica. C. de theſauris, lib. 10. l. nemo. C. de malef. & mathem. Inuentus autem abſque arte magica in proprio agro, eſt inuentoris: in alieno vero, ſi data opera inuentus ſit, totus domino ſoli acquiritur: ſi vero fortuito, pars dimidia domino agri, alia vero dimidia inuentori pertinet, vt in d. §. theſaurus. Et hæc eſt communis opinio, vt refert Couar. in reg. peccatum. 3. p. §. 2. nu. 4. Hodie autem iure regio indiſtinctè theſaurus ad regem pertinet, ex l. 1. tit. 13. lib. 6. recop. quam explicat & declarat Barboſa, ſupra, nu. 50. & 51. vbi late & eleganter proſequitur hunc articulum, licet Auendannus, (& male) cónetur concordare illam, cum l. 45. tit. 28. par. 3. quæ eſt conformis iuri communi, de exequendis mandatis lib. 1. c. 4. nu. 33. & Greg. in d. l. 45. verb. *al Rey*. Praxis vero obtinuit, vt indiſtinctè ad regem pertineat, vt tradit Couar. ſupra, ex mente aliorum, & Olanus, in antinomia iuris, litera T. nu. 1. quod quidem etiam erat diſpoſitú per tex. in c. 1. quæ ſint regalia, in vſibus feudorum. l. 11. tit. 28. p. 3. l. 5. titu. 15. p. 2. vbi Greg. verb. e *mineras*. Et nouiſſime hác opinionem ſequitur Azeuedo, in d. l. 1. tit. 13. lib. 6. recop. nu. 3. prædictis nó citatis. Eſt tamen dominis minerarum, in quorum loco reperiuntur damnum ſatisfaciendum, ex l. 4. & 5. titu. 13. lib. 6. recop. quia alias non eſſet iuſta illa l. ex traditis per Matthæum de Afflictis, deciſ. 321. & conſuetudo in contrarium non valeret, ſecundú Rolandum, conſ. 69. nu. 48. vol. 2. & plures quæſtiones in hac materia mouet Molina, lib. 1. de Hiſpanorum primog. c. 23. quando theſaurus competat ſucceſſori maioratus, vel domino fundi, vel vſufructuario, vel marito, quando fuit repertus in fundo dotali, vel domino emphyteuſis, declarans ex l. 27. tit. 11. p. 4. ibi. nu. 10. & Anton. Gomez, in l. 45. Tauri, nu. 45. & 51. vbi plura refert conducibilia in caſu quæſtionis principalis, & Barboſa, vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Certioratio an ſit facienda in iudicio.*
2 *Si inſtrumento caueatur, quod mulier fuit certiorata, credendum eſt notario, vel tabellioni.*
3 *Tutior & ſecurior opinio eſt, quod forma certiorationis ponatur in inſtrumento.*
4 *Si tabellio interrogatus quid ſit Velleianum, illud ignorat, non præſumetur, mulierem fuiſſe certioratam.*
5 *Pars affirmatiua quæſtionis proponitur.*
6 *Iuramentum ſupplet defectum certiorationis.*
7 *Contrariæ opiniones doctorum referuntur.*
8 *Iuramentum non extenditur ad incognita.*

QVÆSTIO DXV.

Vtrum per iuramentum præſumatur mulier certiorata de beneficio Velleiani. Cómunis contra communem, & quid iure regio.

MVlier renuncians Velleiano, eius auxilio, & cómodo priuabitur. Iſta eſt communis opinio, ſecundum Bart. in l. 3. nu. 10. ff de fideiuſſoribus, dicit
etiam communem Vitalis de Cambanis, in tract. clau
1 ſularum, col. 284. Et an hæc certioratio debeat fieri
in iudicio, vel ſufficiat extra iudicium vide in quæſt.
562.) quæ tamé certioratio adeo eſt neceſſaria, quod
alias renunciatio mulieri non præiudicat. Ita gloſſ.
verb. non vſuram, in l. fin. §. fin. ff. ad Velleianum,
& eſt communis opinio, ſecundum Tiraquellum, in
l. ſi vnquam, in princ. nu. 96. aliàs 98. C. de reuocand.
donat. & ſecundum Ioannem Nicolaum, ad Alciatú,
2 in reg. 1. præſumpt. 42. nu. 2. Et in dubio eſt ſtandum
inſtrumento, in quo notaris dicit ſe certioraſſe mulierem, quam dicit communem opinionem Alexan. in l. ſciendum. col. 11. ff. de verborum, dixit etiam communem Aleiat. reg. 3. præſumpt. 13. & tradit Greg. in l. 3. tit. 12. p. 5. verb. *ſabidora*, Couar. lib. 2. variarum, c. 13. nu. 2. qui dicit communem, & Antonius de Padilla, in l. fin. nu. 13. C. de iuris & facti ignorantia. In qua quæſtione duas communiones opiniones contrarias refert Iaſ. in l. ſi duo patroni, §. idem Iulianus, nu. 19. cum ſequen. de iureiurando, vbi ipſe tenet, quod non eſt pro tabellione præſumendum. Et cóſultus de hoc dubio noluit reſpondere, ex eo quod erat anceps, quia grauiſſima eſt difficultas, & quæſtio pro amico: & ſic
3 tutius eſt, vt forma certiorationis ponatur in inſtrumento, prout hodie fit, & conſuluit Couar. ſupra, ſi tamen interrogatus notarius quid eſſet Velleianum, reſpondeat, quod neſcit, non eſt præſumendum, quod mulier eſt certiorata, etſi cótrarium dicatur in inſtrumento, ſecundum Alex. in d. l. ſciédum, & eſt communis opinio, ſecundum Cagnolum, in l. ſi librarius, nume. 37. ff. de reg. iur. quamuis Albericus in l. Céturio. ff. de vulg. quem ſequitur ibi Ripa, nu. 88. (teneat contrarium,

tratium, & quamuis idem Ripa, in l. 1. in princ. num. 31. ff. ſi cert. petatur, hanc opinionem Alberici dicat veriorem. Et vide tradita per Nicolaum in additionibus ad Alciatum præſump. 13. Quibus ſic præmiſſis, pro declaratione noſtræ quæſtionis, dubium eſt, vtrū
5 ſi iuramentum ſit appoſitum præſumatur mulier certiorata. Et pro parte affirmatiua ſolet expēdi tex. in c. ex reſcripto, iuxta gl. pen. ibi, de iuream. & ibi tenet ibi Bal. col. 2. & alij plures citati per Tiraquellum, in d. l. ſi vnquam, in princ. nu. 31. Et hanc opinionem (imo quod accedente iuramento non requiratur certiorationem) dixit communem Alexan. conſ. 27. vol. 3. idem in conſ. 42. in eod. volu. vbi etiam dicit communem, & de ſtylo ſeruari, quod in legendo, & conſulendo ita ſit tenendum. Sed profecto, hæc eſt quæſtio pro amico, cum pro vtraque parte ſint grauiſſimi doctores, qui eā dicunt communem, quos refert Antonius Gabriel, tit. de iuream. conclu. 3. lib. 2. & duas communes contrarias refert in hac quæſtione Iacobus Philippus Porcius, lib. 4. comm. conclu. 33. & nouiſſime, quod
6 iuramentum ſuppleat defectum certiorationis, tenet Pinelus, in l. 2. C. de reſcin. 3. p. c. 1. nu. 10. vbi Padilla, nu. 34. & Palatius Rubeus, in c. per veſtras. §. 34. nu. 7. de don. Ant. Gom. 2. tom. variarum. c. 13. num. 17. & dicit communem Padilla, in l. ne paſſim, num. 12. C. de iur. & facti ignor. nu. 12. vbi hoc imitat, & tradit Menchaca, de ſucceſ. creat. 9. 8. nu. 156. & dicit magis communem, & tenendam Gutierez, de iuramento confirmatorio, 1. par. c. 19. nu. 2. & dicunt etiā communem Imola, & Antonius Burg. nu. 36. in c. penul. de empt. & vend. & dixit etiam comunem Iaſ. in auth. ſacramenta pub. C. ſi aduer. vendit. & Curtius iun. conſ. 43. col. 3. conſ. 4. & Marcus Ant. de viribus iuramenti, num. 27. qui etiam dixit communem.

7 Sed contrariam opinionem dixit communem Bal. conſ. 47. vol. 1. Hippol. in rubr. de fideiuſſoribus, nu. 38. Iaſ. in d. auth. ſacramenta pub. 56. & plures refert Tiraquellus, in d. l. ſi vnquam, in princip. nu. 146. & Couar. in c. quamuis pactum. 2. p. §. 3. num. 5. & Matienço (contra alios) in l. 9. tit. 3. glo. 5. nu. 5. lib. 5. recop. præcipue ex l. 3. tit. 12. par. 5. vbi eſt neceſſaria ex-
8 preſſa renunciatio, quia iuramentum non extenditur ad non cogitata, & ita tenendum eſt, & vide quæ in ſimili diximus, in q. 171. & 723.

QVÆSTIO DXVI.

Vtrum præceptum de ſoluendis decimis ſit morale, vel iudiciale. Communis contra communem.

PRæceptum de ſoluendis decimis, an ſit morale vel iudiciale ex veteri; vel nouo teſtamento, ponit duas communes contrarias Dominicus, in c. 1. num. 5. de decimis, in 6. de qua quæſtione videndus eſt S. Thomas, 2. 2. quæſt. 87. art. 1. vbi vult, quod decima naturali iure ſit debita in ſubſtantia, licet quoad quotam ſit iuris poſitiui, vnde & ab eccleſia mutari quota poteſt. Circa quod vide latius eundem Thomam, quodlib. 2. ar. 8. & Petrum de Rabena, in diſputatione materiæ decimarum poſt compendium iuris canonici, & Couarr. variarum reſolut. li. 1. c. 17. nu. 8. Sotum de iuſtit. & iure, lib. 9. q. 4. art. 1. col. 4. & vide quæ diximus, in q. 473. Et ſic, cum decimæ diuina inſtitutione debeantur, nemo poteſt ſe eximere a ſolutione illarum, c. tua, el 1. de decimis: & propter hoc dicuntur ſpirituales, vt tradit Cardinalis, conſi. 92. nu. 15. per tex. in c. ad hæc, eod. titu. ibi, *Sanctuarium Dei*, vbi notat Abb. & gloſ. in c. fi. 16. q. 1. Albe in l. monumenta. C. de leg. & Rebuffus, in tract. de decimis, q. 13. nu. 39. & quæſt. 1. nu. 9. vbi reſoluit, quod decimæ a Deo ſunt inſtitutæ, & nu. 10. eum ſeq. quod reſolue, vt in d. q. 437. Et latius poſt hæc ſcripta diſputat hanc quæſtionem pro vtraque parte diligentiſſimus Ioannes Gutierrez, lib. 2. canonicarum, c. 21. per totum.

QVÆSTIO DXVII.

Vtrum ſubſtitutio pupillaris, facta extraneo, poſſit aliquo modo validari, ſi arrogetur per teſtamentum. Communis contra communem.

SVbſtitutio pupillaris facta extraneo, etſi ab initio ſit nulla, validatur tamen ſi poſtea extraneus ille arrogetur per teſtatorem. Ita Bar. in l. 2. ff. de vulg. vbi Alex. nu. 7. & 10. dicit communem, Socinus, notabili 3. qui etiā dicit communem, Iaſ. nu. 7. Lancelotus, de pupillari ſubſtit. nu. 31. vbi etiam dicit communē, & Acoſta, in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, pag. 171. de lib. & poſthu. Corraſius, in l. quamuis, nu. 2. C. de impub. Viglius, in §. fin. de pup. Ripa, in d. l. 2. nu. 25. vbi Bal. Ang. & Imola, & ita tenet communis opinio ſecundum Couar. in c. Raynutius. §. 5. num. 2. col. 2. de teſtam. qui tamen col. 3. ibidem, teſtatur fere omnes iuniores ab iſta veterum ſententia, diſceſſiſſe, & vltra eum, contrariam ſententiam tenet Paulus, in d. l. 2. vbi Iaſ. nu. 17. Angelus in princ. de pupillari, & Acoſta, ſupra, qui à cōmuni receſſit, & Zaſius, de pupillari ſubſti. in tertio requiſito. Et eſt communis opinio, ſecundum Forcatulum, in Necyomantia iuris, dialogo. 18. & hæc vltima opinio eſt communis modernorum, ſecundum Couar. ſupra, & Menchacam, de ſucceſſionum creatione, lib. 3. §. 21. num. 265. per tex. in §. extraneo, Inſt. de pupillari. Quæ opinio verior, & receptior eſt, & ab ea non eſt recedendum in legendo & conſulendo.

QVÆSTIO DXVIII.

Vtrum pœna poſita in principali diſpoſitione, cenſeatur repetita in augmento. Communis contra communem.

POena impoſita in principali diſpoſitione, nō cenſetur repetita in augmento. Ita tenet glo. verb. ſanctioni. in clem. 2. de vita, & honeſt. cler. quam multū notat Corſetus ſingulari 23. verb. additio, & eam ſequuntur Doctores, ſecundum Decium, in c. 2. requiſitis, nu. 3. de appellationibus, vbi expreſſe innuit eſſe communem opinionem.

Sed contrariam ſententiam tenet glo. verb. in eadem, in c. de multa, de præben. cuius opinio eſt communis, ſecundum Abb. ibi, nu. 18. & tenent allegati per Albertum Brunum, in tract. de augmento, concl. 5. princ. nu. 3. vbi ipſe hanc ſequitur ſententiam, quā etiam tenet Fel. in c. 4. nu. 5. col. 2. de iureiur. & hanc dicit communem Euerardus loco 35. pag. 289. verſ.

primum

primum eſt, & dixit etiam communem Corſetus in repertorio ad Abb. verb. ſtatutum. Quam tamen opinionē intellige procedere in caſibus æquiparatis per Corſetum, & Decium, vbi ſupra, per gloſſam in §. itē lapilli, Inſtit. de rer. diuiſ. Quæ opinio verior eſt, & ab ea non eſt recedendum in iudicando & conſulendo.

QVAESTIO DXIX.

SI factum ſit promiſſum in inſtrumēto, & nō plus, & promiſſor ſit in mora, vigore illius inſtrumenti poterit executio peti ad intereſſe. Ita Romanus, in l. certi condictio, in princ. ff. ſi cert. pet. cuius opinionē fatetur ibi communem Purpuratus, nu. 45.

Sed contrariam ſententiam eſſe communem (contra Romanum) teſtatur ibi Iaſ. nu. 21. & vide Guttierez, de iuram. confir. 1. p. c. 44. vbi explicat materiam huius quæſtionis de iure communi, & regio, & Matienzo & Azeuedo, in l. 2. tit. 16. lib. 5. recop.

QVÆSTIO DXX.

Vtrum ſententia contra vnum ex agnatis ſuper feudo, noceat aliis, ad quos feudum pertinebat. Communis contra communem.

SEntentia lata ſuper feudo antiquo, contra vnum ex agnatis, non nocet alijs agnatis, ad quos illo deficiente feudum veniebat, ſi non fuerint citati, vel ſi neſcierunt cauſam agitari, ſecundum Iſerniam, in c. ſi vaſallus, ſi de feudo defuncti fuerit contentio inter dominum & agnatum, cum alijs quę allegat Felin. in c. humilis, de maiorit. & obed. & eſt communis opinio ſecundum Decium, conſ. 445. num. 29.

Sed contrariam ſententiam tenet Alex. in l. filiuſfamilias. §. diui, col. 3. ff. de legat. 1. Et quamuis dicit communem opinionem contra Iſerniam, fallitur tamen, quoniam cum eo eſt communis opinio ſecundum Decium, in d. num. 29. & quoniam in q. 636. latiſſime proſequitur iſtam quęſtionem, amplius non eſt immorandum, ſed recurrendum ad eam.

QVAESTIO DXXI.

Vtrum ſententia abſolutoria, lata pro reo, auferat ab actore verum dominium. Communis contra communem.

SEntentia abſolutoria, lata pro reo, aufert ab actore verum dominium. Hæc eſt communis opinio antiquorum ſecundum Albericum, in l. ex hoc iure, nu. 25. ff. de iuſtitia & iure, qui reſoluit eſſe communem opinionem modernorum in contrarium, & illam fatetur veriorem. Et vide Matthæum de Afflictis, deciſione 60. nu. 3. & dec. 391. nu. 2. vbi reſoluit, quod ſententia abſolutoria lata in ſorte, non nocet in vſuris. l. fi. §. Lucius. ff. de condictione indebiti, Rolandus, conſ. 56. num. 6. volum. 2.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia arbitraria præſumitur lata virtute compromiſſi, licet de eo non conſtet.*

2 *Autor fuit originarius oppidi de Scalona.*

QVÆSTIO DXXII.

Vtrum ſolemnitas extrinſeca præſumatur. Communis contra communem.

DVbitari ſolet, an ſolemnitas extrinſeca præſumatur. Et ſpecifice agendo de iuramento, an præſumatur præſtitum, ponit duas communes opiniones Iaſ. in l. ſciendum, nu. 33. de verb. oblig. & late de materia huius quæſtionis agit Anton. Gabriel, lib. 1. communium, tit. de præſump. concl. 1. qui poſuit 23. declarationes, & 21. limitationes, & Menchaca lib. 2. controuerſiarum illuſtrium. c. 66. per totum, & Gracian. reg. 144. Auendannus, in cc. pp. 1. p. c. 4. nu. 22.
1 qui dicit optimum verbum, quod præſumitur pro ſententia arbitraria, licet non conſtet de compromiſſo: quod quidem pendet de facto inter villam de Sca
2 lona (vbi natus fui) & oppidum de Cadahalſo circa ſententiam arbitrariam, quæ vocatur, *de el frayle.*

S V M M A R I V M.

1 *Beneficia eccleſiaſtica clericis, & non alijs ſunt conferenda.*

2 *Contraria opinio communis in quæſtione principali refertur.*

3 *c. 6. ſeſſ. 23. Concilij Tridentini declaratur.*

4 *Beneficia eccleſiaſtica nemo poteſt obtinere, niſi fuerit prima tonſura initiatus, & habeat 14. annos.*

5 *Annus cęptus habetur pro completo.*

QVÆSTIO DXXIII.

Vtrum beneficia eccleſiaſtica poſſint conferri clerico, animi deſtinatione tonſuram, habitumque clericalem gerenti. Communis contra communem.

1 BEneficia eccleſiaſtica non niſi clericis ſunt conferenda, tex. in c. cum adeo, de reſcrip. c. ea literis, de tranſact. c. 2. de inſtit. Dubium tamen eſt, conferrine poſſint clerico animi deſtinatione tonſuram, habitumq; clericalem gerenti. Et videtur quod ſic, quoniam is clericus cenſetur, adeo vt gaudeat priuilegio. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. ſecundum Archidiaconū ibi nu. 8. quem ſequitur Fel. in c. cum adeo, nu. 2. de reſcript. & Selua, de beneficijs, 3. p. q. 6. nu. 4. vol. 15. Palatius Rubeus, in repet. d. c. §. 38. nu. 7. vbi alia ſimilia adducunt, & alia adducit Iaſ. in l. diuortio. nu. 15. & 16. ff. ſoluto matrim. & latius Tiraquellus poſt ll. connubiales, gl. 2. num. 2. cum 42. ſequentib. Atque ita in expreſſo, quod huic beneficium aſſignari poſſit, tenet gl. in c. 2. de conſtitut. cuius ſententiam ſequuti ſunt domini de Rota, in deciſ. antiqua. 311. nu. 3. & 13. ſub tit. de probat. Et hanc ſententiam gloſſæ ſequuntur fere omnes, ſecundum Hoſtien. in d. c. 2. col. 1. verſ. nam ius, & ſecundum Henricum, ibi col. 2. in princ. & ſecundum Archidiaconum, qui idem teſtatur, in c. nulli. 12. q. 1. num. 4. quare dubium non eſt, quin iſta fuerit communis opinio apud antiquos iurium interpretes.

Sed nihilominus contraria opinio eſt iam receptiſſima, & illam contra gloſſam, aſſerit communem Fel. in d. c. cū adeo, nu. 4. in prin. & Selua, de benef. q. 22. nu. 12.

nu. 12. Staphyleus, de literis gratię & iuſtitię. in 9. forma expectatiuarum, nu. 34. & dixit communem Cortaſius, in paraphraſi. Sacerd. 3. p. c. 1. nu. 1. fatetur etiã communem Boetius, deciſ. 171. nu. 6. quam ſententiam tenet Gomecius, de expectatiuis. nu. 89. & Pariſius, cõſ. 125. vol. 4. nu. 12. & 13. vbi dixit primam opinionem eſſe communem antiquorum, & hanc ſecundam communem modernorum, qui optime loquitur de materia.
3 Hodie autem ex ſacro Concilio Trid.
4 c. 6. ſeſ. 23. non ſolum requiritur, ꝙ clericus ſit prima tonſura initiatus, ſed quod habeat 14. annos. Idemque probatur in l. 3. tit. 16. p. 1. vbi Greg. verb. *catorze annos*. Aliter minime poterit obtinere beneficium eccleſiaſticum, neque capellaniam collatiuam, vt reſoluit Flaminius lib. 4. de reſignatio. beneficiorum, c. 1. nu. 7. & q. 11. n. 13. vbi plures refert pro hac ſententia, quę nullum habet contradictorem. Illa tamen
5 ætas 14. annorũ, licet non ſit completa, ſufficiet, quod annus ſit cæptus, vt habeatur pro completo. l. qua ætate. ff. qui teſtamẽta facere poſſunt. l. ad rem publicam. ff. de muneribus, & honoribus. & arg. tex. in c. 15. ſeſ. 25. de reg. Concilij Tridentini, vbi annus requiritur completus ad profitendum, & ſic vbi illud non cauetur, contrarium cenſetur diſpoſitum. l. cum prætor. ff. de iudicijs, l. qui accuſare, ff. de accuſ. Et explicat Gutierrez, canonicarum quæſtionum. c. 26. nu. 33. & ita communiter practicatur in conſilio illuſtriſſimi domini Archiepiſcopi Toletani, per integerrimos & grauiſſimos illius iudices.

SVMMARIVM.

1 *Ordinis diffinitio traditur.*
2 *Contraria opinio canoniſtarum proponitur.*
3 *c. 2. ſeſſ. 23. Concilij Tridentini, inducitur pro hac opinione.*
4 *Lex 1. tit. 6. p. 1. declaratur.*
5 *Concordia opinionum traditur.*
6 *Appellatione clerici venit clericus in minoribus, conſtitutus.*

QVAESTIO DXXIV.

Vtrum prima tonſura ſit ordo. Communis contra communem, & quid ex Concilio Tridentino.

PRima tonſura an ſit ordo, ſatis controuerſum eſt inter Theologos, & Canoniſtas, & pro clariori declaratione animaduertendum eſt, quod ordo, ex pro-
1 pria ipſius vi, & ſignificatione, eſt diſpoſitio ſuperiorum, & inferiorum rerum, quæ inter ſe ita aptæ ſunt, vt vna ad alteram referatur, & ſic cum in hoc ordinis miniſterio multi ſint gradus & variæ functiones, omniaque certa ratione diſtributa ſint, & collocata, recte & commode ordinis nomen impoſitum videtur. Ex qua diffinitione tradita per Marcum Antoniũ Cucc. lib. 5. inſt. maio. tit. 8. de ſacramento ordinis, reſoluit noſtram quæſtionem ex voto theologorum, qui non eſſe ordinem contendunt ex pluribus rationibus. Ita Palud. in 4. diſt. 24. art. 1. nu. 6. Soto, de iuſtit. & iure, lib. 9. q. 5. ar. 2. & ſumma Hoſtien. lib. 6. a. p. tit. 2. art. 2. & ſumma confeſſorũ, lib. 3. tit. 22. q. 3. & 4. vbi hãc eſſe commuem opinionem theologorum profitentur, & idem aſſerit Syluest. in ſumma verb. ordo. el 1. n. 2. vbi theologis ſtandum eſſe in hoc articulo exiſtimat, & hanc eſſe communem opinionem apud theologos affirmat Nauar. in manuali. cap. 22. nu. 17.
2 Sed contrariam opinionem (imo quod ſit ordo) tenent canoniſtæ, & in primis hoc tenet gl. in c. cleros. 21. diſt. & gl. in ſumma. 32. diſt. & in c. 1. 77. diſt. & in c. 1. in fine, de temp. ordinan. lib. 6. & in c. clericis, el 2. de vita & honeſt. cler. & alibi ſępe, & hanc eſſe communem opinionẽ dicit Albertus Trotius, de vero & perfecto clerico li. 1. c. 2. nu. 1. & 2. vol. 2. & hãc eſſe communem apud canoniſtas teſtatur Syluest. & Nauar. vbi ſupra, & hoc teſtatur Couarr. (neminem ex his allegando) in c. quia nos, num. 4. de teſtam. & in lib. 1. var. c. 10. num. 10. & dicit etiam communem Gironda, de gabellis. 7. par. in princ. nu. 5. & declarat Lapus allegatio. 138. nu. 11. & ſequitur Flaminius, lib. 4. de reſignatione beneficiorum q. 2. n. 56. & lib. 5. quæſt. fi. nu. 179. vbi alios refert, pro qua opinione
3 facit tex. in c. 2. ſeſſ. 23. Concilij Tridẽtini, ibi, *ſequentium ordinum*, quem ad hoc ponderat Gironda, & pro hac parte eſt text. in c. cum contingat, de ætate & qualitate, quem ad hoc commendat Xuarez, in tract. maioratus, nu. 34. & pro hac ſententia facit tex. in l.
4 1. in fi. in proœmio, tit. 6. p. 1. vbi Greg. verb. corona,
5 dicit communem. Poteſt tamen concordia aſſignari, vt prima opinio procedat proprie, vt non ſit ordo: ſecunda vero improprie, ideſt ordinis diſpoſitio. Ita intelligit Caſtro, de bonis quæ liberis. 4. par. nu. 166.
6 Et quod appellatione clericorum, veniat clericus in minoribus conſtitutus, probat tex. in c. 1. vbi gloſſ. de præb. c. 1. vbi gl. de clericis coniugatis, lib. 6. Rolãdus à Valle, conſ. 4. nu. 16. vol. 1. Didac. Pet. in l. 1. titu. 3. gl. 1. lib. 1. ord. ex l. 1. tit. 6 p. 1. Palatius Rubeus, in c. per veſtras, §. 42. nu. 8. & plures refert Velazquez de Auendãno, in l. 9. Tauri. gl. 10. num. 12. & Caſtro, ſupra, quod eſt notabile ad cauſas capellaniarum, in quibus clerici generice vocantur, quod eſt intelligendũ de clericis primæ tonſuræ.

SVMMARIVM.

1 *Notarius ſemper præſumitur à teſtatore rogatus, vt ponat in ſcriptura clauſulas conſuetas.*
2 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
3 *Clauſulæ cenſentur approbatæ à teſtatore, ſi à tabellione legatur teſtamentum.*
4 *Actus eſt interpretãdus vt magis valeat quàm pereat.*

QVÆSTIO DXXV.

Vtrum clauſula codicillaris cenſeatur appoſita de conſuetudine notariorum, vel de uoluntate teſtatoris. Communis contra communem.

DVbitari ſolet apud ſcribentes, an clauſula codicillaris, quæ in omnibus teſtamentis ſolet apponi, cenſeatur appoſita magis de ſtylo, & conſuetudine tabellionum, quam ex teſtatoris voluntate. Et quod ex voluntate teſtatoris cenſeatur appoſita, tenet Imola, in l. filio præterito, de iniuſto rupto, Decius, in l. ſemper in ſtipulationibus, de regul. iuris. Alexand. conſ. 53. vol. 7. & conſ. 1. vol. 5. Barbacia, conſ. 6. vol. 3. & conſ.

conſ.53.eod.vol. Decius, in c.cum M.de conſtitutio
nibus, Corneus, conſ.60.vol.3. & in conſil.225.eod.
vol.& in conſ.195. vol.1.col.fi. Et iſtam opinionem
dicit communem Gratus, conſ. 812. col.pen. vol.2.
Ruyn.conſ.15.vol.2.Curtius ſen. cõſ.50.Pariſ.conſ.
73.colum.fi.vol.1.Thomas Grammaticus,conſ.ciui-
1 li 828.colum.2.Et ratio eſt, quia notarius ſemper pr̨
ſumitur à teſtatore rogatus, vt ponat in inſtrumento
omnes clauſulas conſuetas apponi.l.fi.vbi gloſſ.C.de
fideiuſſoribus, & ibi notat Bald.tex.in l.ſi prius.§.re-
cte placuit,& ibi Bart.ff.de aqua pluuia arcenda,& in
l.de die. ff. qui ſatisdare cogantur.l. quod ſi nolit. §.
qui aſſidua.ff. de ædilitio edicto, Matthæus de Affli-
ctis, deciſione.159.& plures refert Iacobus Philippus
Porcius, lib.4.communium.concluſione.19.
2 Sed contrariam opinionem in quæſtione principa
li,& quod talis clauſula cenſeatur appoſita de con-
ſuetudine notariorum,& non ex voluntate teſtatoris,
tenuit Bart.in l.1.ff. de iure codicillorum. Barbacia,
conſ.43.& 48.& 58.vol.1.Alex.conſ.48.vol.4.Calca
neus, conſ.27. Curtius iunior, conſ.101.col.fi.qui di
cit opinionem Bar.communiter approbari, Socinus,
conſ.93.vol.4.Aretinus,conſ.vltimo.Bertrand.conſ.
10.vol.1. Pariſius,conſ.19. vol.3.Ruynus conſ.98.
3 vol.1.Prima tamen opinio eſt magis vera, dum tamẽ
probetur, quod teſtamentum fuit lectum coram teſta
tore: quia tunc tacite videtur approbare, & præſumi-
4 tur velle, quod actus magis valeat, quam pereat, vt in
d. l. 1. ff. de iure codicillorum. Ita Aretinus, conſ.fi.
Corneus, conſilio 150.& conſil.35.vol.3. Alexand.
conſilio 142.vol.3.& ita declarat Iacobus Philip. ſu
pra, cõcluſ.18. vbi refert has duas communes opinio
nes contrarias.

SVMMARIVM.

1 *Per actum naturalem alteri per alterum acquiritur.*
2 *De iure regio alteri per alterum acquiritur.*
3 *In foro animæ alteri per alterum acquiritur.*
4 *Tabellio poteſt alteri acquirere & ſtipulari.*
5 *Gloſ.in c.cordis oculos.1.q.7.approbatur.*
6 *Prima opinio defenditur, & pro ea fuit iudicatum.*

QVÆSTIO DXXVI.

Vtrum alteri per alterum iure canonico acquiratur. Communis contra communem, & quid iure regio.

VVlgata iuris ciuilis regula eſt, alteri per alterum
non poſſe acquiri.l.ſtipulatio iſta.§.alteri, de ver
borum,& in §.alteri,Inſtit.de inutilibus ſtipulationi
bus. Quod tamen limitandum eſt in actu naturali, nã
per actum naturalem, qualis eſt numerare, optime al-
1 teri acquiritur per alterum, ſecundum Paulũ, nu.fin.
Iaſ.nu.4. Alciatum.3.in l.certi condictio. §. ſi num-
2 mos. ff.ſi certum petatur. Secundo limita, prædictã
concluſionem non procedere de iure regio, vt in l.3.
tit.8. lib.3.ordinam.quæ eſt l.2.tit.16.lib.5. recopil.
& vtrobique doctores, & alios plurimos refert & ſe-
quitur Matienço ibi gloſſ.4.& nos diximus in quæ-
3 ſtione 54.nume.8. Tertio limita in foro animæ ſe-
cundum Alciatum, poſt Felinum, quem citat, lib.de
4 quinque pedum præſcriptione, nu.38. Quarto limi-
ta in tabellione, quoniam is optime acquirere poteſt,
vt late diximus in quæſtione 54.& 55. Limita etiam
& alijs 36. modis, vt tradit Iacobus Philippus Por-
cius, lib.3.communium, cõcluſione 46.limita. Quin
5 to, de iure canonico, in quo alteri per alterum bene
acquiritur, ſecundum gloſſam ſingularem, in c.quo-
ties cordis oculos. 1. q. 7. cuius gloſſæ ſententiã tenet
Fortunius, in c.1.nu.12.de pact. & nu.16. idẽ in l.1.
nu.24.ff.eod.aſſerens omnes, quos ipſe viderit cõtra-
rium tenere, & gloſſæ ſententiam tenet Paulus Pari-
ſius, conſ.82. num.1. vol.1. & eſſe communem, teſta
tur Ang.in d.§.alteri, nu.2.& hanc dicit communem
Imola, in d.l.ſtipulatio.§. alteri, prout eum refert Cac
cialupus, in tract. de pact.q.11.nu. 3. vol. 3. tract. &
alios refert pro hac opinione Matienço, in l.2. tit.1.
16.gloſ.1.nu.5.lib.5.recop. quam dicit receptiorem
& communiorem,& Menchaca, qui refert duas com
munes, de ſucceſſionum creatione, §.3.num. 59. &
Gutierrez in l.nemo põt, num.155.ff.de leg 1. & in l.
vnica, num.34.C.quando non petentium partes, vbi
dicit, quod opinio gloſſæ in d. c.cordis oculos, 1.q.7.
eſt vera & tenenda, quam etiam ſequitur Oroſcius,
in l.tale pactum, num.16.ff.de pactis, & Azeued.in
d.l.2.num.30.tit.16.lib.5.recopilat.
Sed contrariam opinionem (imo quod nec de iure
canonico acquiratur alteri per alterum) tenet Felinus
in prooemio, Greg. num.22. & eam teſtatur magis cõ
munem Couar.in c.quamuis pactum.2.part.§.4.col.
5.num.4.verſ.hanc opinionem, de pactis, lib 6.Ro-
manus, in auth.ſimiliter, C.ad leg.Falcidiam, pro qua
opinione inducit Couar.ſupra, tex.in c.quanquam,
6 de vſuris, lib.6. Sed à prima opinione recedendum
non eſt in iudicando & conſulendo,& pro ea fuit iu-
dicatum in conſilio domini sereniſſimi principis Ar
chiepiſcopi Toletani, per ſuos integerrimos & gra-
uiſſimos conſiliarios, abſque aliqua contradictione.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium ad cuius titulum aliquis ordinatur, æqui-paratur beneficio eccleſiaſtico.*
2 *Contraria communis opinio in quæſtione principali refertur.*
3 *Patrimonium, ad cuius titulum aliquis ordinatur, ſubrogatur loco beneficij.*
4 *Patrimonium, ad cuius titulum aliquis ordinatur, gaudet priuilegio bonorum eccleſiæ.*
5 *Subſidium ſoluitur ex patrimonio, ad cuius titulum aliquis ordinatur.*
6 *Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.*
7 *c.2.ſeſſ.21.Concilij Tridentini, declaratur.*
8 *Bona ad cuius titulum aliquis ordinatur, vendi non poſſunt ſine epiſcopi licentia, niſi habeat congruam ſuſtentationem.*
9 *Suſpenſus eſt, qui celebrat vendendo bona, ad cuius titulum fuit ordinatus, propria authoritate, ſecundum Medinam, ſed contrarium verius eſt.*
10 *Verbum, nullatenus, inducit actus nullitatem.*
11 *Pœna non incurritur ex actu nullo.*
12 *Non præſtat impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum.*
13 *Suſpenſionis pœna ſolum imponitur cõtra clericum, qui doloſe, & cum fraude ordinem ſuſcepit.*

14 Su-

14 *Suſpenſus eſt, qui doloſe ſine examine, ſiue extra tempo-
ra, ordinem ſuſcepit.*

QVÆSTIO DXXVII.

*Vtrum ordinatus ad titulum patrimonij, poſſit illud ven-
dere ſine licentia epiſcopi. Communis contra
communem.*

PAtrimonium, ad quod eſt quis intitulatus, & ordi
natus, poteſt vendi per ordinatum, & reſignari in
conſulto epiſcopo, Ita tenet glo. ſi. in c. tuis, de præbē
dis, quam ibi probat Abb. & eſt de mete Innocentij,
in c. epiſcopus, eod. tit. & illam ſequitur Fel. in c. ec-
cleſia ſanctæ Mariæ, nu. 10. de conſtit. & ibi Dec. nū.
1 8. dicens in fauorabilibus tale patrimonium æquipa
rari beneficio eccleſiaſtico, ſecus in odioſis: & hęc opi
nio communiter tenetur, ſecundum Seluam de bene
fic. 1. par. q. 3. nu. 30. vol. 15. tractatuum, & hanc par-
tem tenet Gomecius in §. ſacrai, nu. 6. Inſt. de action.
Couar. in c. Raynaldus, §. 2. nu. 7. de teſt. & lib. 1. var.
c. 4. nu 4. Gracian. reg. 195. nu. 7. Menchaca, de ſuc-
ceſſionum creatione, §. 22. nu. 43. & 44. & nouiſſime
Azeued. in l. 1. tit. 4. num. 9. lib. 1. recop. pro qua ſen-
tentia ponderanda ſunt verba Concilij Tridentini, c.
2. ſeſſ. 21. ibi, deinceps, quaſi dicat, quod antiquitus
valebat alienatio, & deinceps non valet.

2 Sed contrariam ſententiam (imo quod non poſſit
alienari, nec reſignari tale patrimonium, inconſulto
epiſcopo) tenent aliqui, quos refert glo. in d. c. tuis, &
tenet Hoſt. & Ioannes Andreas, Cardinalis, & Imo-
la ibi, & nu. 11. fatetur hanc eſſe communem opinio
3 nem, quoniam illud patrimoniū ſubrogatur loco be-
neficij, & ſic debet ſapere eius naturam, l. ſi tam an-
guſti, ff. de ſeruitutibus, l. parabolani, C. de epiſcopis
& cler. Paulus conſ. 73. & 265. lib. 1. Tirsq. de retrac.
§. 1. gloſ. 10. nu. 80. & ne in opprobrium clericatus co
gantur mendicare, ita tenet Auendannus reſponſo.
17. & Matienço in l. 1. tit. 25. gl. 1. nu. 4. lib. 5. recop.
& Spino in ſpeculo teſtamentorum, gloſ. 18. in prin.
nume. 74. & 75. & Menchaca lib. 3. de ſucceſſ. creat.
§. 22. nu. 43. qui refert duas communes contrarias. Et
4 ſic tale patrimonium gaudet priuilegio bonorum ec
cleſiæ, vt reſoluit Lara, in l. ſi quis a liberis, in verſ. ſo-
leni, nu. 36. vbi plures refert doctores, & ex eo ſolui-
5 tur charitatiuum ſubſidium epiſcopo, quod etiā pro-
bat Bartholomæus de Belencinis, in tract. de charita-
tiuo ſubſidio, quæſt. 31. Quibus rationibus ſatisfacit
Remigius de Gonni, in tract. etiā de charitatiuo ſub-
ſidio, q. 52. vbi tenet contrarium. Poteſt tamen aſſi-
gnari concordantia inter has duas cōmunes opinio-
nes, videlicet, quod alienatio non debeat fieri, vt in
hac ſecunda opinione, facta tamē teneat, vt in prima:
quod ſecus ſit in alijs bonis eccleſiæ, & ratio eſt, quia
6 multa fieri prohibentur, quę tamen facta tenent, vt in
l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui vel alieni, vbi plu
7 ra congeſſit Iaſ. Hodie vero, ex noua lege ſacri Conci
lij Tridentini, hæc vltima opinio cenſetur comproba
ta, quia ordinati ad titulum patrimonij, non poſſunt
bona ſe alienare, ſeu renunciare ſine licentia epiſco-
pi, vt in c. 2. ſeſſ. 21. Concilij Tridentini, & ita quoti-
die fit, & practicatur, quam opinionem ſequitur Na-
uar. in manuali, c. 22. nu. 18. & in cōſ. 14. nu. 2. tit. de
temporibus ordina. & Flaminius, lib. 2. de reſigna. be
nefic. q. 6. nu. 1. & 35. vbi etiam de iure cōmuni hanc
dicit veriorem opinionem, ex c. ſanctorum, diſt. 70.
& quod ita practicatur. quæ tamen opinio temperan
8 da & intelligenda eſt, niſi clericus tempore alienatio
nis habeat congruam ſuſtentationem, quia tunc tem
poris ex diſpoſitione Concilij abſque licentia ordina
rij poterit bona, ad cuius titulum ordinatus fuit, alie-
re: quia in hoc caſu ceſſat ratio finalis Concilij, ibi, *ne
cogantur mendicare*. & ſic debet ceſſare illius diſpoſi-
tio, l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronatus, quam
interpretationem confirmant verba Concilij, ibi, *do-
nec beneficium eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel
aliunde habeant, vnde viuere poſſint*, ita aduertit Flami
nius, ſup. nu. 36. & in lib. 5. q. fin. nu. 174. & ſic cum
conſtituatur regula in ſacro Concilio Tridentino, qđ
bona ad cuius titulum clericus ordinatur, nō poſſint
alienari ſine licentia epiſcopi, & poſtea ſequatur limi
tatio, donec ſufficiens beneficium eccleſiaſticum ſint
adepti, ſequitur, quod in hoc caſu non requiritur prę
dicta licentia, imo ab ipſo Concilio permittitur, cum
exceptio debeat eſſe de regula, ex l. cum prætor, cum
vulgatis. ff. de iudicijs, alias enim, tam regula tradita
in Concilio, quam eius exceptio, idem diſponeret, ꝙ
eſſet abſurdum, quam interpretationem videtur ſen-
tire Flamin. ſup. nu. 6. & 9. & Azeuedo, ſup. nu. 6. li-
cet non ſic declarent, ſi vero alienatio fiat non retēn-
ta congrua ſuſtentatione, erit nulla ipſō iure, vt etiam
diximus in q. 561. Quod in tantum procedit, quod
9 ſi poſt alienationem ordinatus celebret miſſam, rema
net ſuſpētus, ſi credimus Medinæ in ſua ſumma. §. 8.
de la ſuſpenſion, fol. 49. quæ ſententia rigoroſa eſt, &
non tenenda, cum illud de iure non reperiatur diſpo
ſitum, & pęnæ magis ſint coanguſtandæ, quam exten
dendæ, & ſic contrariam ſententiam tenet Nauar. in
manuali, c. 27. nu. 158. & nouiſſime (poſt hęc ſcripta)
idem tenet doctiſſimus Ioannes Gutierrez, in pp.
quæſtionibus, 2. p. q. 65. n. 10. vbi plures rationes ad-
duxit, & Spino in ſpeculo teſtamentorum, gl. 18. nu.
75. Et vltra omnes confirmatur iſta ſententia ex ver
10 bis dicti Concilij ibi, *nullatenus poſſint*, quod verbū,
nullitatem actus inducit, et non aliam pœnam, vt eſt
gloſſa, verbo nullatenus, in clem. 1. de ſequeſtratione
poſſeſ. et fructuum. gloſ. in clem. 1. verb. nullo modo,
de ætate et qualitate ord. Corſetus, in ſuis ſingularib.
verb. nullatenus. Iaſ. in l. in pecuniarijs, nu. 25. ff. de
ferijs, qui allegat gl. in auth. ſi qua mulier. C. ad Vel-
leian. et plura congeſſit in propoſito Tiraquellus, in
l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num. 95. C. de reuocan.
11 donat. Et ex actu nullo pœna non incurritur, clem.
12 1. gloſſa de conſaug. et affin. Et non præſtat impedi-
mētum, quod de iure non ſortitur effectum, vt in re-
gula, non præſtat, de reg. iuris, lib. 6. quod nouiſſime
tenet Nauar. in ſuis cōſ. conſ. 16. et 42. de temp. ord.
13 pęna vero ſuſpenſionis ſolū ponitur contra clericos,
qui ſine titulo, doloſe, et cum fraude ordinem rece-
perunt, tacito, vel expreſſo pacto de reſtituendo poſt
ordines ſuſceptos. tex. in c. per tuas, 37. de ſimonia. c.
penul. eod. tit. ita Nauar. in manuali. c. 27. num. 158.
Salzedo, in practica ad Bernardum Diaz, c. 28. Cor-
doua. q. 32. Ludouicus Lopez c. 240. in inſtruct. con-
ſcientiæ, Enriquez, de ſacramento ordinis. c. 17. et de
14 excommunicatione. c. 37. qui plures refert. Et de or-

dinato

dinatꝰ ſine diſpenſatione canonica, vel malicioſe, ſine examine vel literis dimiſſorijs, quando ſit ſuſpenſus, vide Gutierrez, in ſuis canonicis quæſtionibus. c. 26. num. 20. & c. 8. ſeſſ. 23. Concilij Trid.

QVÆSTIO DXXVIII.

Vtrum Papa ſine cauſa poſſit aliquem priuare ſuo beneficio. Communis contra communem.

Romanus Pontifex in beneficialibus pleniſſimã habet poteſtatem. tex. in c. 1. de præb. lib. 6. & in c. fi. vt lite pendente, & eſt ibi tex. ſingularis, ſecundum Antonium de Burgos, in rubr. de emptione & venditione, col. penul. ad hoc quod Papa poſſit abſq; aliqua cauſa aliquem priuare ſuo beneficio eccleſiaſtico, quam ſententiam probat glo. in c. per principalem. 9. q. 3. quamuis nihil de cauſa dixerit, probat tamen gloſſ. per exceptionem quam facit, ſecundum Abb. in c. fi. de confirmatione vtili, vel inutili, nu. 10. Socinus, conſ. 13. num. 34. vol. 1. Iaſ. in l. Barbarius, num. 43. de offi. prætoris, Ripa, lib. 2. reſponſorum. c. 19. num. 5. Federicus de Senis, conſ. 200. Paulus, cõſ. 414. num. 4. vol. 1. Alex. conſ. 2. nu. 20. vol. 1. Corneus, conſ. 90. lib. 4. Gigas de penſionibus, quæſt. 10. num. 4. & q. 37. Pariſius, conſ. 5. num. 55. & 111. lib. 4. & hanc opinionem fatetur eſſe communem Ioannes Lupus, in tractatu de beneficijs vacant. in curia Romana. §. j. col. 3. & dixit etiam communem Nauar. in c. ſi quando, de reſcriptis, exceptione 3. ad finem, pag. 64.

Sed contrariam partem (imo quod ſine cauſa hoc non poſſit Papa facere) tenet Abb. in d. c. fin. Cardinalis, conſ. 141. Romanus, conſ. 345. Selua, de benefi. 3. p. q. 60. Natta, conſ. 259. num. 9. Rebuffus, in tract. nominationum, quæſt. 21. princ. num. 55. Soto lib. 3. de iuſt. & iur. quæſt. 6. art. 2. Pinelus in rub. de reſcindenda. 1. part. c. 2. num. 30. Nauar. de reditibus eccleſiarum, quæſt. 1. num. 21. pro qua ſententia eſt tex. in c. non liceat Papæ, 12. quæſt. 2. & hanc ſequitur nouiſſime Salzedo, in additionibus ad Bernardum Diaz. reg. 209. col. 5. Corraſius de ſacerdot. 2. part. c. 1. num. 2. Et hanc dixit communem Felinus ſequens illam, in c. quæ in eccleſiarum, num. 43. de conſtitutionibus, & tradit Antonius Gabriel. lib. 3. communiũ, tit. de iure quæſito non tollendo, concluſ. 1. num. 9. Et quando præſumatur iuſta cauſa vide infra.

SVMMARIVM.

1 *Lex 2. tit. 1. part. 2. expenditur pro hac opinione.*
2 *Cauſa præſumitur in dubio, in diſpoſitione principis.*
3 *Diſpoſitio principis contra ius naturale, vel diuinum, pręſumitur ſine cauſa.*
4 *Auferre bona alicui, eſt contra ius naturale.*
5 *Contraria opinio proponitur in quæſtione principali.*
6 *Princeps diſponendo circa ea, in quibus non habet liberũ arbitrium, non præſumitur cauſa in eo.*
7 *Principis diſpoſitio contra ius diuinum, non eſt valida.*

QVAESTIO DXXIX.

Vtrum in diſpoſitione principis in dubio præſumatur iuſta cauſa, quando diſponit contra ius naturale. Communis contra communem.

Svnt in iure nonnulla, quæ princeps abſque cauſa non poteſt facere. Exemplum vidimus in quęſt. ſupra relata. Item quando princeps vult alienare rem ſuam, quia tunc cauſa requiritur, vt eſt communis opinio ſecundum Felinum, in c. quæ in eccleſiarum, num. 33. de conſtit. & dixit etiam communem Ioannes de Lecier de primog. lib. 3. q. 7. nu. 13. vol. 13. tractatuum, quam opinionem probat l. 2. tit. 1. part. 2.
1 Ex cauſa enim permittuntur plura. l. ſi hominem, ff.
mandati. Sed in hoc contrarium voluit Angelus, imo
quod ſine cauſa poſſit princeps auferre bona. Ita pro
bat text. in l. item ſi verberatum, §. 1. de rei vendicat.
vbi contrarium aſſerentes mentiri affirmat, & cum
ſequuntur plures relati per Duennas regu. 43. fallen
2 tia 5. Nunc autem dubium eſt, an in dubio cauſa præ
ſumatur in principe. Et cauſam præſumi dixit com-
munem canoniſtarum & legiſtarum, Iaſ. in l. ſi teſta-
mentum, num. 2. C. de teſtam. Quam communem in
telligit, quando princeps diſponit in his quæ ſunt de
iure poſitiuo, quod ſequitur Fortunius, in l. Gallus, §.
& quid ſi tantum, nu. 409. ff de lib. & poſthum. & Co
uar. allegans iura, & DD. in 4. Decret. 2. part. c. 6. §. 9.
num. 9. & hanc regulam, cum aliquibus limitationi-
bus, poſuit Bernard. Diaz. reg. 572. & 209. vbi latiſſi
3 me Salzedo. At vero in caſu quo princeps diſponit cõ
tra ius naturale, vel diuinum, maius dubium eſt, an
tunc præſumatur iuſta cauſa. Et partem affirmatiuam
voluit Cynus, in l. reſcripta, quæſt. 3. & 4. C. de preci-
bus Imperatori offerendis, Bart. & DD. in l. fi. C. ſi cõ
tra ius, vel vtilitatem publicam, quorum ſententiam
communem eſſe fatetur Abb. in diſputa. 1. incipien-
4 te, epiſcopus, num. 17. verſ. venio ad tertium. Et ſic,
quamuis auferre rem alicui ſit contra ius naturale, vt
probat apud nos l. 31. & 2. tit. 18. p. 3. ſi tamen prin
ceps auferat, in eo eſt præſumenda iuſta cauſa, & ita
hanc ſententiam (vltra allegatos) dixit communem
additio ad Abb. in c. fi. de confirmatione vtili, vel inu
tili, additio. penult. & dixit etiam communem Alex.
conſ. 2. num. fin. & Fortunius in d. §. & quid ſi tan-
tum, num. 407. Et hanc partem pluribus comprobat
Curtius ſenior conſil. 49. nume. 70. verſ. præmittit in
principe.
5 Sed contrariam opinionem (imo quod in princi-
pe diſponente contra ius naturale vel diuinum, non
ſit præſumenda cauſa) dixit communiorem Alciatus,
reg. 3. præſumtione. 8. nu. 4. eandem etiam fatetur cõ
munem Claudius, in l. vt vim, nu. 3. de iuſtitia & iu-
re, & fatetur etiam cõmunem Ripa, lib. 2. reſponſorũ
c. 19. nu. 19. Ex quo ſuccedit aperte, quod nõ erit pręſumenda cauſa à principe auferente ius ſuum alicui. Quam ſententiam tenet Felinus, in c. quæ in eccleſiarum, de conſtitutionibus, n. 66. vbi Decius, n. 27. (licet ibi dicat Felinus, contrarium eſſe fundatum auctoritatibus doctorum) eius tamen ſententiam tenet optime Fortunius, in d. §. & quid ſi tantum, nu. 408. & Decius, conſ. 357. nu. 6. & conſi. 602. nu. 16. licet breuiſſime agens, dicat hanc credendum eſſe verum ſententiam: alias enim quælibet diſpoſitio à Principe facta cõtra ius diuinũ, vel naturale, eſſet valida, & pro hac vltima opinione facit, quia quando princeps

6 ceps diſponit circa ea, in quibus non habet liberum arbitrium, non præſumitur habere cauſam, vt eſt cõmunis opinio, ſecundum Aymon. Crauetam, de antiquitate temporum, in prin. nu. 32. vbi citat quam plu-
7 rimos. Et quod in principe diſponẽte contra ius diuinum non præſumatur cauſa, tenet (vltra prędictos) Paulus Pariſius, conſ. 68. n. 225. vol. 4. & in hac varietate opinionum mediam inuenit Alciatus; ſupra nu. 8. ſed ab hac vltima opinione recedendum nõ eſt, in iudicando & conſulendo.

QVAESTIO DXXX.

Vtrum actiones datiuæ tranſeant in heredes. Communis contra communem.

DVbium eſſe ſolet, an actiones heredem trãſeant. In quo glo. fi. verſ. vel hæc, in l. cum precario. ff. de precario, diſtinguit dicens, quod natiuæ trãſeunt, datiuæ vero non. Quam gloſſam plures in hoc commendant, (quos nullos hic facimus) & eam innuit cõmunem Fortunius, in l. iuris gentium §. ideo col. 17. verſ. nunc tranſeo, n. 6. ff. de pactis, & expreſſe illam fatetur communem Couar. in reg. poſſeſſor. 3. p. §. 1. num. 3. ad fin.

Sed contrariam partem (imo gloſ. ab hominibus improbari) teſtatur Æmilius Feretus in d. §. & ideo, num. 50. & vide l. 5. C. vt actiones ab heredibus & contra heredes l. 12. titu. 11. par. 5. vbi Gregor. verb. *el dia que yo finare.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus retractus currit contra minores abſentes, & ignorantes.*

2 *Lex 8. tit. 11 lib. 5. recop. eſt correctoria iuris cõmunis.*

3 *Caſus, in quibus contra minores currit præſcriptio, referuntur remiſſiue.*

4 *Reſtitutio competit minori, ſi tempus ad appellandum tranſierit.*

QVAESTIO DXXXI.

Vtrum præſcriptio ſtatutaria currat contra minorem. Communis contra communem, & quid iure regio.

DVbium eſt, an præſcriptio ſtatutaria currat contra minorem. In quo Bart. in l. fin. num. 14. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſaria, diſtinguit hoc modo: quod aut agit ſtatutum de lucro, vt in caſu retractus, & tunc currat per tex. in c. conſtitutus, de in integrum reſtitutione, quod hodie
1 expreſſe cauetur in cauſa retractus, in l. 8. ti. 11. lib. 5. recop. & ibi Matienço, gl 9. Aut agit de dãno, & tunc non currat, vt in d. l. fin. quam Bartoli diſtinctionem ſequitur Abb. in d. c. conſtitutus, nu. 6. quamuis ibi ſubdubitet Antonius, n. 17. & Cardinalis, oppoſitio. 10. & 11. & ſequitur etiam Caſſaneus, in conſuetudinibus Burgundiæ, rubr. 1. §. 8. verb. *enjour*, nu. 28. idẽ in rub. 3. §. 2. verb. *entatque tuoche*, nu. 8.

Sed contrariam opinionem (imo quod indiſtincte currit contra minorem, quamuis concedi debeat illi reſtitutio) contra Bart. dixit cõmunẽ Alex. conſ. 119. vol. 6. nu. 35. quod tamen non eſſe facile admittendũ dixit Decius conſ. 556. num. 7. fallitur tamen in hoc, quia diſtinctio Bart. eſt vere communiter reprobata, quin imo indiſtincte eſt tenendum cum Innocentio, in d. c. conſtitutus, & ibi Hoſtienſis, in fi. qui affirmãt ſtatutariam præſcriptionem minori etiam currere, & ſic Bartoli diſtinctionem damnat Imola, nu. 10. Ananias, nu. 7. in d. c. conſtitutus & contra Bart. eſſe communem opinionem teſtatur Balb. de præſcriptionib. 1. p. ſextæ partis princ. nu. 47. verſ. & pro iſta, & Mauritius, de reſtitutione. c. 93. col. antepen. cum ſequen-
2 tibus, Boer. deciſ. 140. nu. 3. poſt medium. Hodie autem, ex d. l. 8. currit præſcriptio aduerſus minores in cauſa retractus, quod ſecus erat de iure communi, vt ſentit idem Matienço, ibi gl. 1. Greg. in l. penult. titu. fi. p. 6. gl. magna. Tiraquel. de retractu lib. 1. §. 35. gl. 2. nu. 3. & 4. & vide Iaſ. in l. properandũ. §. illo, nu. 3.
3 C. de iudicijs, vbi accumulat caſus, in quibus minoribus currit præſcriptio, vt ſunt tempora inducta a lege, veluti ad appellandum, ad appellationem proſequen-
4 dam. De iure vero regio dabitur minori reſtitutio, vt in l. 1. tit. 25. par. 3. & contra aliquos ita tenet Azeuedo, in l. 1. tit. 18. nu. 31. lib. 4. recop. & Villalobos, litera R. a num. 64.

QVÆSTIO DXXXII.

Vtrum venditor compulſus à Principe, Duce, vel Marchione rem alteri vendere, teneatur de euictione. Communis contra communem.

PRo perfecta declaratione quæſtionis præcedentis dubitari ſolet, an Princeps vel dominus vaſallorũ inuitis vaſallis, ſiue ciuibus, poſſint caſtrum vendere, vel alienare. In qua quæſtione glo. in l. inuitus. ff. de fideicommiſ. libertatibus, tenet quod nõ, & ſequitur Bar. in l. in teſtamento. C. ad l. falcidiam, & DD. in c. 1. de reſtitutione ſpoliatorum, Bar. Paulus. Iaſ. & reliqui DD. in leg. debitorum. C. de pactis. Bald. cõſ. 472. vol. 1. Oldradus conſ. 231. Hoſtienſis, in c. dilecto filio, de maiorit. & obed. & ibi Ioannes Andreæ, Alexan. conſ. 26. vol. 5. & in l. 2. in princ. col. fi. ff. ſoluto matrimonio, Curtius conſ. 174. & in 6. p. in tract. feudorum. vbi hanc dicit communem opinionem, quam ſequitur Socinus, conſ. 39. vol. 3. Hippolytus, in l. 1. de quæſtionibus, Guido Papæ, q. 229 & 485. Ripa, reſpon. 32. vol 2. Paulus Caſtrenſis, conſil. 20. nu. 9. vol. 1. & conſ. 335. nu. 2. vol. 1. Corneus, conſil. 321. vol. 4. Tiraq. de iure primogen. q. 35. nu. 24.

Sed contrariam tenet Decius, in d. l. debitorum, quam limitat, quando alienatio fieret cum ipſa vniuerſitate. Bald. in l. 2. C. de donationibus & in l. 1. C. communia de leg. Romanus, conſ. 36. Alex. conſ. 96. Pariſius, conſ 22. nu. 81. vol. 1. & conſi. 23. nu. 103. Abb. in c. auditis, n. 21. de præſcript. Quæ omnia ſunt limitanda in caſu neceſſitatis, quia tunc poteſt fieri alienatio, ſecundum Bart. in l. is qui. §. fi. ff. de pignoribus, Salicetus, in l. 1. C. de nouationibus, Aluarotus, in c. 1. §. præterea ducatum, col. 2. Aretinus. in l. 2. col. fin. ff. ſoluto matrimonio, Cynus, in l. 1. C. de nouationibus, Aufredus, in deciſione Tholoſana 485. & alias 8. limitationes congeſſit Iacobus Philippus Portius, lib. 5. communium concluſione 21. Quibus

ſic ſuppoſitis dubitatur, an facta venditione mandato principis ſit ſecurus ab euictione. Et emtentem à principe eſſe ſecurum probat text. in l. bene à Zenone. C. de quadriennij præſcriptione, quod (pluribus citatis) declarat Guillermus Benedictus, in c. Raynutius, verb. & vxorem, nu. 943. cum alijs. vbi dicit communem opinionem. Cuius tex. deciſio, an procedat in Ducibus, & Marchionibus, & alijs dominis, non recognoſcentibus ſuperiorem refert duas communes contrarius Bellonus conſ. 59. nume. 8. & 11. reſpectu principis declarat Guillermus, ſupra, aſſignans intellectum ad d. l. bene à Zenone, quẽ bene declarat Felinus, in c. quæ in eccleſiarum, nu. 26. de conſtitutionibus, & Gregorius, in l. 53. tit. 5. p. 5. verb. *el Rey*, & Rodericus Xuarez, allegatione 11. Anton. Gomez, 2. tom. variarũ. c. 2. nu. 41. vbi dicit, quod venditor cõpulſus rem alteri vendere per Principem, non poteſt agere de euictione, quia res cẽſetur euicta per caſum fortuitum, cui ipſe non potuit reſiſtere. l. Lucius, ff. de euictionibus. l. 37. titu. 5. p. 5. vbi Greg. verb. *no ſeria denudo el vendedor.*

QVÆSTIO DXXXIII.

Vtrum mulier permiſſa accuſare teneatur ſe ſubſcribere. Communis contra communem, & quid iure regio.

Dubium eſſe ſolet, an in caſibus in quibus mulier admittitur ad accuſandum, nõ proſequens ſuã, vel ſuorum iniuriam, debeat ſe ſubſcribere, & quod non teneatur, tenent omnes iuris canonici interpretes ſecundum Fabrum, in §. ſed & ſi qua. Inſtit. de ſuſpectis tutoribus.

Sed contrarium tenent communiter legiſtæ ſecundum Angelum in §. conſequens, nu. 3. Inſtit. eod. & an hodie accuſator teneatur ſe ſubſcribere, tradit Iulius Clarus, lib. 5. recep. ſent. §. fi, quæſt. 8. vbi tenet, quod non.

QVAESTIO DXXXIV.

Lex 3. §. diuus. ff. de ſepulcro violato, habet varios intellectus, dum probat quod conſuetudo nõ vincit legem, & Iaſ. in l. de quibus, numero 53. ff. de leg. aſſignat quendam intellectum, quem dixit communem.

Sed contrarium intellectum eſſe communem dixit Gomecius, in cap. 1. num. 233. de conſtitutionibus, lib. 6.

QVÆSTIO DXXXV.

Vtrum mutuans ſcholari, vt intret ad audiendam lectionem, committat vſuram. Communis contra communem.

Mutuans ſcholari, vt intret ſecum ad audiẽdam lectionem, potius vnum quam alterum, committit vſuram. Hęc eſt communis opinio apud canoniſtas, ſecundum Alciatum lib. 9. parergon. cap. 9. & in cap. fi. de vſuris. Quam opinionem ſequitur Oroſcius, in l. 1. nu. 24. de officio præfecti vrbis, vbi optime & magiſtraliter illud declarat.

Sed contrariam opinionem tenet Abb. in d. c. fin. num. 17. de vſuris, & in cap. 1. nu. 2. de depoſito. Tenet etiã Corſetus, verb. Doctor, in ſuis ſingularibus, & late Anania, in c. 2. num. 4. de magiſtris, vbi Felin. nume. 3. hanc fatetur eſſe communem opinionem. Quam intellige ſecundum tradita per doctiſſimum Oroſcium ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Res vendita in publica ſubhaſtatione cenſetur iuſto pretio diſtracta.*
2 *Contra communis opinio confirmatur de iure regio.*
3 *Lex 1. tit. 11. lib. 5. recopilationis declaratur.*
4 *Venditio facta ex cauſa voluntaria, vel ex cauſa iudicati, differunt.*
5 *Subueniri magis debet facienti actum ex neceſſitate, quã ex voluntate.*
6 *Lex 2. procedit tam in venditore, quam in emptore.*
7 *Correlatiuorum eadem debet eſſe ratio, & diſpoſitio.*
8 *In pęnalibus diſpoſitum in venditore habet locum in emptore.*
9 *Deceptio vltra dimidiam, qualiter conſideretur.*
10 *Cyni opinio comprobatur de iure regio.*
11 *Officium iudicis durat per quadriennium.*
12 *Officium iudicis competit ex lege.*
13 *Actio perſonalis competit ad proſequendum legis 2. beneficium.*
14 *Actio ciuilis habet 30. annorum vitam.*
15 *De iure regio quadriennium datur ad petendam læſionem ex d. l. 2.*
16 *Lex fi. tit. fi. p. 7. declaratur.*
17 *Fructus ſunt reſtituendi reſciſſo contractu, ex beneficio dictæ legis 2. ſecundum plures, & alij contra.*
18 *Gregorij Lopez opinio damnatur.*
19 *Reſtitutio, quæ fit ex gratia, non fit cum fructibus, ſecus ſi ex iuſtitia.*
20 *Contraria opinio, quod reſtitutio ſit facienda ſine fructibus, refertur.*
21 *Lex 2. C. de reſcindenda, non habet locum in taxatione rerum dotalium.*
22 *Deceptio in rebus dotalibus, non requiritur tanta ſicut in cæteris rebus.*
23 *Lex 16. tit. 11. p. 4. declaratur.*
24 *Lex ſecunda procedit etiam in contractibus bonæ fidei.*
25 *Iudicium familiæ erciſcundæ eſt bonæ fidei, & in eo procedit d. l. 2.*
26 *Lex 2. procedit etiam in contractu locationis.*
27 *Verbum, venditio, omnem alienationem comprehendit.*
28 *Locatione finita habet locum prædictum remedium.*
29 *Artificibus non competit prædictum remedium.*
30 *Experto & ſagaci non ſubuenitur.*
31 *In omnibus conductionibus procedit dictæ legis beneficium.*
32 *Locatio fructuum qualiter ſit conſideranda, vt habeat locum prædicta lex.*
33 *Locatio, quæ tota pendet à viribus fortunæ non reſcinditur beneficio illius legis.*
34 *In locatione fructus beneficiorum, et tertiarum, non procedit d. l.*
35 *Spes vendi poteſt.*

36 *Lex, ex conducto. §. 1. in verſ. ſi merces, declaratur.*
37 *Caſus de facto circa venditionem notariæ publicæ huius ciuitatis, refertur.*
38 *Venditor hereditatis tenetur hereditatem tradere, alias nulla eſt venditio.*
39 *Venditio rei, quæ non eſt in rerum natura nihil valet.*
40 *Aliud eſt vendere ius hereditarium, aliud corpus hereditarium.*
41 *Hereditas ſine corpore nullum iuris intellectum habet.*
42 *Hereditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuit tempore mortis.*
43 *Lex, ſi iactum retis, & l. ſpem, declarantur.*
44 *De ſubſtantia venditionis tria ſunt neceſſaria.*
45 *Exceptio rei non traditæ, impedit viam executiuam.*
46 *Venditio omnis & conuentio habent tacitum pactum, vt fides ſeruetur.*
47 *Statutorum verba ſunt ſtricte interpretanda.*
48 *Quando ex vno contractu oritur actio, & exceptio, ſicut actio eſt guarentigiata, ita & exceptio.*
49 *Exceptio quæ reſultat ex ipſo contractu, impedit executionem.*
50 *Conductor gabellarum regiarum, non vtitur beneficio illius legis.*
51 *Læſio vltra dimidiam, non habet locum in permutatione beneficiorum.*
52 *Aeſtimatio non cadit in ſpiritualibus.*

QVAESTIO DXXXVI.

Vtrum beneficium legis ſecundæ, C. de reſcindenda venditione, habeat locum in rebus venditis in publica ſubhaſtatione. Communis contra communem, & quid iure reg.o.

DVbitatur circa intellectum d. l. 2. an habeat locũ
in rebus venditis in publica ſubhaſtatione. Et in
illis rebus non habere locum, tenet Ange. in l. pretia
rerum, nu. 3. ff. ad leg. Falcid. idem Ang. in repetitio.
l. ſciendum, num. 12. in fi. ff. de verborum. idem in l. j.
nu. 2. C. de præſcriptione 30. vel 40. annorum, nu. 30.
inducens pro hac ſententia text. elegantem, in l. 1. C.
de præd. decurionum, lib. 10. in verſ. ita enim fiet, vbi
etiam hæc opinio videtur placuiſſe Barto. num. 4. Et
1 pro hac parte facit, quia res vendita in publica ſubhaſtatione, redditur plus offerenti, & ſic videtur iuſto pretio diſtracta, vt in l. mortis cauſa capimus, verſic. fin. ff. de donatio. cauſ. mort. quam Angeli ſententiam comprobat l. ſtyli. 220. vbi agens ſine diſtinctione, hanc exceptionem deceptionis vltra dimidiam minime admittit, cui etiam opinioni videtur conſentire l. 19. tit. 4. lib. 6. ord. in fine. Et tandem hanc dicit cõmunem opinionem Decius, conſ. 210. & intellige Decium ibi ſecundum doctores, quos citat, qui loquuntur in publica ſubhaſtatione, quamuis ipſe loquatur in permutatione.

2 Sed contrariam opinionem (imo quod illa l. 2. habet locum in rebus venditis in publica ſubhaſtatione) tenet Bart. in d. l. 1. C. de præſcriptio. 30. vel 40 annorum, in quantum ibi dicit, quod non ex hoc, quod res fuerit vendita in publica ſubhaſtatione præſumitur vendita iuſto pretio, & hanc tenet Paulus, nu. 3. Imola, nu. 3. Alex. num. 9. in d. l. pretia rerum, tenent
etiam Romanus col. 6. Alex. nu. 16. in l. ſi quis cũ aliter, de verbo. & ſequitur etiã Alex. in l. pacta nouiſſima, col. 1. C. de pact. vbi Iaſ. nu. 9. hanc teſtatur eſſe cõem opin. contra Ang. quã opin. ſequitur Anto. Gomez. 2. tom. variarum, c. 2. num. 23. vbi (pluribus citatis) reſoluit cõmunem, & Padilla, in d. l. 2. nu. 3. vbi refert duas communes, & Pinelus, ibi, 2. p. ca. 2. nu. 25. dicit etiam cõem Antonius de Burgos, in c. cum cauſam, num. 27. de emptio. & venditio. Pro qua opinione eſt text. in l. 4. tit. 7. lib. 5. ord. vbi late Didacus Perez, quem tex. ad hoc citat Gomez Arias, in l. 66. Tau
3 ri, num. 5. in fi. & Antonius Gomez, & Padilla, ſup. & eſt text. expreſſus in l. 1. tit. 11. lib. 5. recop. vbi notat Matienço, glo. 19. nu. 1. & Padilla, in d. l. 2. num. 31. vbi hoc declarat. Et nos diximus in q. 172. Quæ om
4 nia videntur intelligenda, quoties venditio fuit facta ex cauſa voluntaria, vt ſi res minorum iudicia auctoritate diſtrahantur: nam tunc deceptis vltra dimidiam erit ſubueniendum, quod non erit ſic, quando ex cauſa iudicati bona alicuius diſtrahuntur, ſi plus offerenti, facta licitatione, addicta ſint: quia tunc non eſt cur reſcindatur ille contractus, prætextu læſionis vltra dimidiam. Quo etiã caſu fortaſſis voluit agere. d. l. 19. tit. 4. l. b. 6. ord. cui etiam conſonat l. ſtyli 220. nã hoc caſu, contumacia debitoris non ſoluentis debitum, facit vt excludatur a beneficio illius legis. Et vide l. 6.
5 tit. 11. lib. 5. recop. Nec obſtat ſi dicatur, magis ſubueniri debere ex iure ei, qui vendit ex neceſſitate, quam ei qui vendit ex voluntate, argum. text. in l. cum quædam mulier, C. de adminiſtr. tutor. iuxta l. fi. in fi. ff. de inoffic. teſt. nam illæ leges procedunt, quando culpa non præſtitit neceſſitatem, l. ſi fideiuſſor, §. neceſſaria, ff. qui ſatiſd. cogantur.

Sed contrariam ſententiam (non obſtante l. 1. & 6. tit. 11. lib. 5. recopil. & l. 20. tit. 7. lib. 9.) tenet Parladorius, lib. 2. rerum quotidianarum, c. fi. 5. par. §. 16. nu. 11. contra Padillam, ſup. & Gregorium Lopez, in l. 56. tit. 5. p. 5. verb. *menos*, cuius opinio verior videtur.
6 Rurſus pro intellectu d. l. 2. adde quod tam habet locum in emptore, quam in venditore. Ita tenet glo. magna, ibi, verſic. item habet locum lex iſta econtra, cuius opinionem ſequitur ibi Barto. num. 3. Albericus, num. 4. Bald. q. 16. nu. 20. Salicetus col. 12. verſ. reuertor ad gloſſam, Paulus, nu. 17. & hanc aſſerit eſſe cõmunem Pantaleon Crem. col. 5. verſ. extende igitur, quæ fuit ante omnes opinio Azonis, in ſumma illius tituli, nu. 2. & eam tenet gl. verb. dimidiam, in c. cum cauſam, de emptio. & venditio. quam opinionem videtur probare tex. egregius, in l. 1. §. ſi quis in fraudẽ, ff. ſi quis in fraud. patroni. Et pro hac opinione etiam
7 facit, quia diſpoſitum in vno correlatiuorum cẽſetur in altero diſpoſitum, l. fi. C. de indicta viduitate toll.
8 l. 1. C. de cupreſſis, lib. 2. imo etiam in pœnalibus diſpoſitum in venditore, habet locum in emptore, vt in l. C. de cupreſſis, lib. 12. quem text. exacte declarat Aymon. de antiquit. temporum, fol. 134. num. 29. & pro
9 hac ſententia eſt hodie l. 56. tit. 5. p. 5. ſolet tamen dubitari, quando dicatur quis deceptus vltra dimidiam. In qua re eſt diſtinguendum, quia reſpectu venditoris dicitur deceptio interuenire, quando res, quę valet centum, diſtracta fuit minus quinquaginta: in quo omnes conueniunt, & reſpectu emptoris, qui vti vult beneficio illius legis; quando res quæ valet centum,

rum, empta fuit plus quam quinquaginta & centum.
Ita docet gloſſa, ibi, quam ſequitur Bald. q. 17. Fabia-
nus de Monte, de empt. & vend. q. fin. col. 2. & hanc
opinionem eſſe communem, & receptam apud foren-
ſia tribunalia affirmat Couar. lib. 2. variarum reſol.
c. 3. nu. 8. tametſi ibi Cynus voluerit, q. 7. poſt Petrū,
10 quod emptor dicitur deceptus vltra dimidiam, quan
do pro re centum valente ſoluit plus quam ducenta.
Cuius opinionem videtur probare l. 16. tit. 11. par. 4.
communem vero opinionem approbat l. 56. tit. 5. p.
5. (quod eſt tenendum,) & l. 4. tit. 7. lib. 5. ord. quod ſe
quitur Gutierrez pract. qq. lib. 2. q. 133. qui dicit, qđ
hæc opinio eſt in praxi recepta, & quod ab ea non ſit
recedendum in iudicando & conſulendo. Rurſus du
bitatur, quod iuris remedium competat pro conſe-
quendo illius legis beneficium, & gloſſa magna ibi
11 tenet, officium iudicis competere, quod per quadriē-
nium durare ſolet, vt in l. fi. C. de tempor. in integrū
reſtit. pro qua opinione facit tex. ibi (*auctoritate iudi-*
12 *cis interueniente*) quia regula eſt nouiſſima, iudicis of
ficium ſemper ex lege competere, cuius verba ad iu-
dicem dirigūtur, ex gl. quam ibi omnes notant, & ſe-
quuntur, in l. ſi ſoror, verb. reſtitui, C. de collationib.
alia in l. ſi res obligata, in fi. ff. de leg. 1. & in l. cum ſa-
tis, verſ. per iudicem. C. de agricolis & cēſitis. lib. 11.
vbi idem docet Bart. num. 10. & in l. 1. nu. 9. ff. ſi quis
ius dicenti non obtempe. & Ripa in l. 1. nu. 20. C. de
edendo, & dixit communem Curtius, in l. ſi paſcen-
da pecora, n. 3. C. de pactis, pro qua ſententia eſt tex.
in l. quod ſi minor, verſ. fi. ff. de minoribus.
13 Contrarium tamen concludit gloſ. ibi, imo quod
competat actio quædam perſonalis, deſcendens ex
eodem contractu, vt in l. ſed Celſus, §. ſi fundus, &
in l. ex empto. §. his qui vina. ff. de actionibus empti.
Et gloſſæ opinionem tenet ibi Bart. q. 1. & ſequuntur
Albericus nu. 5. Bal. & Salicetus, quæſt. 1. qui hanc af
firmat eſſe communem opinionem, & idem teſtatur
poſtea, nu. 18. idem affirmat Fulgoſius, col. 1. ad me-
dium, & Paulus, num 12. & dicit etiam communem
Pantaleon Cremenſis col. 39. & idem tenet gl. verb.
reſtituit, in c. cum cauſam, de empt. & vend. quarum
opinionem dicunt communem Corneus conſ. 27. co
lum. 6. & 7. ver. 4. Balb. de præſcriptionib. 4. p. 4. par-
14 tis princ. q. 26. quo fit, quod per 30. annos durabit il
lius legis beneficium, cum hæc ſit ciuilium actionum
vita. l. ſicut in rē, & l. omnes, C. de præſcr. 30. vel 40.
annorum, & in l. 2. C. de cōſtituta pecunia, & in prin
cipio Inſt. de perpetuis, & temporalibus actionibus.
Quod quidem omnes libenter admittunt in d. l. 2. &
in alijs locis. Et eſſe communem opinionem affirmat
Baldus, ſupra, & Gratus conſi. 71. vol. 1. num. 6. & 9.
15 quod hodie non procedit, & eſt correctum ex leg. 4.
titu. 7. lib. 5. ordin. vbi ſolum datur quadriennium à
tempore celebrati contractus. l. 1. tit. 11. lib. 5. recop.
& vtrobique DD. eccleſiæ tamen, principi, & reipu-
blicæ, durat hoc beneficium triginta annis, per l. fin.
16 tit. fi. p. 6. quam ita intelligendam eſſe affirmat Ema
nuel Coſta, in l. Gallus. §. & quid ſi tantum 2. p. num.
83. ff. de lib. & poſthu. & Couar. lib. 1. var. c. 13. n. 13.
& Rodericus Xuarez, allegatione 21. verſ. nec prædi
ctis obſtat, col. 1. in princ. Ioan. Garcia, de nobilitate,
glo. 3. §. 1. a num. 21. qui contra Greg. tenet. ibi, & Pi
nelus, in d. l. 2. in 2. p. c. 2. num. 27. in fin. Eſt tamen
17 alia pulchra quæſtio ſatis difficilis, circa declaratio-
nem illius legis, in qua reperies duas communes con
trarias: verum quando contractus reſcinditur ex be-
neficio illius legis, veniant fructus, ſuper quo Alberi-
cus, ibi nu. 16. ſe remittit ad Rofredum, qui cum fru
ctibus eſſe faciendam reſtitutionem affirmat, per tex.
notabilem (quem ipſe allegat) in l. 1. verſ. cum fructi-
bus. C. ſi maior factus alienationem ratam habuerit.
Idemque tenet Salicetus, ibi num. 5. Acoſta, in d. §. &
quid ſi tantum. 2. p. nu. 72. Gomecius, in l. 70. Tauri,
num. 29. & pro hac opinione 20. fundamenta tradit
Menchaca, lib. 3. controuerſiarum vſufrequen. c. 71.
nu. 2. Matienço, in d. l. 1. tit. 11. gl. 5. dicens veriorem
in praxi receptam, & Pinelus, in d. l. 2. in 2 p. c. 4. nu.
3. qui iſtam defendit ſententiam quam ſequitur Ioan
nes Garcia, de Hiſpanorum nobilitate, glo. 6. §. 1. nu.
6. per tex. in l. 1. C. ſi maior factus. Nec admittēda eſt
18 tertia opinio, quam tradit Greg. in d. l. 56. tit. 5. p. 5.
verb. *deſamparar*, quem (merito) reprobat Gutierrez,
lib. 2. practicarum, q. 134. n. fi. & pro opinione Albe-
19 rici, & Rofredi facit, quod etiamſi reſtitutio, quæ ex
gratia cōceditur, minime cum fructibus fieri debeat,
vt in authentica, idem eſt de Neſtorianis. C. de hære-
ticis, quem tex. bene declarant Ioannes Garcia, de no
bilitate, gl. 6. §. 1. nu. 45. vbi defendit communem in-
tellectum, ad illum tex. contra alios, per quem hanc
eſſe communem opinionem teſtatur Decius, in l. in
condemnatione. §. cum verbum reſtituas, col. 1. de re
gul. iuris. & Iaſ. in l. beneficium. nu. 17. ff. de conſtitu.
princip. Si tamen reſtitutio fiat per viam iuſtitiæ ſine
mora, & mala fide illius aduerſus quem reſtitutio eſt
facienda, reſtitutio fiat cum fructibus, vt in l. patri. §.
item ex diuerſo. ff. de minorib. vt in l. videamus, la 2.
ff. de vſuris. quam opinionem ſequitur Grego. in d. l.
56. tit. 5. p. 5. verb. *deſamparar*, & Acoſta, in §. & quid
ſi tantum. 2. p. nu. 72. de lib. & poſthum.
20 Sed his non obſtantibus, cōtrarium tenet ibi Bal.
nu. 3. exiſtimans eos dumtaxat fructus eſſe reſtituen-
dos, qui percepti ſunt a tempore moræ, non autē per-
cepti à tempore contractus celebrati. Idemque tenet
ibi Pantaleon, col. 39. Anchar. in reg. peccatū, q. 10.
de reg. iur. in 6. & hanc opinionem defendit Anton.
de Burgos, in c. ad noſtram, nu. 36. de empt. & vend.
& eam eſſe in praxi receptam affirmat Couar. lib. 2.
variarum. c. 3. nu. 9. & ſequitur Rota, in nouis, deciſ.
116. Cepolla, de ſimulatione contractus, verſ. vſura.
§. 15. nu. 4. qui cum alijs dixit eſſe communem, & in
praxi eſſe obſeruatam tenet Pinelus, ſupra num. 4. &
veriſſimam opinionem appellat Anton. Gomez (ſibi
contrarius) 2. tom. var. c. 2. nu. 23. & c. 4. nu. 11. & Pa
dilla, in d. l. 2. nu. 50. & Matienço, ſupra gl. 5. a nu. 6.
& ſequitur Gutierrez, lib. 2. pp. qq. q. 134. per totam,
dicens hanc opinionem communem, & in praxi rece
ptam, quæ ſententia verior mihi videtur, & eam no-
uiſſime ſequitur Parladorius ſupra, c. fin. 5. par. §. 16.
nu. 12. Poterit tamen emptor conuentus, ſi reſtitue-
ret rem cum fructibus ratione læſionis petere iuſtum
ac licitum intereſſe, quod ipſe ex pretio a ſe ſoluto
percipere potuiſſet, vt tradit Gutier. ſupra q. 135. per
totam.

Sed vlterius dubitatur pro perfecta declaratione
21 illius legis, an habeat locum in taxatione rerum dota
lium. Et locū habere probat text. in l. ubi ſuccurſum,

verſ.fi.ff.de iure dotium.l.ſi res,§.1.ff.eod.vbi gloſſa,
verb.præſtet, intelligit hoc procedere, ſi deceptio ſit
vltra dimidiam.Item gloſ.in l.ſi ex cauſa,ver.intra vi-
res.§.in dotis.ff.de minoribus.Idem tenet Albericus,
col.1.& aſſerit eſſe ab omnibus approbatum Cremẽ-
ſis,col.9.& Romanus,nu.2.Iaſ.nu.18.in l.ſi quis cũ
aliter.ff.de verborum obligat.& Balbus Nobelus, de
dote.6.p.priuilegio.42.qui tamen non aduertunt iu-
ra illa,& tex.in l.ſi circumſcripta. C.ſoluto matrimo.
22 loqui indiſtincte, quaſi ſpecialē ſit fauore dotis, qđ
tanta deceptio non requiratur in rebus dotalibus, ſi-
cut in alijs:ſed coniugi vtcunque decepto ſubueniа-
tur,quod nominatim aduertit Imola, in d.c.cum dile
cti,nu.16.& Anto.Burgenſis,num.48.in c.cum cau-
ſam,de empt.& vend.& Gerardus,ſingu.22.quæ opi
23 nio hodie eſt comprobata ex tex.in l.16. tit.11.nu.
4.de cuius intellectu vide Gom.in l.50.Tauri,num.
44.& Pinelum.in d.l.2.in 1.p.num.10.cum ſequen.
qui tenet contra plures, quod iſtud non procedat fa-
uore dotis. Vlterius animaduertendum eſt legem il-
lam,& eius remedium non tantum procedere,& ha-
bere locum in contractu emptionis, & venditionis,
24 in quo ipſa loquitur,ſed etiam in alijs bonæfidei con
tractibus,vt ibi ſentit gloſ.magna,ibi,illud autem cũ
ſtat,vbi Bart.num.4.qui,(quod mirum eſt,) gloſ.non
vidit,dicens hoc per gloſſam non tangi, & tenet Al-
ber.num.7.Baldus,q.3. num.5. Salicetus, nu.8.q.4.
Paulus,num.14.qui dicit hoc eſſe ſine dubio, & hãc
opin aſſerit ibi communem Cremenſis,col.5.verſ.2.
extenditur, quæ opinio Azonem primum habuit au-
ctorem,in ſumma illius tit. num.2. & tenet etiam gl.
in l.ſi olei,verb.obtulit.C.de locato & conducto, gl.
in l.ſi ea pactione,verb.conductor. C.de vſur.gloſſa,
verb.perperam. in l. maiores, C.communia vtriuſ
25 que iudicij,vbi in iudicio familię erciſcundæ,(quod
quidem bonæ fidei eſſe conſtat) habet locum benefi-
cium illius legis, cuius gloſſæ opinionem ſequun-
tur ibi omnes,& Corneus, conſ. 140. volum.4. Go-
zad.conſ.44 num.17. & Matienço in d.l.1.titu.11.
glo.8.nu.1.& dicit communem opinionem Pinelus,
in d.l.2.in 1.par.c.3.num.1. & ibi Padilla, num.13.
& idem tenet gloſſ.in l.in venditione,§.1.verſ.etiãſi
minoris.ff.de bonis auctor. iud. poſſid. quæ illam le-
26 gem ſecundam ad contractum locationis extẽdit. Id
etiam tenet Bart.in l. item ſi pretio. §.fi.nu.1.ff.loca-
ti,Ang.in princ.num.1.Inſt.eod.Abb.& Imola,in c.
cum cauſam,de empt.& vend. vbi Anton.Burgenſis
teſtatur eſſe communem opinionem. Idem fatetur
Romanus conſ.423.nu.2.& dixit etiam communem
Aret.conſ.126.nu.2.& ſequitur Cepolla,de ſimula-
tione contractus,nu.9. & dicit communem Pinelus,
in d.l.2.1.p.c.3.nu.17.Menchaca,lib.3.controuerſia
rum vſuſfrequen.c.61.nu.11. & Gutierrez,lib.2.pp.
qq.q.138.in princ.& pro hac opinione eſt text.quaſi
expreſſus,in l.in contractibus,C.ex quibus cauſis ma
27 iores.Secundo facit,quia licet tex. in d.l.2.ſolum lo-
quatur in venditione, tamen verbum hoc *omnem alie
nationem* comprehendit.l.ſtatu liberi à cæteris,verſic.
Quintus,de ſtatu liberis.Et vltra omnes hanc opinio
nem dicit communem Fabian.de Monte, in tract.de
empt.& vend.8.q.princ.nu.9. & pro hac ſententia eſt
hodie lex.4.tit.7.lib.5.ordinamenti.l.1.tit.11.lib.5.
recop. & vtrobique doctores, maxime Matienço,in
d.l.1.verb.*en las rentas*,qui reſoluit(contra Decium
conſ.583.quem ſequitur Aluarus Valaſcus, de iure
emphyteutico,q.28.per totam)quod etiam poſt hui-
28 tam locationem habet locum prædictum remediũ,
vt tradit Pinelus, dicens ita obtinuiſſe,in d.l.2. in 1.
p.c.3.nu.19.& 20. quam ſequitur Matienço, ſupra,
gl.6.nu.5.& Gutierez, ſup.q.138.in princ. ex quib.
29 poteſt inferri ad locationes operarum, quas faciunt
architecti,ſeu fabri lignarij, ſeu fabri ferrarij, vt ſi in
illis deceptio vltra dimidiam contigerit, competat be
neficium illius legis, vt tradit Pinelus, ſupra, 1.par.
c.2.nu.7.& 19.& Gutierrez,(qui alios refert) lib.2.
pract. quæſt. q. 144. vbi per totam quæſtionem hoc
explicat.

Sed in hoc contrarium hodie diſponit l.3. tit.11.
lib.5.recop.dum tamen prædicti officiales ſint exper
ti in ſuo officio,vt aduertit Matienço, ibi gloſ. 1.quia
30 ſagaci,& experto non competit illius legis remediũ,
vt tradit Cremenſis,in d.l.2.nu.124.& Pinelus,ſup.
1.p.c.2.nu.19.& aduertit Gutierrez,ſup.contra Ca-
ſtillo,in l.2.Tauri,quem refert Auiles, in cc.prætorũ.
c.33.nu.2.verb.*a menos coſta*,& procedit etiam præ-
31 dicta lex in cõductione prati, ſeu herbari pro paſcen
dis ouibus,vel domus ad cohabitationem, & in ſimi
32 libus,ex ratione de qua ſupra.Et qualiter in locatio-
ne fructuum læſio ſit cõſideranda, vide Padillam,ibi,
nu.15.Matienço, in d.l.1.tit.11.gl.6. Gutierrez, de
iuramen.confir. 1.p.c.26.nu.13.vbi reſoluunt,quod
conſiderandus eſt à principio dubius euentus,vt tra-
dit ibi Pinelus,in 2.p.c.4. nu.18. Quæ omnia mini-
33 me locum habent,ſi locatio tota pẽdeat a viribus for
tunæ,quia tunc non habet locum illud remedium,vt
34 puta ſi quis conducat fructus alicuius beneficij, vel
tertias,vel quartas regias,ſeu epiſcopales.Ita Ioannes
Andreas ad ſpeculum,in rubr.de vſuris, & Paulus cõ
35 ſi.19. quia in hoc caſu ſolũ ſpes empta videtur,quæ
quidem vendi poteſt,vt in l.nec emptio.ff.de contra
henda empt.l.ſi iactum retis,ff.de actio. empti. Quæ
iura optime declarat Sarmiento, lib.7. ſelectarum.c.
1.nu.2.Couar.in reg.peccatum.2.p.relectionis,§.8.
nu.12.col.3.l.11.tit.5.p.5.Quod verum eſt, quando
fructus parui,ſeu diminuti naſcerentur, vt in l.ex cõ
ducto.§.1.& in l.ſi merces,§.vis maior. ff. locati:ſe-
36 cus vero ſi nulli fructus remaneant in d.l.ex condu-
cto.§.1.verſic.ſed etſi,ibi. *Sed etſi labes facta ſit,om-
nemque fructum tulerit damnum coloni,non eſſe,ne ſu-
pra dãnum ſeminis amiſſi merces agri præſtare cogatur.*
37 Ex quib. de facto conſultus rñdi, in lite, quæ adhuc
agitatur inter fratres hoſpitalis regis huius ciuitatis, &
Blas Muñoz de Velaſco notarium perpetuũ audiẽtiæ
Archiepiſcopi Toleti,cui à prædictis fratrib. vendita
fuit hereditas cuiuſdam Didaci de Chinchilla, in ma
gna,ſeu in parua quantitate,per pretium quadringen
tos & viginti nummos aureos, & cũ nec in vno nummo
prędicta venditio hereditatis potuiſſet verificari,peti
ta fuit executio à prædictis fratribus per illã ſummã
ducatorũ: ego vero defendi,reuocandã eſſe prædictã
executionẽ,& ad nihilum teneri prędictum notariũ,
ex ratione d.§.in verſic ſi merces,& ex ſupra traditis,
38 & ex eo, quia venditor hereditatis, tenetur heredita
tem venditam tradere, quia alias nulla eſt venditio.
tex.in l.qui tibi.C.de hered. vel act.vendita, melior
tex.in l.cũ hereditatem,7.ff.illo tit. cuius verba ſunt,

cum

cum hereditatem aliquis vendidit, debet eſſe hereditas,
vt ſit emptio, & ideo pretium condicetur, ex quo text.
clare comprobatur hæc ſententia, præcipue quod præ
dicti fratres non poſſunt prædictam hæreditatis ven-
ditionem verificare, & ita tenet expreſſe Paulus de
Montepico, conſ. 7. num. 4. per l. nomen debitoris. §.
vni ex heredibus, de legat. 3. eſt etiam tex. in l. qui fi-
lij familias. 14. §. ſi hereditas. ff. illo tit. ibi, *ſi hereditas*
vendatur, venditor res hereditarias tradere debet: quan
ta autem hereditas ſit, nihil intereſt. Vnde clare colli-
39 gitur, quod fuit vendita res, quæ nunquam fuit in re
rum natura, cum de ea non conſtet, & ſic eſt nullius
momenti. l. 1. ff. de hereditate, vel actione vẽdita, ibi,
quia ſi in rerũ natura non ſit quod venierit, nihil eſt actũ.
40 & eſt bonus tex. de iure regio, in l. 14. tit. 5. par. 5. ibi,
no ſe puede vender la coſa que no es, y anſi no vale la
venta, & ibi Greg. verb. *no vale*. Et ſic cum hereditas
fuit vendita in magna, vel parua quantitate, clarum
eſt quod non ius hereditarium, ſed magis corpus he
41 reditarium fuit venditum, quia hereditas, ſine corpo
re nullum iuris intellectum habet. Ita Bald. expreſſe,
in d. l. hereditatem, qui dicit, quod aliud eſt vendere
ius quod habeo ad hereditatem, aliud vendere here-
ditatẽ: maxime, quia non hereditas obſutura, & quæ
erat in ſpe, fuit vendita, ſed hereditas iam cauſata, &
delata, & ſic debet in aliquo verificari, ex traditis per
Gomecium, 2. tom. variarum, c. 2. nu. 5. verſ. item ad-
de, quibus non obſtat tex. in l. nihil aliud. ff. de verbo-
42 rum ſignificatione, vbi hereditas eſt ſucceſſio in vni
uerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis,
& ſic habet ſe ad damnum, & ad lucrum, quia illud
procedit reſpectu heredis, qui eſt vniuerſalis ſucceſ-
ſor, ſecus vero reſpectu emptoris hereditatis, cuius ea
natura eſt, vt vẽditio in aliquo verificari debeat. Nec
43 obſtabit prædictis d. l. neque emptio. ff. de contrahen
da emptione. l. ſpem. C. illo titulo. l. ſi iactum retis. ff.
de actionibus empti. quibus ſatisfacit optime Sarmiẽ
to, ſupra, quia in illis iuribus non fuit res particularis,
nec vniuerſalis vendita (prout eſt hereditas iam dela
ta, de qua in propoſito) ſed quidam dubius euentus,
certus ſiue incertus, quod ſecus eſt in caſu noſtræ ven
ditionis, vbi nec ſpes fuit vendita, nec ius de futuro,
ſed bona hereditaria iam delata, & hoſpitali acquiſi-
ta, quod longe diuerſum eſt, quia in primo caſu ven-
ditio habet ſe ad eſſe, & non eſſe, & tantum vendita
fuit ſpes, & quidam futurus euentus: at vero in prædi
cta venditione non fuit vendita ſpes, ſed bona here-
ditaria iam quęſita, & delata, & ipſi hoſpitali, cuius
venditio in aliquo verificari debet, prius quã agatur
ad pretij hereditatis venditæ ſolutionem, quod ex eo
44 confirmatur, quia tria ſunt de ſubſtantia vẽditionis,
res ex parte venditoris, pretium, ex parte emptoris, &
cõſenſus ex parte vtriuſq;, & ſi res vẽdita deficiat, erit
vẽditio nulla. Ita Fabian. de Monte in tract. de emp.
& vend. q. 5. & Mocius, de contract. tit. de emptione.
num. 2. folio mihi 76. per tex. in l. domum. 57. ff. de
contrahenda emptione. Ex quibus clare colligitur,
prædictam venditionem nullius eſſe momenti, nec
virtute inſtrumenti publici poteſt proferri ſententia,
quæ vulgo dicitur, *remate*, contra prædictum reum
45 executatum: quia exceptio rei non traditæ impedit
viam executiuam, & agenti obſtat exceptio, non im-
plementi. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actionibus empti,
l. filiæ. C. de collationibus. & tradit Corneus, conſil.
106. num. 5. lib. 1. & ratio eſt, quia quælibet vendi-
46 tio, & promiſſio, habet tacitum pactum, & cõuentio
nem ſi fides obſeruetur. tex. in cap. peruenit, de iure-
iurando, ita eleganter Crotus conſil. 75. num. 12. &
conſil. 86. num. 9. Boerius, conſi. 144. num. 11. lib. 1.
Et adeo efficax, & fortius eſt prædicta exceptio, quod
ſi ex forma alicuius ſtatuti eſſet ſublata omnis exce-
47 ptio (licet verba ſtatutorum ſint ſtricte interpretan-
da, vt in l. quidquid aſtringendæ, de verborum, l. 1.
ff. de noxalibus) Tamen iſta exceptio rei non traditæ,
ſemper admittitur. Ita Bart. in l. 1. §. parui. ff. quod vi
aut clam. quem ſequitur Crauetta, conſil. 151. num.
10. Rolandus, conſi. 53. lib. 1. dicens hoc etiam proce
dere, etiam ſi quid minimum deficiat. quam opinio-
nem (ſtãte lege regni) tenet Palatius Rubeus, in l. 64.
Tauri, Didacus Perez, in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordin. colum.
1081. quos ſequitur Paz, in ſua praxi. 4. partis. 1. tom.
cap. 3. num. 8. & idem tenet Padilla, in l. 1. num. 4. in
fine. C. de iuris & facti ignorantia, & nouiſſime Par-
ladorius, lib. 2. rerum quotidianarum, cap. 11. nu. 26.
48 qui aſſignat optimam rationem, quod quãdo ex vno
contractu oritur actio pariter exceptio, eſt guarenti-
giata exceptio, ſicut ipſa actio, & ſic qui opponit talẽ
exceptionem, non dicitur venire contra inſtrumen-
tum, imo virtute illius facit contradictionem, fundãs
in eo exceptionem ſuam. Ita Bal. in auth. præſenti. C.
49 de fideiuſſoribus, qui dicit, quod quando actio & ex-
ceptio procedunt, & deriuantur ex eodem fonte, ad-
mittenda eſt exceptio, cum reſultet ex eodem contra
ctu. Idem tenet Auendannus, titul. *de las exceptiones*,
num. 28. Antonius de Canario, tracta. de executione
inſtrumenti, quæſt. 16. quæ omnia ſunt menti tenen-
da, cum ſint quotidiana. Deueniendo igitur ad decla
50 rationem dictæ legis 2. illam limita in conductore
gabellarum regiarum, ex l. 43. in volum. legum gabel
larum, quæ eſt. l. 15. titul. 9. lib. 9. recop. ita Gregor. in
l. 56. gloſſ. magna ad fin. tit. 5. p. 5. quem ſequitur Ma
51 tienço in d. l. 1. tit. 11. gloſ. 6. num. 4. lib. 5. recop. Vl-
timo pro complemento declarationis prædictæ legis
animaduertendum eſt, non habere locum in permu-
tatione beneficiorum, quia licet aliquis fuerit læſus
vltra dimidiam, in computatione fructuum benefi-
ciorum non dabitur recurſus ex d. l. quia in ſpiritua-
52 libus non cadit æſtimatio, licet reditus æſtimari poſ-
ſint.

Quam opinionẽ ſequitur Ancharanus, & Imola,
in c. cum cauſam, de emptione & vẽditione. Decius,
conſ. 210. num. 8. hanc dicit communem opinionem
Probus ad Ioannem Monachum, in cap. fin. de re-
nunciatione. lib. 6. Padilla, in d. l. 2. num. 18. vbi dicit
communem, Pinelus, in 1. p. c. 3. num. 16. & ſequitur
Couar. lib. 1. var. c. 5. num. 8. Grego. in l. 56. tit. 5. p. 5.
verb. *menos de la mitad*, circa medium, & ſequitur Ma
tienço, in d. l. 1. tit. 1. glo. 7. nu. 5. contra alios, quos ip
ſe refert: quæ opinio eſt verior, & receptior, & ita pra
cticatur, cum illa permutatio facta, & approbata ſit
auctoritate Romani Pontificis, a quo quilibet imme-
diate dicitur poſſidere, & non à permutante, vt in c.
ex frequẽtibus, de inſtitutionibus. Et vltra prædictas
declarationes, & limitationes ad dictam l. 1. vide quæ
diximus in q. 72. & 170. & q. 171. & 443. & 508. &
510. & 511.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius manifeſtus quis dicatur in iure.*
2 *Vſurarius non poteſt facere teſtamentum.*
3 *Filia quæ caſte non vixit, ſi ſit emendata non poteſt a patre exheredari.*
4 *Vſurarius non poteſt facere codicillos.*
5 *Diſpoſitio pœnalis extenditur, quando alias redderetur illuſoria.*
6 *Confeſſio vſurarij non facit illum vſurarium manifeſtũ.*
7 *Publicus vſurarius dicitur, qui in iudicio illud crimen confitetur.*
8 *Vſurarius manifeſtus dicitur pluribus modis.*
9 *Teſtes non admittuntur contra vſurarios, qui ab ipſis vſuram acceperunt.*
10 *Vſura quibus teſtibus probetur, de iure communi, & regio.*
11 *Fama publica probat aliquem eſſe vſurarium.*
12 *Fama publica in criminalibus cum vno teſte non probat.*
13 *Cenſura pęna dicitur leuis pœna.*
14 *Vſurarium manifeſtum quando iudex poſſit aliquem declarare, & quæ debeant concurrere.*
15 *Vſurarij quibus pęnis vtroque foro pleƈtantur remiſſiue.*

QVÆSTIO DXXXVII.

Utrum dicatur aliquis vſurarius, ſi iam deſierit vſuras exercere. Communis contra communem.

Circa interpretationem tex. in c. quãquam, de vſuris in 6. latiſſime diximus in q. 11. & in q. 396. in quibus reſoluimus, vſurarium non poſſe facere teſtamentum, etiamſi deſierit vſuras exercere, ſine ſolemnitate illius text. Et rurſus non poſſe teſtem eſſe
1 cum remanet infamis, licet vſuras iam non exerceat. Ex quibus videtur, quod licet vſurarius deſinat vſuras exercere, nihilominus cenſetur in iure tanquã vſurarius, de quo dubitauit Bar. in l. palam. §. non ſolum, ff. de ritu nupt. vbi relinquit indeciſum. Decidit tñ in l. 2. §. quis ſit fugitiuus. in prin. ff. de ædilitio edicto,
2 dicens, vſurarium cenſeri, & ita non poſſe facere teſtamẽtum ſine ſolemnitate illius capituli, quam opinionem tenet idem Bar. in l. prætor. §. is autem. ff. de edẽdo, per tex. ibi, qui communiter a Doctoribus ad hoc inducitur, & hanc opinionem tenet Iaſ. nu 9. Decius, nu. 16. in l. 1. C. de edendo, & hanc partem, quæ verior videtur, dixit communem Decius, in c. 1. nu. 22. de probationibus, dixit etiam cõmunem Gomecius, in §. ex maleficijs, nu. 43. Inſt. de actionibus.

Sed contrariam ſententiam (imo quod poſtquam deſierit vſuras exercere nõ dicatur, nec cenſeatur vſurarius) vr̃ probare tex. in c. ſeruũ. 50. diſt. vbi ex peccato iam dimiſſo nõ debet quis deſpici, circa quem tex. vide Cagnolum, in l. non debet melioris, nu. 5. ff. de reg. iur. & ita hanc dixit communem Barbacia, conſi. 40. vol. 3. col. 7. pro qua parte facit, etiã quædam elegans doctrina Speculatoris, in tit. qui filij ſint legitimi. §. penul. verſ. quid ſi filia, vbi concludit, quod filia
3 quæ non vixit caſte ſi ſe correxerit, & emendauerit, non poterit ex hoc a patribus exheredari, quam ſequitur Antonius, & Abb. col. 2. in c. Quintauallis, de iureiur. & Alex. in l. 1. num. 33. ff. ſoluto matrim. Iaſ. in l. in arenam, in fi. C. de inoff. teſtam. Claudius, in d. l. 1. Corraſius in l. qui liberos, num. 57. ff. de ritu nuptiarum, & ſequitur Curtius, num. 7. Iacobinus, nu. 5. (poſt alios) in auth. ex cauſa. C. de liberis præteritis. Couar. in c. Raynutius. in prin. nu. 18. de teſt. Ripa, in d. l. 1. nu. 71. & dicit communem idem Ripa, in l. fin. q. 67. nu. 224. C. de reuocandis donationibus, & dixit communem Catelianus Cotta, in memorabilibus, verſ. filiusfamilias, quamuis contrarium teneat Felinus in c. Rodulphus, nu. 6. verſ. dixit alias, de reſcriptis, & Curtius, in auth. non licet, col. 1. C. de liberis præteritis, & dicit Gualdenſis, de arte teſtandi, tit. 13. cautela. 17. nu. 2. quod non facile ſententiam Speculatoris ſequeretur in iudicando, propter quod videtur, quod opinio Barbaciæ minime contemnenda ſit, & ideo Alex. nititur concordare has duas opiniones Bart. & Barbaciæ in d. l. 1. C. de edendo, cuius concordiam dixit communem Gomecius, in d. §. ex maleficijs, nu. 43. & de hac communi vide eundem Barbaciam, in tract. de teſt. 2. p. n. 5. & 6. in vol. 5. tractatuũ.
4 Et adde, quod ſicut vſurarius manifeſtus non poteſt teſtari ſine ſolemnitatibus illius tex. ita & non poterit facere codicillum, vt tenet gl. fi. in d. c. quanquam, vbi ſequuntur DD. communiter, ſequitur etiam Frãcus, in rub. de teſt. nu. 34. lib. 6. Remigius de Mota, in l. 1. nu. 35. ff. de teſtibus, & conſtat eſſe communem opinionem ex relatione Tiraquelli, poſt ll. connubiales, gl. 3. nu. 107. atque eam dixit expreſſe communiter approbatam Fel. in d. c. Rodulphus, n. 6. cuius gloſſæ ratio eſt, quia alias illius tex. diſpoſitio redderetur illuſoria, & ſic illam gloſſam dixit notabilem Alex. in l. 1. in prin. nu. 25. de verborum, Felin. in c. tranſlato, col. fi. de conſtitutionibus, & ſingulariter Antonius Burgenſis, in d. c. ad noſtram, col. 3. de emptione & venditione, quæ diſpoſitio, quantumcunque pęnalis, eſt extendenda, ſi alias redderetur illuſoria, quoniam
5 tex. loquitur in teſtamento, & extendit ibi gloſ. ad codicillum, licet verius mihi videatur, quod illa non ſit extenſio, cum non ſit de caſu ad caſum diuerſum, ſed ad caſum virtualiter comprehenſum ſub illa diſpoſitione. argum. tex. in l. his ſolis. C. de reuoc. donat. ibi, *ſatis cautum tacite putamus*. Præterea eſt aduertendũ,
6 quod ſi quis cõfeſſus ſe eſſe vſurarium, nec ſpecificet a quibus perſonis vſuras extorſit, licet cenſeatur vſurarius, non tñ dicetur manifeſtus, vt eius teſtamẽtum non valeat. Ita tenet Bal. in l. 1. §. ſimiliq; modo, col. 2. nu. fi. C. de Latina libertate tol. dum extendit gloſ. verb. manifeſtos, in c. 1. de vſuris, in 6. dicentem pu-
7 blicum vſurarium dici, qui confitetur in iudicio ſimpliciter, ſine hoc quod dicat ſe eſſe manifeſtum, quem in illa declaratione ſequitur Francus nu. 4. & DD. in d. c. 1. de vſur. in 6. atque idem tenet Abb. & Anania, col. 5. in c. quia in omnib. de vſur. Hæc autem confeſſio debet fieri coram iudice competenti, ſecundũ eundem Baldum in l. quoties. C. de re iudicata, quẽ ſequitur Francus, ſup. nu. 4. Nec in hoc caſu, vt dicatur manifeſtus, aliqua requiritur ſentẽtia ſecundum cõem,
8 in d. c. 1. de vſur. in 6. & ita ex hoc colliges dici vſurariũ manifeſtũ, qui in iudicio cõfitetur, quãuis ſimpliciter confiteatur, licet hoc ꝙ de ſimplicitate diximus, non tollat eius teſtm̃, vt ſupra dictum eſt. Secundo modo dicitur quis vſurarius manifeſtus, vt in q. 11. in prin.

princ.reſoluimus. Tertio modo dicitur manifeſtus,
quando conſtar per euidentiam operis, vt tenet gloſſ.
verb.manifeſtos(communiter recepta)in d.c.1. Quar
to quando conſtat per ſententiam iudicis, iuxta prędi
ctam gloſſam, quæ etiam in hoc communiter recipi-
tur, nam ſententia reddit rem notoriam, vt in c.fi.de
cohab.clerico.& mul. dum tamen à competente iudi
ce ſit lata, ſecundum Francum, in d.nu.4.in c.1.§.&
quia. Quinto dicitur manifeſtus, quando eſt cõtra eũ
legitima teſtium probatio, ſecundum prędictam gloſ.
Hoc tamen intellige, quando ipſi teſtes deponerent
eſſe manifeſtum, ſecundum Bald.in l.1. lectura.1.col.
4.de ſacroſan.eccleſ. & ita tenet Burg.in c.ad noſtrã,
nu.28.de empt.& vend. Sequuta tamẽ ſententia, quo
quo modo depoſuerint teſtes, dicitur manifeſtus, vt
ſup.diximus, & tenet Abb.in c.cum in diœceſi, de v-
ſur.& conſ.34.vol.1.& conſ.2.vol.2.& Federicus cõ
ſi.64.Dominicus, conſ.59. Iaſ.conſ.78.vol.3.& dicit
communem opinionẽ Peruſinus, in d.c.1.§. & quia,
nu.6. Eſt tamen aduertendum, quod contra vſurarios
9 non admittuntur in teſtes, qui ab ipſis vſuram acce-
perunt, quoniam non probāt ſecundum Romanum,
ſingu.355.& Felinum, in c.veniens, el 1.num.18.de
teſtib.admittuntur tñ, ſi proteſtentur ſe nolle aliquid
conſequi ex eorum condemnatione ſecundum Felin.
ſup.quod dixerat(ante eum)Bald.limitans Romani di
ctum, in l.dictantib.nu.3. C.de teſt.cuius doctrinam
ſequitur Peruſinus, vbi ſup.n.5.Felin.in c.perſonas,
de teſt.in fi.Ferrara, cautela 40.additio ad Romanũ,
d.ſingul.355. Couar.lib.3.var.c.3.nu.5. Hodie antẽ
10 ſufficit probatio per illos teſtes dum fuerint tres, licet
ſingulares, vt in l.1.in fi.tit.2. lib.8.ord. & in l.8.tit.
15.lib.2.eod.& in l.4.tit.6.lib.8.recop. Sexto dicitur
11 vſurarius manifeſtus, quando contra eum ſunt certa
argumenta cum fama, ſecundum prędictas gloſſas.
Quod etiam (aliquos allegando) tenet Hippolyt.in l.
de minore, §.plurimũ, nu.83.ff.de quæſt.(licet ipſe nõ
citet gloſſas) ſed contra hoc facit, quia fama cum vno
teſte licet ſufficiat in ciuilibus, ſecundum gloſ.in c.ve
niens, de teſt.quę cõmuniter tenetur à Præpoſito, col.
4.Decio, nu.11.ad fi.in d.ca.1.de appell.Hippolyto,
in d.§.plurimum, nu.83.ad quam regulam poſuit 11.
limitationes, Felin.in d.c.veniens, nu.7. quibus alias
13.addidit Duennas, in reg.299.vbi in princip.refert
doctores dicentes hanc communẽ opinionem: tamen
12 in criminalibus fama cum vno teſte non ſufficit, ſe-
cundum glo.in d.c.veniens, quam commendat Dec.
in c.1.nu.21.de appel.Iaſ.in repet.l.admonendi, nu.
251.de iureiur.Hippolytus, in d.§.plurimum, nu.55.
& dicit communem Iaſ.in d.l.admonendi, nu.250.
& Duẽnas, reg.300. vbi limitat ſex modis & ampliat
5. vnde videtur, quod illa glo.in d.c.1.non poſſit pro
cedere: propterea dicebat Dominicus, in d.§.& quia,
nu.7.quod per illam gloſſam eſt limitanda gl. in d.c.
veniens, videlicet, quod licet fama in criminalibus cũ
vno teſte non probet, tamen ſi cum fama plura iungã
tur argumenta, bene probat, quod intelligit Dec.in c.
1.de app.nu.22.quando cum fama, & vno teſte con-
currũt alia indicia, ita reſoluit Maſcardus, vol.3.,pb.
concl.1419.nu.31.& Menoch.[illegible]b.caſ.235.num.
27.quod etiam eſt de mente Felini, in d.ca.veniens,
nu.13.& Duennas, d.reg.100.lim.1.dum illam gloſ.
adducunt pro doctrina Baldi, in l.ſi quis, §.1.nu.4.ff.
de edendo, vbi dicit, quod quanta fama concurrit cũ
plus quam cũ ſemiplena probatione, optime probat
etiam in criminalibus. Quod ſi ita illam gloſſam intel
ligamus, non erit neceſſarius alius intellectus Domi-
nici ibidem, volentis gloſſam procedere in leui pœ-
13 na imponenda, vt eſt pœna cenſurę, de qua, in d.c.1.
de vſur.in 6.quoniam illa medicinalis eſt, vt in c.j.de
ſenten.excom.lib.6. ſecus autem, quando ageretur ad
aliam pœnam grauiorem: in quo intellectu ſequitur
eum Francus, in eod.§.& quia, num.6.ad fi.ſed Feli-
nus, in d.c.veniens, num.13.expreſſe reprobat, dicẽs
concluſionem illam procedere, licet de quacunq; pœ
na agatur. Et iuxta hunc intellectum illam gloſſã ibi
dem appellat ſolitariam. Videtur tamen, quod illa nõ
fuit intentio gloſſæ, nec Dominici, ſed quod fama cũ
certis indicijs ſit ſufficiens ad probandum quem eſſe
vſurarium manifeſtum, etiamſi nullus teſtis adſit, &
ita expreſſe tenet Abb.conſ.81.nu.1.vol.2.& aliquos
citans ſequitur Hippolytus, in d.§.plurimum, nu.83.
quod videtur mirabile, & iuri conſonum, quia prędi
cta gloſſa nõ dicit, quod cum fama & indicijs quis di-
14 catur vſurarius manifeſtus, ſed quod hæc ſufficiunt,
vt per iudicem declaretur talis, quod ſic intelligit Ab
bas, conſ.34.vol.1.nu.2.& conſ.2.vol.2.nu.1. & A-
nania in d.c.quia in omnibus, col.3.verſ.finaliter, de
vſuris, & Federicus, Dominicus, & Iaſ.ſupra, in verſ.
5.dicitur. Et vide Maſcardum, ſupra, vol.3.de proba
tionib.concl.1420.vbi adduxit quatuor modos, qui-
bus aliquis probetur vſurarius manifeſtus, & nõ mo-
uet noſtram quęſtionem (quod eſt mirandum.) Et qui
15 bus pœnis vſurarij ſint plectendi, iure canonico, ci-
uili, & regio, tradit nouiſſime don Ioan Vela, de puni
tione delictorum, c.fi.& vide l.14.& 8.tit.2.lib.8.re-
copil. vbi late Azeued.Salzedo ad Bernardum Diaz,
c.89.Couar.lib.3.variar.c.3. Iulius Clarus, §.fi.quæ-
ſtio.53.nu.18.

SVMMARIVM.

1 *Lex, ex facto, §.fin.ad Trebellianum declaratur.*
2 *Diſpoſitio teſtatoris, vbi ſit mentio heredis, intelligitur de heredibus ſanguinis, non de extraneis.*
3 *Heredes & deſcendentes debent eſſe vocati, vt excludant ſubſtitutum.*
4 *Clauſula ſolita apponi, vt bona veniant de herede in hæredem, intelligitur & interpretatur, vt liberi ſint heredes.*
5 *c.in præſentia, de probationibus, inducitur pro hac opinione.*

QVÆSTIO DXXXVIII.

Vtrum ſubſtitutio pupillaris, concepta ſub illis verbis, ſi ſine liberis deceſſerit, importet idem, quod ſi ſine heredibus deceſſerit. Communis contra communem.

DVbitant vtriuſq; iuris interpretes, an illa condi-
tio, *ſi filius meus ſine herede deceſſerit*, idẽ impor
tet, quod conditio iſta, *ſi filius meus ſine liberis deceſſe
rit*. Et quod illa verba eundem habeant ſenſum, decla
rat Vlpianus in l.ex facto, §.fi.ad Trebellianum, ibi, *ſi
quis ita fideicommiſſum reliquerit fidei tuæ fili commit
to, vt ſi ſine herede moriaris, reſtituas hereditatem; vi-*

deri eum de liberis ſenſiſſe, diuus Pius reſcripſit. Quam opinionem tenet ibi gloſſa verb.ſine herede, & Iaſ.in l.ſi non ſortem.§.libertus.num. 53. ff.de condictione indebiti, & in l.Gallus.§.quidem recte, num.37. & 38.ff.de liberis & poſthumis, Paulus,& Ripa, num. 9.in d.§ fin.Ioannes Andreas, in additionibus ad ſpeculum,tit.de teſtamentis,num.27.Antonius Rubeus in repetitione legis patet filium, numer.11. ff. de inoffic.teſtam. Petrus de Vclapertica,in l.& ſi poſt tres, num.33.ff.ſi quis cautionib. Et pro hac opinione cõſuluit Crauetta,conſ.38. quam opinionem dicit communem Socinus iunior, conſ.94.num.32.vol.1. vbi dicit quod omnes ſcribentes ita tenent, in d.§. fi. &
2 ſic vbi in aliqua diſpoſitione, fit heredis mentio, reſtringitur ad heredes ſanguinis ita vt heredes extranei non includantur. Et ſic in caſu noſtræ quæſtionis,conditio illa,ſi ſine herede deceſſerit,exponenda & interpretanda eſt, ſi ſine deſcendente:quia vt conditio deficiat, oportet illos eſſe deſcendentes,& hæredes, quam opiniunem etiam tenent Guido Papæ, q.457.in fin, Arct.in d.l.Gallus.§.etiam ſi parente, Alciat.conſ.10.nu.14. lib.9. Decian.conſ.98.nu.9. & conſ.100. num.12.vol.3. Mantica de coniecturis vlt.volunt.lib.11.tit.1.nu.9. vbi dicit,quod illa clauſula, de herede in heredem, accipienda & interpretanda ſit,vt liberi ſint heredes.

Sed contrariam opinionem (contra gloſſam) tenet Bart.& Alex. ibi, nu.8.& Iacobus de Belluiſo, & Azo.quos refert & ſequitur Albericus, in d §.fi. & Lancelotus Galiaula,in d.§ quidam recte, nu.23. qui reſoluit hanc eſſe magis communem opinionem, Marianus Soc.iun. conſ.14.nu 1. vol.2. quam opinionem ſequitur Coſta,in c.ſi pater, verb.ſi abſq; liberis,nu 20. de teſtamentis. lib.6.pro qua opinione adducit tex.in c.in præſentia, de probationibus, in illis verbis, *intelligendum non erat ſine herede decedere,qui monaſterium ſibi heredem inſtituit.* quam opinionem ſequitur Natta, conſ.531. nu. 11. Crauetta (ſibi contrarius) conſ.131.num.9. Ruyn.conſ.174. nu.11.vol.2. Decianus(ſibi etiã contrarius) conſ.50. nu.12.vol.1.Simon de Prætis,de interpreta. vltima. volunt.lib.3.dub.3. & dub.1.& nouiſſime pro vtraque parte plures adducit Peregrin.de fideicommiſ. art. 32. vbi latiſſime per 84. numeros proſequitur hanc quæſtionem, & declarat Gregorius, in l. 10. tit.4.p.6.verb.*lo deuen auer.*

S V M M A R I V M.

1 *Victor victori, in ciuilibus,& in criminalibus condemnatur in expenſis.*
2 *Per ſententiam interlocutoriam poteſt iudex in expenſis aliquem condemnare.*
3 *Iuſtam cauſam litigandi habens non poteſt in expenſis condemnari.*
4 *Quando dicatur quis habere iuſtam cauſam litigandi, traditur remiſſiuè.*
5 *Condemnatio expenſarum, vbi conſtat de malitia, ſemper eſt facienda.*
6 *Fiſcus nunquam condemnatur in expenſis, neque eius procurator.*
7 *Promotor fiſcalis non condemnatur in expenſis,cum faciat denunciationes ex neceſſitate officij.*
8 *Fiſcalis liberatur à præſumpta calumnia, non vero quando eſt notoria.*
9 *Officium ſuum nemini debet eſſe nociuum abſque culpa, & fraude.*
10 *Opinio Aymonis in conſ. 168. declaratur.*
11 *Verba conſtitutionis prouinciæ Cæſarauguſtanæ referuntur.*
12 *Verba Concilij Toletani referuntur.*
13 *Si reus abſoluatur non eſt in expenſis condemnandus.*
14 *Duo contraria non poſſunt concurrere in eodem ſubiecto.*
15 *Expenſæ ſolent principalem pœnam ſuperare.*
16 *Conſuetudo recepta eſt apud omnes, vt reus abſoluatur, & in expenſis condemnetur.*
17 *Arbitrio iudicis relinquitur quando reus poſſit abſolui, & in expenſis litis condemnari.*
18 *Victus victori in cauſa appellationis non condemnatur in expenſis,quando habuit iuſtam litigandi cauſam.*

QVÆSTIO DXXXIX.

Vtrum ille, qui in cauſa ſuccumbit, debeat in expenſis, & damnis condemnari. Communis contra communem.

QVæſtio,quæ in præſenti loco venit diſputanda, ſatis vtilis & practicabilis eſt, & quotidie in omnibus tribunalibus ſecularium, & eccleſiaſticorum iudicum præ manibus verſatur,& partem affirmatiuam tenet Bart. in authentico, de mandatis principum.§.deinde, nu.3. & in l. 1. in fi. ff. ad ſenatuſconſul. Turpillian. & ita communiter tenetur & obſeruatur, vt docet Soc. iun.conſ.36. nu.14. lib.2. & dicit communem opinionem Arct.in c.accedens, nu.13. de accuſationibus, quem refert Nicellus, in concordantia gloſſarum.c.47.Gratus,conſ.97.nu.1. lib.1.Et quod ita de iure canonico communiter practicetur, & obſeruetur, tenet Cardinalis Alexandrinus,in c.in pœnis. §.de epiſcopis, col.4.verſ. & quia, gl.2.q.1. Hippolytus, in repetitione legis, patri, vel marito,nu.14.ff.de quæſtionibus.& Viuius,lib.communium, verb.iudex tenetur condemnare, & ſequitur Alban.conſ.5.Alberic.in l eum,qui temere. ff.de
1 iudicijs,nu.1. vbi dicit, quod communis vſus iudiciorum ita obſeruat,etiam in criminalibus, vt victus victori condemnetur in expenſis, vt in l.fi. C.de fructibus & litium expenſis, quam opinionem (ex noſtratibus) tenet Padilla, in l.tranſigere, num.4.C.de tranſactionibus. Bernardus Diaz, in pract. criminal. cano.c.fin.quod eſt 152.Couar.pract. quæſt.c.27.n.
2 2.vbi declarat hanc opinionem non ſolum procedere in cauſis ciuilibus, verumetiam in criminalibus, & non ſolum quando profertur ſententia diffinitiua, ſed etiam quando per interlocutoriam aliquis victus fuerit, vbi limitat,num.3.quando quis habeat iuſtam
3 litigandi cauſam, per text.in l.qui ſoluendo. §.etiam, ff.de legatis 2. l. 7.& 8.tit.22. p.3. vbi Gregor. ver-
4 bo,*doctas coſas*,Gracian.reg.. 80.qui multas declarationes congeſſit, & Azeuedo,in l.1.tit. 22. lib.4. recopilationis, à num. 5. cum ſequentibus, & Bernardus Diaz, reg. 20. Montaluus, in l.fin.titu.13.libr. 2. fori. Villalobos in ſuo ærario,litera E.num.264.Gutierrez,libr. 1. practicarum quæſtion. quæſt. 135.nu.

5.vbi

5\. vbi dicit, quod in dubio præſumitur iuſta cauſa, Menochius, de arbitrarijs. lib. 2. cent. 2. caſu 177. vbi refert plures caſus, in quibus dicitur aliquis habere iuſtam cauſam litigandi, vt euitetur expenſarum con
5 demnatio, quæ ſemper eſt facienda, vbi cõſtat de malitia litigatoris, vt in l. 8. in fi. tit. 3. p. 3. alias ſecus.

Sed contrariam opinionem (imo quod accuſator, qui ſuccubuit in accuſatione, non ſit condemnandus in expenſis, neque in damnis) tenuerunt Albanus, in l. Athletas. §. calumniator, in fi. de his qui not. infam. vbi dicit illam opinionem tenere communiter doctores, Bald. in l. qui crimen, nu. 28. C. qui accuſare non poſſunt, vbi dicit, quod illam opinionem confirmat practica & experientia, & quod nunquam vidit talẽ condemnationem in cauſa criminali, quem refert & ſequitur Anania, in d. c. accedens, nu. 11. de accuſ. Et facit pro hac opinione, notabile dictum Cardinalis Alexandrini, in dicto §. de epiſcopis, in fine, vbi dicit,
6 quod in ſacro palatio nunquam vidit condemnari fiſcum in expenſis, neque procuratorem fiſcalem. Quã opinionem ſequitur Iulius Clarus, lib. 5. receptarum ſententiarum, §. fi. q. 7. nu. 12. vbi dicit, quod de con-
7 ſuetudine, ſyndici vel promotores fiſcales non condẽnantur in expenſis propter calumniam, cum faciant denunciationes ex neceſſitate officij, & ita dicit ſeruari de facto, vt tradit Albanus, in d. l. ea quidem, nu. 9. ita Boerius, deciſ. 324. Rebuffus, in concordantia, tit. de electione derog. 1. p. gl. regium aduocatorum, fol. 68. & in 3. tom. conſtitut. Franciæ, tit. de expẽſis, art. 1. gl. 5. nu. 19. & 20. aſſignans rationem, ne timore expenſarum ius regium iudefenſum dimittaut: qđ
8 ipſe Iulius Clarus intelligit in præſumpta calumnia, ſecus vero quando expreſſe conſtat de calumnia fiſcalis, quia tunc non ſolum in expenſis, ſed etiam grauius debet puniri. Idem reſoluit in q. 10. nu. 5. vbi dicit ſic pluries ſeruatũ fuiſſe per Parlamentũ Pariſienſe, vt atteſtatur Guido Papæ, deciſ. 269. & in Capella Tholoſana deciſ. 6. vbi Aufredus, & ſequitur Azeuedo, in l. 5. tit. 13. lib. 2. recop. nu. 5. pro qua ſententia expendo tex. in l. 2. C. de delatoribus, lib. 10. l. poſt legatum, §. aduocatum. ff. de bis quibus vt indi. vbi tra-
9 ditur, quod officium ſuum nemini debet eſſe nociuũ abſque fraude, quia alias querelantes metu huiuſmodi condemnationis deterrentur ab accuſando, & ſic delicta remanerẽt impunits, vt docet Iulius Clarus, ſupra, q. 62. nu. 4. cuius opinionem ſequimur, contra opinionem cõtrariam, traditam per Aymon. Crauet.
10 conſ. 168. vbi in caſu de facto ſibi contingenti conſuluit contra procuratorem fiſci, dicens fiſcales non excuſari a crimine, neque a condemnatione expenſarum. Cuius dictum poteſt procedere, quãdo procurator fiſci conuincitur de notoria, & manifeſta calumnia, accuſando reum iniuſte, ſecus autẽ calumnia ceſſante, prout in dubio, etiam ſi reus abſoluatur, præſumitur ceſſare, vt tradunt doctores ſupra, & Io. Garcia, de nobilitate, gloſ. 3. a num. 23. vbi adducit optimum tex. in l. 1. ff. ad Turpillianum, ibi, *& ſi quidem iuſtum errorem perceperit, abſoluat, ſi vero in euidenti calumnia eum deprehenderit, legitimam pœnam ei irroget.* Quem etiam citat Azeuedo, in l. 1. tit. 22. num. 1. lib. 4. recopilationis, & Salzedo, in additionibus ad Bernardum Diaz. c. 152. litera B. & in c. 6. num. 12.
11 vbi refert optimam & elegantem conſtitutionẽ prouinciæ Cæſarauguſtanæ, quæ habetur, in ti. de accuſationibus, cuius deciſio vtinam ſeruaretur, tam apud eccleſiaſticos iudices, quam ſeculares: quia ex eius obſeruantia euitarentur mille fraudes, & iniuſtæ & calumnioſę denunciationes. Et quia verba illius ſunt aurea, in propoſito, decreui eius literam referre, cuius tenor talis eſt. *Procurator fiſci noſter, ſeu ſuffraganeorũ noſtrorum, nequaquam ad agendum ſeu denunciandum, prætextu officij ſui, contra aliquem admittatur, donec propoſita ſeu denunciata credere eſſe vera, & ſe poſſe probare firmauerit iuramento: quod ſi aliquo inſtigante per ſe, vel cum eo proceſſerit ad prædicta, inſtigator ad expenſas ſe obliget, vel det inde quam potuerit cautionem: alias reus citatus comparere minime compellatur.* Quod aliquantulum videntur ſentire verba Concilij
12 Toletani, ibi, *Promotor fiſcalis, apud eccleſiaſticum iudicem neminem deferat, vt eius delatione inquiſito fiat, niſi quem legitima, aut frequens grauet infamia, nec ex ea delatione iudices inquirere audeant, imo priuſquam ad inquiſitionem procedant, diligenter curent inueſtigare, an ea infamia a maleuolis an à prouidis & honeſtis orta fuerit. Quod ſi promotor fiſcalis quemquam accuſare velit, eo caſu quo iure accuſatio ei ſit permiſſa, accuſatoris officio functus eas leges ſequatur, quæ publicis accuſatoribus, his ve, quibus iuris publici ratione accuſare per-*
13 *mittitur, iure, vel conſuetudine, datæ fuerint, ſed ſi accuſatus ab accuſatione fuerit abſolutus, nullo modo in expẽſis condemnetur.* Quæ vltima verba male obſeruantur apud omnes ſeculares & eccleſiaſticos iudices, qui vna ſententia abſoluunt reum, & illum condemnant
14 in expenſis, & ſic vidimus duo cõtraria in vno ſubiecto, vt aliquis ſimul abſoluatur, & cõdemnetur, quod non magis fieri poteſt, quam ſi per ſententiam Titius declaretur liber & ſeruus, nobilis & plebeius, argumento tex. in c. fi. de inſtitutionibus. Eſt enim ſumma iniquitas ac nimiæ cupiditatis indicium, vt quis tanquam innocens diffinitiue abſoluatur, & tãquam culpatus in expenſis cõdemnetur, quæ expenſæ aliquan-
15 do principalem pœnam longe ſuperant, vt optime cum iudicio aduertit Segura de Aualos, in directorio iudicum eccleſiaſticorum. 2. par. c. 12. per totum, vbi allegat Sarmientum, lib. 1. ſelectarum. c. 1. qui profecto nihil dicit in eo loco, (nec Menoch. vbi ipſe eum allegat, in caſu 301. nu. 33.) ſed plura expendit in caſu 178. quæ reſolutio veriſſima eſt in puncto iuris: ta-
16 men de conſuetudine contrarium obſeruatur quotidie, nam abſolutio & condemnatio expenſarum ad inuicem procedunt, quod nõ ſolum apud iudices inferiores, ſed etiam apud ſupremos ita practicatur, a qua obſeruantia recedendum nõ eſt, vt tradit Bernar. Diaz d. c. fin. Couar. practicarum quæſt. c. 27. nu. 2. Iulius Clarus, ſup. §. fin. quæſt. 62. nu. 4. Gracian. regula 486. num. 1. in fin. vbi dicit, quod ſæpe ſæpius vidit, ꝙ reus abſoluatur ab inſtantia iudicij, & quod in expenſis iuſtis condemnetur, & tradit Padilla, in d. l. transſigere, num. 4. C. de tranſactionibus. Et cum eſſem iudex aliquando, vnam & alteram opinionẽ amplexus ſum, prout negociorum qualitas & circumſtan-
17 tiæ exigebant, itaque hæc omnia ſapientis iudicis ar-
18 bitrio relinquimus. Et vtrum victus victori in cauſa appellationis condemnari debeat in expẽſis, etiamſi habuerit iuſtam cauſam litigandi, eſt dubia quæſtio de iure communi & regio, ſtante l. 1. tit. 22. lib. 4. re-

cop

cop. vera tamen reſolutio eſt, quod non ſit facienda condemuatio, vt reſoluit Gutierrez, d. quæſtione 135.num.6.&.7.&.8.& ita communiter practicatur (licet Parladorius, lib.2.rerum quotidianarum, in noua impreſſione.c.fin.5.partis.§.18.nu.6.teneat contra Gutierrez.

SVMMARIVM.

1 *Affectus punitur in delictis atrociſſimis, licet non ſequatur effectus.*
2 *Sodomiæ crimen eſt grauiſſimum, & punitur ſolum attentatus in eo.*
3 *Proditor contra regem punitur ex ſolo attentatu.*
4 *Dictio taxatiua non excludit ſimiles caſus.*
5 *c.1.de homicidio.lib.6.declaratur.*
6 *Aſſaſſinatus crimen grauiſſimum eſt, & in eo punitur affectus, licet mors non ſequatur.*
7 *Lex 3.tit.27 p.7.declarat optime, qui ſint aſſaſſini, & qualiter delictum committatur.*
8 *Attentans hominem necare veneno, punitur pęna mortis, licet effectus non ſequatur.*
9 *Contraria communis opinio in quæſtione principali proponitur.*
10 *Leges punientes conatum, ſunt conſuetudine generali abrogatæ.*
11 *Talionis pęna hodie non eſt in vſu, etiam receſſit ab aula.*
12 *Iudex æquitatem præ oculis ſemper habere debet.*
13 *Pęna extraordinaria debet puniri, qui deuenit ad actum proximum delicti, & non conſummauit.*
14 *Concordia opinionum traditur.*
15 *Pęna attentatus exequi poteſt, quando expreſſe a lege affectus punitur, alias ſecus, licet delictum ſit grauiſſimum.*
16 *Quæſtio propoſita eſt pro amico ſecundum Iulium Clarum.*
17 *Leges punientes attentatum referuntur, & declarantur.*
18 *Leges partitæ declarantur, & l.1.tit.21.lib.8. recop.*
19 *Pęnam à lege impoſitam poteſt iudex ex cauſa moderare, & temperare.*
20 *Cauſæ plures ſunt, ex quibus animus iudicis ad temperandam pęnam moueri poteſt.*
21 *Pęnam pragmaticæ taxæ panis, poterit iudex ex cauſa moderare, & alias pęnas pragmaticarum.*

QVÆSTIO DXL.

Vtrum in atrociſſimis delictis puniatur conatus, & affectus, licet non ſequatur effectus. Communis contra communem, & quid iure regio.

IVris regula vulgatiſſima eſt, quod in delictis puniatur affectus, licet non ſequatur effectus, tex.in l.ſi quis non dicam rapere. C. de ſacroſanctis eccleſijs, quæ lex eſt canonizata in c.ſi quis, de pœnitentia, di-
1 ſtinctione 1.l.vnica.C. de raptu virginum.l.fi.tit.27. l.1.tit.31.p.7.& in crimine ſodomiæ idem diſponit lex.1.tit.21.lib.8. recop.ibi. *Y ſino ſe pudiere prouar el dicho delicto en acto perfecto y acabado y ſe prouaren y aueriguaren actos muy propinquos y cercanos a la concluſion del, en tal manera que no quedaſſe pro el tal delinquente de acabar eſte dannado yerro ſea auido por verdadero hechor del dicho delicto y ſea juzgado y ſentẽciado, y padezca la miſma pena, como la padeciera el que fueſſe conuencido en toda perfeccion del dicho delicto.* Ex qua lege reprobatur opinio Menochij, de arbitrarijs, caſu 286.num.16.qui reſoluit pœnam eſſe arbitrariam in
2 attentante crimen nefandum ſodomiæ, & ſequitur Iulius Clarus, §.ſodomia, nu.fi.& in §.fi.quæſt.92.quorum opiniones reprobat Azeued in d.l.1.num.72.
3 per illam legem. Et in crimine proditionis contra regẽ idem diſponitur.in d.l.2.ibi. *Como ſi alguno vuieſſe penſado de hazer alguna traycion contra la perſona del rey.y deſpues comẽçaſſe en alguna manera a meterlo en obra.* Et ibi referuntur alia delicta grauiſſima, in quibus punitur attentatus & affectus, licet non ſequatur effectus. Quæ lex in alijs etiam delictis ſimilibus procedit, vt notat Gregor.ibi verb.*tan ſolamente*, & in l.4.tit.7.p.6.& fa it tex.in l.his ſolis. C.de re
4 uoc.donat. quia dictio taxatiua non excludit ſimiles caſus, l.ob æs alienum, vbi glo.C.de præd.minor. & tradit Padilla, in authent.res quæ, nu.81.C.communia de legat. Antonius Gomez, 3.tom.variar. c.3. num.42.& optime confirmat hanc concluſionem Ioan.Gutierrez. 1.part.canonicar. quæſt.c.13.num.5. & 6.& probatur noſtra ſententia ex tex.in c.1.de ho
5 micid. lib. 6. qui loquitur in crimine aſſaſſinatus, in
6 quo etiam punitur affectus licet delictum non ſit cõſummatum, nec pœna mortis ſequatur, vt in tex.ibi, *quamquam mors ex hoc forſitan non ſequatur*, per quẽ text.ita tenet Corneus, conſ.249.vol.1. Angelus, cõſ. 14.num.4. Franciſcus Mantua, lib.5.obſeruationum, obſeruatione 41. Matthæus de Afflictis, in conſtitut. Neapolit.lib.1.rub.12.num.16.& ſequitur Remigius, de immunitate eccleſ. fallentia 15.num.8.& dicit communẽ opinionem (plures pro ea referens) Bernardus Diaz, in pract.criminal.c.96. Plaça, de delictis.c.9.num.9. Iulius Clarus, in §.aſſaſſinum. Grammaticus, vot.9.num.21.& Capicius, deciſ.155. Et hanc dicit magis communem opinionem Antonius Gabriel.lib.9.communium.tit.de criminalibus, cõcl. 1.nu.9. Antonius Gomez.3.tom.variarũ, c.3.nu.10. ad fin. Maſcardus, vol.3.probationum, concluſione 1222.num.2. Couar.in clementina, ſi furioſus.in initio.2.partis, nu.9.de homicidio, Paz, in ſua praxi.5. partis.1.tom. c.3. §.30.num.133. Greg.verb. aſſaſſi-
7 nos, in l.3.ti.27.p.7.vbi declarat qui ſint iſti aſſaſſini per illam legem, & Guido Papæ, quæſtion.44. Aegidius Boſius, tit.de falſis.num.169.pro qua opinione eſt gloſſ.in l.1.§.hæc autem verba, verb.putamus.ff. quod quiſque iuris. & dicit communem opinionem Felinus in c.1.num.9.de officio delegati, Igneus, in l.1.§.occiſor, num.41.ff.ad Sillanianum, vbi dicit ſe pluries vidiſſe obſeruari in latronibus graſſatoribus,
8 & in eo qui intendit hominem necare veneno, quæ opinio in aliquibus delictis atrociſſimis fuit practicata, prout refert Iulius Clarus, lib.5.receptarum ſen-
9 tẽtiarum.§.fi.quæſtione.92.num.2.vbi refert communem opinionem contrariam, allegans Marſilium, cõſ. 105.dicentem communem opinionem, & loquitur etiam in aſſaſſino, idem tenet Grammaticus, vot.8. quam opinionem ſequitur Felinus, in tract.de conatu. Hippolytus, in l.qui eum telo, §.præterea.num.6. ad leg.Cornel.de ſicarijs, & Angelus, & Paulus, in d.
10 l.1.§.hæc verba, qui dicunt omnes leges punientes

conatum

conatum eſſe derogatas per generalẽ conſuetudinem
contrariam, quos etiam refert & ſequitur idem Hyp-
polytus, in l. qui falſam, nu. 24. ff. ad l. Cornel. de falſ.
& in d. l. is qui cum telo, nu. 31. & Maranta, de ordi-
ne iudiciorum, 4. p. diſt. 1. nu. 54. Barb. conſ. 23. vol. 2.
quam opinionem (pluribus citatis) confirmat Meno-
chius, de arbitr. lib. 2. caſu 360. nu. 92. Tiraq. de pęnis
temperandis, caſu 38. & don Ludouicus de Peguera,
in ſuis deciſionibus criminalibus. ca. 17. nu. 13. Quæ
conſuetudo iure ẽt diuino approbari videtur, vt habe
tur Leuitico, c. 24. in illis verbis: *Qui percuſſerit, & oc
ciderit hominem morte moriatur*, & Deuteron. c. 19. *Si
quis odio habens proximum ſuum, inſidiatus fuerit illius
vitæ, ſurgenſq; percuſſerit illum, & mortuus fuerit, &c.*
Ex quibus verbis clare inſinuatur ad incurrendam
pęnam mortis requiri, quod ſequatur mors & occi-
11 ſio, maxime cum hodie pęna talionis non ſit in vſu,
vt tradit Salicetus, in l. non ideo, num. 3. C. de accuſa
tionibus. Couarru. (alios referens) lib. 2. variarum reſo
lutio. c. 9. num. 1. vbi dicit hodie moribus receptum
eſſe, inſcriptionem non eſſe neceſſariam, nec ſimile
ſupplicium calumniatoribus inferendum fore: quam
opinionem etiam ſequitur Iulius Clarus, vbi ſupra,
quæſt. 81. nu. 3. vbi dicit, quod illa pęna hodie de con
ſuetudine penitus receſſit ab aula. Idemque tenet Si-
mancas, de catholicis inſtitutionibus, cap. 62. nu. 35.
Villalpando, in repetitione legis partitæ, 22. cap. 21.
num. 3. Et noſtram principalem opinionem, quod pę
na ordinaria delicti nemo ex attentatu puniatur, te-
net Octauianus Cacheranus, in deciſio. 19. vbi dicit,
quod ſenatus Pedemontanus, in cauſá de facto con-
tingenti ſequutus fuit illam opinionem veluti mitio-
rem, quam nouiſſime ſequitur doctiſſimus Gutier-
rez, late diſputans ad partes hanc quæſtionem, in de-
licto aſſaſinatus, in lib. 3. practicarum quæſt. quæſt. 7.
nu. 78. vbi dicit, quod licet de iuris rigore prima opi-
12 nio verior ſit, tamen æquitate conſiderata (quam iu-
dex præ oculis habere debet) & communi totius mũ-
di conſuetudine, delinquens ex ſolo affectu etiam in
atrociſſimis pęna extraordinaria (iudicis arbitrio re-
linquenda) puniendus eſt. Subdens etiam ſe credere
non errare iudicem, qui eam ſequatur in iudicãdo &
conſulendo, vbi etiam reſoluit ex Baldo, in d. l. data
opera, nu. 77. C. qui accuſare non poſſ. quod in caſib.
13 in quibus ille qui deuenit ad actum proximum deli-
cti non puniatur pęna ordinaria, debet tamen acrius
puniri pro motu iudicis, quam ille, qui deuenit ad a-
ctum remotum. Cuius reſolutio vera eſt, & ita de con
14 ſuetudine obſeruatur in punitione delictorũ. In qua
doctorum varietate, pro vera concordia & reſolutio-
ne, tam de iure ciuili, quam canonico, & regio, dicen
dum eſt, quod aut lex expreſſe punit conatũ, aut non.
15 Primo caſu, etiamſi delictum non ſit atrociſſimum,
ſufficit quod à lege puniatur conatus & attentatus,
vt pœna ordinaria executioni mandata ſit. In ſecun-
do vero caſu, etiamſi delictum ſit graue, & enorme, ſi
expreſſe à lege affectus non puniatur, extraordinaria
& leuiori pœna reus plectendus eſt, & in hoc caſu eſt
ſtandum generali conſuetudini, & hanc dicit tutio-
rem opinionem Iulius Clarus, lib. 5. receptarum ſen-
tentiarum, §. fi. quæſt. 92. num. fi. reſoluens poſſe iudi
16 cem in practica adhærere, cui opinioni maluerit, in-
ſpecta facti & perſonarum qualitate; & debere ſem-
per mitiorem eligere opinionem, niſi aliter legis di-
ſpoſitione caueatur, quia tunc ſeueritatem legũ cum
aliquo beniguitatis temperamento ſequi oportet. Ex
17 qua reſolutione venis intelligendus text. in l. vnica,
C. de raptu virgin. quam ſic declarat Peguera, ſupra,
num. 9. & d. l. is qui cum telo, ad leg. Cornel. de ſicar.
l. ſi quis necandi, C. eo. tit. l. 3. C. eodem. qui loquitur
de eo qui veneno tentauit alterum necare, d. ca. 1. de
homicidio, lib. 6. l. 1. in prin. ff. de extraord. criminib.
& in §. vltimo, qui loquitur de eo qui attentauit pue-
ri pudicitiam, l. attentari, ff. de iniur. l. ſaccularij, ff. de
extraor. crim. l. 1. in fi. ad l. Pompeiam, de particidijs,
l. fi. C. de his qui ad eccleſ. confug. l. fin. C. de poſtul.
l. fi. C. de crim. ſtellion. l. item apud Labeonem, §. 1. de
iniur. l. 1. §. ad beſtias, ff. de poſtulan. l. & generaliter,
ff. de calumniatorib. l. & ſi amicis, ff. ad leg. Iuliam de
adulterijs, l. fi. ff. de rer. diuiſ. l. ſi fugitiui, C. de ſeruis
fugitiuis. tex. etiam ſic intelligendus in c. 1. de diuor-
tijs, ca. quoniam multi, 14. q. 4. l. 3. §. ſi quis autem, ff.
de bonis eorum, qui mort. ſibi conſciuer. l. 3. §. is qui
ad hoſtes, ff. de re militari, in quibus iuribus ex deli-
ctis grauiſſimis punitur affectus, licet ad actum con-
18 ſummatum non fuerit deuentum. Et ſic eſt practican
da & intelligenda d. l. fin. tit. 27. l. 1. tit. 31. par. 7. l. 1.
tit. 21. lib. 8. recopil. in quibus iuribus expreſſe puni-
tur attentatus, quando ad actum proximum & imme
diatum delicti deuentum fuit: aliàs enim etiam ſi illa
delicta ſint grauiſſima, & atrociſſima, mitius punire-
tur reus, & ideo conſulo, quod ſemper rigor iuris tem
peretur, vt in l. proſpiciendum, ff. de pęnis, l. quid er-
go, §. pęna grauior, ff. de his qui notantur infamia. vbi
notát Baldus, & Paulus Caſtrenſis, idemque explicat
Anto. Gomez. 3. tom. variarum, c. 1. à num. 62. & 63.
19 & Azeuedo, in l. 14. tit. 26. num. 4. lib. 8. recopila. vbi
optime declarat, quando iudex poſſit minuere pęnã
ordinariam à lege impoſitam, & Iulius Clarus ſupra,
20 §. fi. q. 85. nu. 10. Et cauſas ex quibus animus iudicis
moueri poteſt ad legis pęnam tẽperandam, refert Gra
tian. reg. 344. & Bernardus Diaz, reg. 371. Couar. lib.
2. variarum, c. 9. nume. 8. vbi erudite hoc declarat, &
Gregor. verb. *guiſado*, in l. 8. titu. 31. par. 7. quæ omnia
ſunt in praxi valde notabilia pro declaratione & limĩ
tatione plurium legum, & pragmaticarum, diſponen
21 tium pęnas legales non poſſe iudices minuere, vt ho
die habemus diſpoſitũ in pragmatica taxæ panis, qua
non obſtante, inſpecta facti qualitate, loci, & perſonæ
circumſtantijs, poterit iudex illius pragmaticæ, & alia
rum, pęnam minuere, & ita pluries vidi iudicatum in
regali Cancellaria Pinciana, reuocata ſententia iudi-
cum ordinariorum, qui lucri legalis cupidi, non atten
dentes altiora iuris principia, & mentem legum, ver-
ba illarum ad ſui commodum & vtilitatem ample-
ctuntur, quod quidem nec rationi, nec æquitati con-
gruit.

QVÆSTIO DXLI.

*Vtrum fideicommiſſo relicto familiæ per lineam maſcu-
linam, comprehendatur filia deſuncti. Commu-
nis contra communem.*

QVidam teſtator familiæ fideicõmiſſum reliquit,
& voluit, vt poſt mortem filij bona ſua perue-
niant

Google

niant ad deſcendentes per lineam maſculinam. Dubitatum fuit, an filia defuncti in linea conprehenderetur, & partem negatiuam ſequitur Paulus, in l. maritus. C. de procuratoribus. dicens quod linea feminina incipit ab ipſa femina, & ſic remanet exclusa, exclusis deſcendentibus ex linea feminina, quam opinionem ſequitur Alex. conſ. 53. num. 6. vol. 6. & eſſe communem opinionem dicit Crotus, in l. filius familias. §. Diui, num. 10. in fi. vbi Loaces, nu. 67. ff. de leg. 1. & dicit etiam communem Pariſius, conſ. 22. num. 44. vol. 3.

Sed contrariam opinionem ſequitur Iaſ. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & poſt. & veriorem, communiorem & æquiorem dicit Pinelus, in l. 3. C. de bonis mat. num. 29. quam ſequitur Michael Craſſus, receptarum ſententiarum. §. fideicommiſſum, quæſt. 15. num. 5. quę verior eſt.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum nouiter repertum, non impedit executionem ſententiæ.*
2 *Sententia non retractatur propter inſtrumenta de nouo reperta.*
3 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
4 *Exceptio ſolutionis admittitur contra tres ſententias conformes, ex inſtrumento nouiter reperto.*
5 *Caſus de facto in quæſtione propoſita refertur.*
6 *Sententia retractari poteſt per depoſitionem teſtium nouiter repertorum.*
7 *Veritas eſt ſemper detegenda.*
8 *Actor, & reus pariformiter poſſunt vti inſtrumentis de nouo repertis.*

QVÆSTIO DXLII.

Vtrum reſtitutio in integrum ex clauſula generali, detur aduerſus rem iudicatam, prætextu inſtrumenti nouiter reperti. Communis contra communem.

SOlet quotidie dubitari (& iam ſemel habui de facto) an ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam ſit exequenda, ſi contra eam opponatur exceptio ſolutionis per inſtrumentum nouiter repertum (petita prius in integrum reſtitutione, ea clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, de qua in l. 1. §. fi. ff. ex quibus cauſis maiores.) Et in primis videtur dicédum, quod
1 dicta ſententia debeat executioni mandari, non obſtante exceptione ſolutionis per inſtrumentum nouiſſet repertum. Quam ſententiam tenet Abbas, in c. ſuborta, de re iudicata, in verſic. aduerte, & eſt gloſſ. in l. 1. verſ. aut omiſſam. Cod. de ſententijs contra fiſcũ latis non retractandis, lib. 10. Cynus, & Baldus, in l. 1. ff. de re iudicata, & dicit eſſe communem opinionem, Aretinus in c. vltra tertiam, de teſtibus. Et pro hac ſententia videtur tex. expreſſus, in l. ſub ſpecie. C.
2 de executione rei iudicatæ, vbi propter inſtrumenta de nouo reperta, non retractatur ſententia iam lata, vbi notant Bald. & Paulus, text. in l. Imperatores. ff. de re iudicata, vbi Bart. & Iaſ. Felinus, in d. c. ſuborta, num. 11. Iaſ. in l. admonendi. 1. lectura, num. 44. ff. de iureiurando, & eſt tex. de iure regio, in l. 19. tit. 22. p. 3. vbi Gregor. verb. *moſtrando deſpues cartas*, Alex. in d. l. Imperatores, num. fi. Bal. in l. argentarius, §. cum autem, num. 3. ff. de edendo.

3 Sed his non obſtantibus contraria opinio verior, & cõmunior eſt, imo quod petita reſtitutione ea clauſula generali, admittatur exceptio ſolutionis per inſtrumentum nouiter repertum, etiam contra ſententiam tranſlatam in auctoritatem rei iudicatæ, & con
4 tra tres ſententias conformes: maxime quando victus habet probabilem ignorantiam ſuccedens in iure alterius, vel ſi fuit aliqua occupatione implicitus, ita qđ non potuit vti illo inſtrumento. Ita Bal. in d. l. argentarius, Alex. num. fi. in d. l. Imperatores, vbi Angelus, Paulus, Iaſ. nu. 11. & Imola, idem Paulus, in d. l. ſub ſpecie. Et pro hac ſententia conſuluit Alex. cõſ. 194. vol. 1. Zaſius, conſ. 15. num. 62. vol. 2. Socinus, conſ. 194. Matthæus de Afflictis, in deciſ. Neapolitana. 62. Boerius, deciſ. 307. vol. 1. qui dicit communem opinionem. Et hanc eſſe magis communem teſtatur Antonius Gabriel, lib. 2. communium, concluſione 2. tit. de reſtitutione in integrum, & tradit Gutierrez, de iuramento confirmato. 3. p. c. 7. num. 8. qui alios refert, dicentes eſſe communem opinionem, & ita fuit indicatum, ſecundum Padillam, in l. ſub prætextu, num. 17. C. de iuris, & facti ignorantia, & diximus in quęſt.
5 48. in fi. Et ita fuit nuper iudicatum in cauſa contra Gabriel. de Morales, notarium perpetuum audientiæ eccleſiaſticæ huius ciuitatis, qui poſtquam obtinuit tres ſententias conformes contra quendam heredem debitoris ſui (me patrocinante) tempore executionis ſententiæ, ipſe heres oſtendit inſtrumentum ſolutionis, & petita reſtitutione ex dicta clauſula generali, fuit ſententia reuocata. Et ita dicis obtinuiſſe de facto Ioannes Garcia (meritiſſimus fiſci patronus) in tract. dę nobilitate, gl. 6. §. 2. nu. 5. cum ſequentibus, vbi num. 10. hoc ampliat, vt non ſolum procedat in
6 inſtrumento de nouo reperto, ſed etiam in teſtibus de nouo repertis, qui ſunt admittendi, & recipiendi, ne veritas obumbretur: quod eſt de mente Bart. & Iaſ. in d. l. Imperatores, argumen. tex. in l. in exercendis litibus. C. de fide inſtrumentorum, & dicit eſſe o-
7 pinionem æquitati pleniſſimam, vt veritas detegatur cui omnino aſſentior, ex Boetio, deciſ. 307. & hoc, ſi-
8 ue ſententia ſit lata contra reum, ſiue contra actoré, contra Greg. in d. l. 19. & Padillam, & Gutierrez, ſupra, nu. 5. qui dicit communem, cum militet eadem ratio, & eadem æquitas ſuader in vno caſu, quæ in alio, vt tenet Ioannes Garcia, ſupra, cuius ſententia nõ eſt contemnenda. Et vide tradita in quæſt. 600. nu. 5. quando ſententia vulgo dicta, *de reuiſte*, non exequatur ea inſtrumentis de nouo repertis.

QVÆSTIO DXLIII.

Vtrum de iure canonico ex pacto nudo oriatur actio. Communis contra communem, & quid iure regio.

EX nudo pacto iure ciuili actionem non dari omnes conſentiunt. l. iuris gentium. §. ſed cum nulla. ff. de pactis. Et illud idem procedere de iure canonico tenet Innocentius, in c. nouit, de iudicijs, nu. 4. vt ex eo colligit ibi Abb. num. 5. & in c. 1. nu. 5. de pactis, per quem tex. idem tenet Imola, in c. 2. in fi. eod. tit. Barbacia, in c. cauſam quæ, nu. 8. de officio delega. & eſt communis opinio, ſecundum Hubertinum, in

rub. C. de

rub.C.de pact.nu.9.& 83. quē refert & ſequitur Matiē ço,in l.2 tit.16.gl.nu.5.lib.5.recop.& refert duas cōēs contrarias Menchaca, de ſucceſſionum creatio.§.3.nu.59.& etiam refert duas communes, Oroſcius, in l.tale pactū,in princ.nu.16.& 17.ff.de pact.quam partem probat, & late defendit Berengarius, in l.pacta conuenta, ff.de contrahen.empt.præfatio.2.nu.7.cum alijs,& in vol.1.repetitionū, nu.30. Et ſequitur iſtam opinionem Æmilius Ferretus,in d.l.iuris gentium,§.igitur nuda,num.69.vbi dicit,quod quamuis olim crederetur ex nudo pacto de iure canonico actionem oriri, tamen hodie communem opinionem eſſe in contrarium.

Sed contrariam opinionem (imo quod de iure canonico detur actio)probat text.in d.c.1.de pactis, ſic omnium conſenſu intellectus, ſecundum Couarr.in c.quamuis pactum,2.p.§.4.nu.14.de pactis.Pro qua opinione inducit,text.in c.quamquam,de vſuris,lib.6.& plures refert pro hac ſententia (dicens cōem)Tiraquel.de conſtituto.3.p.limit.30.num.33. Bocr.decif.172.nu 5. Dec.conſ.31.& 58.& alios refert & ſequitur Matienço,in l.2.tit.16.lib.5.recop.gloſ.4.nu.4.& hanc partem teſtatur eſſe communem Berengarius,vbi ſupra, nu.30.& 32. & Iuuenalis Acoſta, in rubr.Iuſtit.quib.modis re contrahitur obligatio, quæ pars verior, & communior eſt, quam opinionem ſequuntur Abb.& Felin.nu.33.in proœmio Gregoriano,Romanus, Alex.& Iaſ.in l.ſtipulatio iſta, §.alteri, num.5.de verborum, quam ſequitur Gutierrez, in l.nemo poteſt,nu.155.ff.de leg.1.& in l.vnica,C.quando non pet.part.num.33.& 34.& Azeuedo,in d.l 2.num.33. pro qua ſententia eſt gl.in c.quoties cordis, verb.& per te.1.quæſt.7.quę opinio planiſſima eſt de iure regio,ex d.l.2.tit.16.lib.5.recop. vbi notant doctores,& diximus in quæſt.54.

QVÆSTIO DXLIV.

Vtrum ea,quę requirunt cauſæ cognitionem, poſſint delegari. Communis contra communem.

DElegatus inferioris non poteſt ſubdelegare. Ita gloſſa(per illum text.)in c.ſuper quæſtionum, §.ſi vero,de offic.deleg.tex.(vbi doctores) in l à iudice, C.de iudic.vbi Iaſ.num.5.& 6.Dec.in c.paſtoralis,§.quoniam,nu.3.de reſcrip. & Oroſcius,in l.more maiorum,ff.de iuriſd omn.iud.nu.7.col.557. Maranta, de ordine iudiciorum, 4.p. 5.diſt.nu.4. vbi deſcribit omnes differentias inter iuriſdictionem delegatam, & ordinariam. Et ratio potiſſima eſt,propter defectū iuriſdictionis,vt(pluribus citatis) tradit Gratian.reg.442.& eſt communis opinio, quod ea quæ requirunt cauſæ cognitionem, non poſſunt ſubdelegari,ſecundum Curt.iun.in l.iubere cauere, num.27.ff.de iuriſdict.omn.iud.qui tamen poſtea ſubdit, quod doctores communiter(poſt gloſſam,in l.cognitio, §.vt poſſeſſio bonorum,ff.de officio eius)tenent contrarium, vnde ipſe aduertit ad hanc communem,quæ quidem non procedit in his,quæ ſunt nudi miniſterij,vt in receptione teſtium,& ſimilib.Ita gloſ.fin.in clem.1.de offic.deleg.Iafredus Balbus,deciſio.212.Guillermus Benedictus,in tractatu de canonicatu, num.21. quos ſequitur Gratianus,ſupra, adducens ad regulam nouem limitationes. Prima tamen opinio in quæſt.propoſita verior eſt,& ita communiter obſeruatur.

QVÆSTIO DXLV.

Vtrum excommunicatus conuentus, teneatur procuratorem conſtituere. Communis contra communem.

EXcommunicatus in caſibus, in quibus conuenitur,cogitur procuratorem conſtituere. Ita tenet gl.in c.intelleximus,de iudic.vbi Dec.nu.7.hanc dixit eſſe communem opinionem,& Anchar.& Imola, Abb.nu.5.& Barb.num.27.Felinus,num.3.

Sed contrariam ſententiam docet quidam. Prima tamen opinio verior eſt,& tenenda, & ita apud omnes iudices eccleſiaſticos communiter practicatur, vt tenet Paz,in ſua praxi,1.par. 1 tomo, quinto tempore,nu.53.& 56.vbi dicit communem opinionem, & contrariam communiter damnari, vt docet Pariſius, in c.vltimo,nu.8.de exceptionibus.

QVÆSTIO DXLVI.

Vtrum minor, vel eccleſia decepti ex curſu vnius anni, reſtituantur intra illud, vel requiratur quadrienniū. Communis contra communem.

MInor vel eccleſia decepti ſunt ex curſu vnius anni. Dubitatur,intra quantum temporis competat eis reſtitutio,& quod illis ſit indulgendum tantum,quantū fuerunt in læſione non autem quadriennium,tenet glo.in l.fi. C.de temporibus in integrum reſtitut.pen. quæ vult, quadriennium illis concedi, quando deceptio tanto tempore, vel lōgiori durauit, & non alias,cuius diſtinctionem tenuit eſſe communem Iaſ.nume.60 dicens eſſe de mente communiter ſcribentium,& Zaſius,nu.31.dicens hoc eſſe ex ſententia Dyni,& aliorum doctorum,in §.rurſus,Inſtit.de actionibus.

Sed contrariam ſententiam (imo quod ſemper & indiſtincte competat eis quadriennium) aſſerit communem(ex Cardinali,& Paulo)Matthæus de Afflict.in deciſio.Neapol.175.num.ii. qui dicit in principio legiſtas primam tenere, quam dicit cōmunem Salic.in d.l.fi.nu.6. vltimo ēt dicit communem Paulus, in l.diuortium,§.non ſolum,nu.4.in fi.ff.ſolu.matrimo. quæ verior eſt,& ita communiter practicatur.

QVÆSTIO DXLVII.

Vtrum excommunicatio ſit ſententia. Communis contra communem,& quid iure regio.

EXcommunicatio non eſt ſententia. Ita eſt cōmunis opinio,ſecundum Gomecium,in c.2.§.ſtatuto,num.9.de conſtitutionibus, lib.6. ſed eſt quædam cenſura eccleſiaſticæ diſciplinæ,cap.nemo epiſcopus, 9.quæſt.3.c.certum, 24.quæſt.1.c.3.ſeſſ.25. Concilij Tridentini,& tradit Spino, in ſpeculo teſtamentorū, rubric.11.num.9.

Sed contrariam partem (imo quod ſit ſententia tenet gloſſa in ſumma, 2. quæſtione 1. quam omnes) probant ſecundum Felinum,in rūb.de ſenten.excommu-

municationis, nu. 2. pro qua eſt tex. in l. 4. tit. 9. par. 1. ibi, *de ſcommunion eſt ſententia,* & hanc videtur probare tex. in l. 1. tit. 5. lib. 8. recop. licet Azeuedo, ibi, nu. 14. ſequatur primam opinionem, dicens, quòd impropriè excommunicatio dicitur ſententia, & in nu. 76. quod verum eſt.

QVÆSTIO DXLVIII.

CIrca intellectum text. in l. placet, C. de ſacroſanc. eccleſ. circa verbum, acri no 3 iam, ibi poſitum, qualiter ſit intelligendum, refert duas cões contrarias inter legiſtas, & canoniſtas Alciatus, ibi, num. 16.

QVÆSTIO DXLIX.

Vtrum proceſſus factus cum bannito, qui ex forma ſtatuti non eſt audiendus ſit validus. Communis contra communem.

STante ſtatuto, quod bannitus non audiatur, dubiũ eſt, an proceſſus cum eo factus, non oppoſita exceptione, ſit validus. Et partem affirmatiuam tenet Bar. in l. eleganter, §. ſi quis poſt, ff. de condictio. indebiti, vbi Alex. num. 5. aſſerit (cum Barto.) eſſe communem opinionem.

Sed contrariam ſententiam dixit cõmunem idem Alexan. in l. 1. §. 1. num. 2. verſ. ſed contra iſtam, ff. ad Trebel. & ibi etiam Iaſ. (late examinans) fatetur communem eſſe contra Bart. num. 15. & 16. in 2. lectura, fallitur tamen, in quantum citat Albericum, in l. 1. C. de iuris & facti ignorantia, dicentem hanc partẽ communem. Nam licet latiſſime proſequatur hunc articulum, non dicit communem. Et hanc communẽ contrariam notauit idem Iaſ. in d. § ſi quis poſt, nu. 6. ad fi. & hanc vltimam opinionem ſequitur Nellus, in tractatu bannitorum, a. p. 1. tempo. in fin. Hyppolytus, in pract. crim. §. vlt, quæſt. 37. vbi dicit hoc eſſe perpetuo menti tenendum. Idem tenet in conſ. 16. nu. 33. & conſ. 32. num. 20. vbi ampliat etiam ſi ſententia ſit translata in rem iudicatam, quã opinionem ſequitur & defendit Rolandus, conſi. 60. nu. 30. & 34. vol. 2.

QVÆSTIO DL.

Vtrum priuilegium fori, quod habent clerici, vt non conueniantur coram iudice laico, ſit de iure diuino, vel ex priuilegio Pontificis. Communis contra communem.

PRiuilegium fori, quod habẽt clerici, ne coram iudice laico conueniantur, eſt introductum iure diuino, vt tenet gl. ĩ c. ſi Imperator, 96. diſt. pro qua videtur tex. in c. Sylueſter, 11. q. 1. ibi, *contra leges diuinas,* & eſt communis opinio, ſecundum Alciatum, in c. cũ non ab homine, nu. 2. & 47. de iud. dixit etiam communem Nauar. in c. nouit, illo tit. notabili 6. nu. 6. & 32. quam opinionem dicit etiam communem Flaminius, lib. 5. de reſignatione beneficiorum, q. 9. num. 5. vbi nullum allegat cõtradictorem, & ſequitur Iulius Clar. lib. 5. recepta. ſententiar. §. vlt. q. 36. & Rolãdus conſ. 4. nu. 30. vol. 1. vbi dicit, quod priuilegium fori emanauit à iure diuino, & priuilegiũ canonis, ſi quis ſuadente, à iure poſitiuo, & nouiſſime hanc opinionẽ ſequitur Anto. Schapus, de iure non ſcripto, lib. 1. c. 2. nu. 1. Humada, in l. 65. tit. 5. p. 1. gl. 8. nu. 6. Azeuedo, in l. 5. tit. 3. nu. 6. lib. 1. recopil. Didaeus Perez, in l. 2. tit. 1. lib. 3. ordinam. verſ. q̃ro vtrũ Papa, p. 466. cir fi.

Sed contrariam ſniam (imo clericos priuilegio Romanorum Pontificum eſſe exemptos) tenet Innoc. in c. 2. de maiorit. & obed. quem ibi ſequitur Hoſtiẽſis, Ioannes Andr. Cardinalis, Anchar. Antonius, & Imola, & glo. in concord. Regis Franciæ, tit. de protectione, concor. 1. in princ. dicens alios oẽs idem tenere, & Menchaca, lib. 1. controuerſiar. illuſtrium, c. 22. nu. 8. & late proſequitur Couar. pp. quæſt. c. 31. nu. 2. Alex. conſ. 8. lib. 1. Boer. deciſ. 31. nu. 3. Medina in tract. de reſtitutione, q. 15. Mexia, ad pragmaticã regiam, concluſ. 5. nu. 55. per text. in c. omnis anima, de cenſib. & ad Romanos, cap. 13. vbi Chryſoſtomus hoc notauit. Pro qua ſententia facit tex. in authen. vt eccleſia Romana centum ann. c. magni, 11. quæſt. 1. pro qua opinione conſuluit Rolandus, conſ. 23. vol. 2. nu. 6. & tenet Cardinalis, in ca. perpendimus, de ſenten. excom. oppoſitio. 7. Romanus, ſingul. 414. Rota, in antiquis, 840. Felinus, in c. 2. de maiorit. & obed. dicens cõem, Menchaca, de ſucceſſionum creatione, §. 22. nu. 59. Gutierrez, in l. nemo poteſt, de leg. j. nu. 107. qui alios refert dicentes cõem, Azeuedo, in d. l. 5. tit. 3. lib. 1. recopil. num. 6. Gregor. in l. 6. tit. 1. p. 2. verb. *politico,* & nouiſſime, & copioſiſſime (vltra omnes) Ioannes Garcia, de nobilitate, gloſ. 9. nu. 1. vbi omnia cõgeſſit, quæ in hoc articulo adduci poſſunt pro vtraque parte, qui omnino eſt vidẽdus, cum neceſſitas occurrerit, & ibi reperies fundamenta. Idemque tenet Zenedo, in collectaneis ad ius canonicum, collect. 37. ad decretum, nu. 1. vbi refert 20. caſus, in quibus clericus, etiam in ſacris conſtitutus, aliquando ciuiliter, aliquando criminaliter conueniuntur coram iudice ſeculari, & ſic ſequitur, quod illorum priuilegium non prouenit à iure diuino, ſed à poſitiuo.

QVÆSTIO DLI.

Vtrum in rixa, vel ad euitandam rixam fugere aliquis teneatur. Communis contra communem.

IN quæſtione propoſita tres reperio opiniones. Prima eſt, quòd vir nobilis non teneatur fugere, ignobilis vero ſic. Et hanc innuit communem Bart. in l. 1. nu. 8. C. vnde vi. Secunda eſt, quod aut fuga eſt periculoſa, & non tenetur, aut non eſt periculoſa, & tenetur. Et hanc diſtinctionem communiter tenere Doctores teſtatur Montaluus, in l. 3. tit. 18. p. 2. glo. magna, col. 3. Tertia opinio eſt Bart. in d. l. 1. nu. 8. qui indiſtincte tenet, quem non debere fugere, & hęc eſt cõmunis opinio, ſecũdum Lancelotum Decium, col. ti. Claudium, nu. 13. Iãſ. nu. fin. & Deci. num. 35. in l. vt vim, ff. de iuſti. & iure. Prima tamen opinio magis ſatisfacit, & magis vſu nobilium eſt introducta.

QVÆSTIO DLII.

Vtrum diſpoſitio legis, hereditatum, ff. ad leg. Falcid. procedat in contractibus. Communis contra communem.

Compu-

COmputatio legis, hereditatum, ff. ad l. falcidam, fieri debet in omnibus caſibus, & non reſpectu legis falcidiæ ſolum. Hęc eſt cõmunis opinio ſecundũ Bereng. Paul. Hacum, in l. vnica. C. de ſent. nu. 292.

Sed contrariam ſententiam (imo quod ſolum habeat locum in caſu legis falcidiæ, in quo loquitur) teſtatur communem, vbi late agit illius text. intellectu. & Xuarez, in l. quoniam in prioribus, ampliat. 3. nu. 8. Pinelus, in l. 2. C. de reſcind. 3. p. num. 32. Alciatus reg. 1. præſumpt. 43. Menoch. lib. de arb. caſu 57. Afflictus, deciſ. 33. qui late defendit, quod illa lex non habeat locum in contractibus. Et nouiſſime Gutierrez, pp. quæſt. lib. 2. quæſt. 17. num. 3.

QVÆSTIO DLIII.

Vtrum in foro exteriori teneatur quis alium defendere. Communis contra communem.

IVre canonico, in foro exteriori tenetur quis alium defendere. Ita tenet gloſſ. in l. culpa caret. ff. de reg. iuris, & eſt communis opinio, ſecundum Abb. in c. 1. num. 15. de offic. delegat.

Sed contrariam partem dixit communem modernorum Decius, in d. c. 1. num. 8. & eandem teſtatur cõmunem Iaſ. nume. 31. & Forcatulus, nume. 44. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Quæ opinio verior eſt, & ita communiter obſeruatur.

QVÆSTIO DLIV.

Vtrum occidens bannitum, ſit ſecurus in conſcientia. Communis contra communem.

OCcidens bannitum eſt tutus in foro animæ. Iſta eſt communis opinio, ſecundum Alex. in l. ſi plagij, num. 2. ff. de vulgari. Et ratio eſt, quia ille eſt miniſter, & illud facit legis auctoritate. c. qui peccat, 27. quæſt. 2. iuxta legem, iuſte poſſidet. ff. de acquirenda poſſeſſ. vbi Iaſ.

Sed contrariam opinionem dicit communem idẽ Iaſ. in d. l. ſi plagij, quæ humanior & receptior eſt, quam explicat Duennas, reg. 68. Plaça, de delictis, lib. 1. c. 36. num. 21. Iulius Clarus, lib. 5. receptarum ſententiarum, §. homicidium, verſ. plerumque, num. 52. Menoch. de arbitrarijs, lib. 1. quæſt. 90. num. 48. Olanus, litera. B. num. 14. Greg. in l. 5. tit. 3. p. 7. & vide l. 4. tit. 16. p. 2. ibi, *fueras ende ſi fuere enemigo dado por el rey*, l. 4. tit. 23. lib. 8. recop. vbi late Azeuedo, nume. 12. & Antonius Gom. in l. 76. Tauri, num. 5.

QVÆSTIO DLV.

Vtrum vſura ſit de iure ciuili prohibita. Communis contra communem, & quid iure regio.

VSuræ iure ciuili, vt iure canonico, ſunt prohibitæ, ſecundum gloſſam, in c. quia in omnibus, de vſuris, & eſt communis opinio ſecundum Abb. in c. cum ſit generale, num. 18. de foro competenti, & ſecundũ Couar. lib. 3. variarum, c. 1. num. 6. & in lib. 1. c. 1. & in c. 4. & Iulius Clar. §. vſura, vbi dicit communem, quam ſequitur Rolandus à Valle, conſ. 95. nu. 1. lib. 4. vbi plures refert, dicens etiam communem, & Bonacoſa, lib. 3. communium opinionum, verb. vſura, Burſatus, conſil. 320. nume. 1. lib. 3. Riminaldus iunior, conſil. 83. num. 5. lib. 1. & conſ. 399. nume. 47. lib. 4. Cæphalus, conſ. 549. num. 69. lib. 4. qui dicit eſſe communem opinionem legiſtarum, & canoniſtarum, & theologorum. & Stracha, in tract. de mercatura, tit. deſp. 1. num. 9. Tiberius Decianus, conſ. 2. n. 11. lib. 1. Menochius, de arbitrarijs. caſu 398. & in conſ. 109. num. 28. lib. 2. & conſ. 300. num. 60. lib. 3.

Sed contrariam ſententiam tenet gl. in c. 1. diſt. 10. cuius opinio eſt communis ſecundum Iaſ. nu. 47. Alciatum, num. 8. Baptiſtam de Sancto Seuerino, nu. 30. in l. 1. C. de ſumma Trinitate & fide catholica, & Octauianus Cacheranus, deciſ. Pedemon. 367. num. 9. & pro hac ſententia facit text. in l. 1. C. de vſuris. per quem text. ita tenet Nauar. in manuali. c. 28. nu. 14. poſt gl. verb. Petrum, in d. l. 1. quam ſequũtur Bar. & Paulus ibi, num. 48. & in auth. ad hæc. (contra gloſſam, ibi) C. de vſuris. Conradus, de contr. q. 22. concl. 10. Belluga in ſpeculo principis. rub. 11. §. de vſuris, num. 4. & 15. Soto, de iuſt. & iur. quæſt. 1. art. 1. arg. 3. Sed prima opinio eſt verior & receptior, & magis cõmunis, tam in palatiis, quam in ſcholis, quam ſequitur Azeuedo, in l. 1. tit. 6. libr. 8. recop. nume. 73. vbi dicit, quod de iure canonico, ciuili, & regio, eſt vſura prohibita, idem reſoluit Gutier. lib. 2. canonic. c. 18.

QVÆSTIO DLVI.

Vtrum bigamia contrahatur, quando plures virgines cognoſcuntur. Communis contra communem.

SI vir, qui multas virgines corruperat, cõtrahat matrimonium cum virgine, non efficitur bigamus: ſecus autem eſt, ſi vir, qui mulierẽ non cognouit, ducat ab alio corruptam, quia bigamus iudicatur, per tex. in c. fraternitatis. 34. diſt. Et rationem differentiæ tradit S. Tho. in 4. diſt. 27. q. 3. art. 1. q. 1. ad 3. quã oĩum doctorum cõſenſu eſſe approbatam teſtatur Couar. in cle. ſi furioſus. 1. p. §. 2. col. 3. nu. 3. ver. hinc deducitur, de hom. Aliam tamen rationem tradit Montaigne, in tractatu, de bigamis, quæſt. 6. vol. 14. tractatuum. nu. 3. dicens communem.

QVÆSTIO DLVII.

SEx eſſe bigamiæ ſpecies, eſt cõmunis opinio theologorum, ſecũdum Mõtaignem, de bigamis, quęſt. 6. in princ. vbi etiam ipſe fatetur eſſe communem, qđ ſint ſeptem ſpecies. Et quod bigamia octo modis contrahatur, tenet Syluester, in ſumma, verb. bigamia, & Couarr. in cle. ſi furioſus. 1. p. relectio. §. 2. de homici. Nauarr. in manuali. c. 27. n. 195. Salzedo, in pract. ad Bernardum Diaz. c. 16. & vide l. 5. ti. 5. p. 1. vbi Greg.

QVAESTIO DLVIII.

PRoſequendo materiam præcedentium quæſtionum dico, quod bigamia eſt triplex, vera, ſimilitudinaria, & interpretatiua. Ita tenet communis opinio ſecundum Nauar. in manuali. c. 27. col. 323. nu. 195. Maiolus, de irregularitate, lib. 1. c. 32. n. 3. & bigamia vere dicitur, quando ſecundas aliquis contraxit nuptias,

ptias,gloſſ.communiter recepta,in c.2.de bigamis,ſecundum Flaminium, de reſignatione beneficiorum lib.5.quæſt.3.nu.188. eſt autem bigamia ſimilitudinaria,quando aliquis ordine ſacro inſignitus, vel voto ſolemni aſtrictus,cum aliqua(etiam vnica)contrahit matrimoniũ, & conſummauit,tex.in c.quod.27.quæſt.1.c.fi.de bigam.ita Ang.verb.bigamia.§.9.Syl ueſter,in eod.ver.in princ.& Nauar.ſupra, bigamus vero interpretarius dicitur,qui viduam duxit vxorẽ, & eam cognouit,c.ſi quis viduam,34.diſt.gl.communiter recepta in c.fi.de biga.Capella Tholoſana,deci.255.Couar.in elem.ſi furioſus.§.2.nu.3.vbi dicit magis communem opinionem, quam ſequitur Flaminius Pariſius,ſupra,nu.289.

Sed contrariam ſententiam(imo quod ſit duplex, vera ſcilic. & interpretatiua) tenet gl.in c.2. de biga. & hanc teſtatur eſſe communem Montaigne,de bigamis,quæſt.4.num.1. ad fin. & quæſtio.6. ad fi. cuius contrarietatis effectum, vide per Rebuffum, de pacificis poſſeſſ.nume.193.

QVÆSTIO DLIX.

Vtrum Epiſcopus cum bigamo ad minores ordines ſuſcipiendos diſpenſare poſſit. Communis contra communem.

EPiſcopus cum bigamo ad minores ordines diſpenſare poteſt. Hæc eſt communis opinio ſecundum ſummam Hoſtienſis.2.p.lib.6.ti.7.q.7.& tenet S.Tho.in 4.diſt.27.q.3.art.3. & in additionib. 3.p.q.66.art.5.

Sed in contrarium ſe habere communem opinionem teſtatur Couar.in clem.ſi furioſus,1.p.§.2.col.3.,nu.4.de hom.Greg.in l.5.tit.5.p.1.verb.*dos mugeres*, in fine, immemores dictæ ſummæ Hoſtienſis, & Gomecij,qui,in tract.breuium,nu.20. refert hanc communem contrariam,vbi illam conciliat vno modo, alio vero Nauar.in manuali.c.27.ſupra, vbi neutram dixit communem.Et hanc bigamiæ materiam erudite declarat Antonius Chueus, li.4.inſt. tit.de his qui ad ord. promo. non poſſ.ex nu.152.cum ſeq. & vtrũ Romanus Pontifex poſſit diſpenſare cum bigamo, tradit gl.in c.lector,diſt.34.vbi tenet partem affirmatiuam,cum irregularitas ſit de iure humano, quam opinionem ſequitur Innocentius,in c.2.de bigam. & in c.audientiam,de homici.Nauar.ſupra,nu.97.& dicit communem Hojeda,de benefi.1.p.c.23.nu.117. & Couar.ſupra, & Flaminius, lib.1. de reſign.benefic.quæſt.6.nu.197.& Gregor.in d.l.5.tit.5.p.1.per quam l.probatur hæc opinio, & pro ea plures refert & ſequitur Salzedo,in practica ad Bernardum Diaz, c.16,litera.C.vbi refert opiniones contrarias,& vtrũ epiſcopus poſſit diſpenſare,reſoluit quod non.

QVÆSTIO DLX.

EPiſcopus in caſibus,in quibus diſpenſare poteſt, non tenetur capitulum requirere.Ita tenet gloſſ. verb.epiſcopi,in c.cum ex eo, de electione.lib.6. cuius opinionem dicit communem Antonius,in c.at ſi clerici.§.de adulterijs,num.10.de iudicijs.

Sed contra illam gloſſam, tenet communis opinio,vt tradit Abb.in d.§.de adulterijs,nu.16.vbi contrariam opinionem dicit communem. Prima tamen opinio verior eſt,& ita communiter obſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Vacatio beneficij probatur ex reſignatione facta cauſa permutationis.*
2 *Reſignans priuatur ſuo beneficio per reſignationem.*
3 *Reſignatarius habetur pro mortuo, & priuatio inducitur ipſo iure.*
4 *Reſignatio facta coram Papa,vel ordinario,ſtatim abdicat ius, in tantum quod reſignans remanet ſine titulo.*
5 *Reſignatio ſub conditione facta eſt nulla, donec conditio adimpleatur in forma ſpecifica.*
6 *Contraria communis opinio proponitur.*
7 *Reſignatio ſi non habeat effectum,poſſunt permutantes redire ad beneficia reſignata.*
8 *Beneficium reſignatum cauſa permutationis, non vacat ſimpliciter,ſed ita demum ſi conferatur permutanti.*
9 *Ius quod alteri non quæritur,à me non abdicatur.*
10 *Concordia opinionum refertur.*
11 *Titulus nouus eſt neceſſarius, quando primus fuit extinctus.*
12 *Reſignatio conditionalis,vel reſpectiuà, non ſortitur effectum,conditione non ſequuta.*
13 *Reſignatio conditionalis quæ non habuit effectum, perinde eſt,ac ſi facta non fuiſſet.*
14 *Poſſeſſio beneficij,& actio ſpolij remanet penes reſignantem,ſi conditio non ſit impleta.*
15 *Conditio ſuſpendit actum in euentum conditionis.*
16 *Gratia cõditionalis eſt imperfecta cõditione nõ ſequuta.*
17 *Conditio nihil ponit in eſſe,donec conditio impleatur.*
18 *Summus Pontifex non intendit admittere reſignationes conditionales,conditionibus non impletis.*
19 *Renunciatio facta ex certa cauſa eſt nulla,ſi cauſa non ſequatur.*
20 *Renunciationes habent tacitam conditionem, vt pacta ſeruentur.*
21 *Reſignatio ex quacunque cauſa non habeat effectum, non perditur ius beneficij.*
22 *Reſignatio beneficij, ad cuius titulum fuit aliquis ordinatus,non valet.*
23 *c.2.ſeſſ.21.Concilij Tridentini declaratur,& nu.30.*
24 *Ordinatus ad titulum beneficij,non poteſt illud reſignare,niſi retenta congrua ſuſtentatione.*
25 *Patrimonium,ad cuius titulum aliquis ordinatur, non poteſt vendi, niſi aliunde commode ordinatus viuere poſſit.*
26 *Clerici in minoribus ordinibus conſtituti,poſſunt ſua beneficia reſignare ſine licentia ordinarij, licet aliunde non habeant vnde viuere poſſint.*
27 *Congrua ſuſtentatio quæ dicatur, vt reſignatio valeat, relinquitur arbitrio ordinarij.*
28 *Beneficium dicitur eſſe tenue, quando eius reditus non ſufficiunt pro neceſſario victu clerici, eiuſq; familiæ.*
29 *Centum pro rectore ſolent deſignari de ſtylo curiæ, pro congrua ſuſtentatione clerici.*
30 *Ordinarij licentia à principio alienationis nõ requiritur, quando ordinatus retinet congruam ſuſtentationem.*
31 *Verba Concilij Tridentini in d.cap.2. & conſtitutionis Pij V.referuntur pro hac opinione.*

32 Ingre-

32 *Ingrediens religionem, poteſt abſque licentia ordinarij reſignare beneficium.*
33 *Alienatio bonorum, ad cuius titulum aliquis fuit ordinatus, eſt valida ſine licentia ordinarij ſi ordinatus retineat bona, ex quibus commode viuere poſſit, nec ob hanc cauſam pœnam incurrit. Et quæ ſit congrua, diximus ſupra, num. 29.*
34 *Capellania iuris patronatus reſignatio fauore certæ perſonæ, eſt nulla ſine conſenſu patronorum.*
35 *Reſignatio ſimoniaca non abdicat ius:*
36 *Reſignatio facta in manibus, non habentis poteſtatem recipiendi, eſt nulla.*
37 *Reſignatio facta non expreſſo vero valore, vel non ſeruata forma, eſt nulla, & non abdicat ius a reſignante.*
38 *Reſignans non facit fructus ſuos poſtquam reſignatio fuit admiſſa, & referuntur ſex opiniones.*
39 *Prima opinio in quæſtione propoſita refertur.*
40 *Reſignans tenetur reſtituere fructus perceptos poſt admiſſam reſignationem.*
41 *Reſignans poteſt percipere fructus beneficij donec ſibi intimentur literæ expeditæ reſignations.*
42 *Reſignatio debet eſſe nota reſignanti, non vero particulariter.*
43 *Literæ reſignationis poſſunt expediri in curia Romana, & pars poterit prouiſione ſibi facta non vti.*
44 *Fructus beneficij reſignati debētur reſignatario à die captæ poſſeſſionis.*
45 *Fructus ſequuntur dominium.*
46 *Tertia opinio in quæſtione propoſita refertur.*
47 *Reſignatarius vſque ad diem datæ ſupplicationis poteſt percipere fructus.*
48 *Conſenſus præſtitus in renunciatione retrotrahitur ad tempus datæ.*
49 *Quarta opinio in quæſtione propoſita refertur.*
50 *Quinta opinio in quæſtione propoſita adducitur.*
51 *Fructus debentur reſignanti vſque ad diem præſtiti cōſenſus, & ab illa die incipiunt deberi reſignatario.*
52 *Tempus præſtiti conſenſus attendi debet, & tunc conſenſus dicitur formalis.*
53 *Reſignatarius vſque ad diem præſtiti conſenſus poteſt pœnitere.*
54 *Fructus debentur à tempore quo transfertur dominium.*
55 *Si literis reſignationis iam expeditis tempus labatur, fructus medio tempore percepti pertinent ad reſignatarium.*
56 *Conſenſus reſpectu fructuum retrotrahitur.*
57 *Reſignans in foro conſcientiæ poteſt fructus percipere, donec literæ reſignationis intimentur.*
58 *Sexta opinio auctoris proponitur, adducens concordiam inter beneficium ſimplex & curatum.*
59 *c. cum ſecundum Apoſtolum, de præbendis, expenditur pro prima opinione.*

QVÆSTIO DLXI.

Vtrum abſque noua collatione poſſit aliquis redire ad beneficium reſignatum, quando reſignatio à principio ex aliqua cauſa non habuit effectum. Communis contra communem.

DVbitatur apud iuris interpretes, de quæſtione propoſita, in qua ſæpenumero contingit, quod poſtquam aliquis rite & recte alicuius fauore beneficium reſignauit, poſtea pœnitentia ductus, vel quod ex alia cauſa reſignatio admiſſa non fuerit, an poſſit abſq; nouo titulo & collatione reſignatarius ad beneficium reſignatum redire. Et partem negatiuam, & ſic quod requiratur noua collatio, tenet Rota, in nouis, titulo de renunciatione, deciſ. 1. num. 4. & in tit. de filijs presbyterorum, dec. 1. & in tit. de rerum permutatione, in antiquis, deciſ. 16. num. 6. vbi reſoluitur hanc opinionem eſſe tutiorem & veriorem, quam ſequitur Federicus de Senis, conſ. 156. Felinus, in c. cum venerabilis, num. 11. de exceptionibus, vbi plures refert pro hac ſententia, quam ſequitur Decius, in d. c. cum venerabilis, num. 73. vbi hanc dicit magis communem opinionem, & de magis communi atteſtatur, Selua de benefi. 3. p. quæſt. 24. vbi dicit ab hac opinione non eſſe recedendum, reſoluens eſſe magis æquam & ſecuriorem, & ſequitur Redoan. de Simonia. 1. p. c. 10. nu. 30. & 31. & Maſcardus, de probatio
1 nibus, vol. 3. col. 1396. vbi dicit, quod vacatio beneficij probatur ex reſignatione facta permutationis cauſa, & quod inducit veram vacationem, idemque tenet Milles, in ſuo repertorio, verb. beneficij reſeruatio, & Belamera dec. 87. & in tracta. de beneficio. permut. quæſt. 1. tertiæ partis princip. num. 6. & ratio po
2 tiſſima eſt, quia per renunciationē priuatur reſignans ſuo beneficio, vt eſt communis opinio ex traditis per Paulum Parisium, conſ. 143. nu. 19. vol. 1. Antonius de Buttio, in c. veniēs, nu. 27. de renunciat. vbi Abb. nu. 6. dec. Tholoſana 286. & probat tex. in c. ex tranſmiſſa, illius tituli, ibi, *verum quoniam iam dicta eccleſia ab ea ſoluta dignoſcitur, ex quo ea quæ ſibi contulerat ad petitionem ſuam reſignauit eidem.* Per quem text. idem tenet Flaminius, de reſign. benef. lib. 1. q. 5. nu.
3 1. vbi reſoluit, quod hęc priuatio fit ipſo iure, & habetur pro mortuo, & perditur titulus & poſſeſſio ciuilis, & naturalis, vt tradit Menoch. de recuper. remedio. 1. nu. 165. & Nauar. ſupra, num. 11. Fuſcus, de viſitat. lib. 2. c. 28. num. 24. pro qua opinione facit text. in c. ſolicite, & in c. accepta. de reſtitutione ſpoliato-
4 rum, vbi reſignatio facta coram ordinario, ſeu coram Romano Pontifice, ſtatim abdicat ius ita tantum quod reſignans remanet ſine titulo etiam colorato, & videtur haberi pro derelicto, & illud vt vacans poteſt libere conferri. aut impetrari, vt notat Abb. Antonius de Buttio, & Imola in dictis iuribus, Caſiadorus, titu. de reſt. ſpol. deciſ. 4. Puteus, deciſ. 158. nu. 4. lib. 3. vbi dicit ſic fuiſſe deciſum in Rota, anno 1548. pro Franciſco Peſgueta ciuitatis Burgenſis, contra Gaſparum de Auellaneda; reſoluens, quod eſt communis opinio, quod amittatur etiā poſſeſſio ciuilis, & naturalis per talem reſignationem. Mandoſius, in regula cancellariæ, de imperrat. benef. vacantium per obitum famil. Card. quæſtione 31. num. 19. & de ſignatura gratiæ, cap. 2. titu. regreſſus & acceſſus. & Mohedanus, deciſ. 83. & hanc dicit communē omnium doctorum, & in praxi obſeruatam Pariſius, de reſignatione beneficiorum lib. 1. quęſt. 3. nu. 8. & 9. vbi plures refert DD. & deciſiones pro hac opinione, intelligēdo eam
5 in reſignatione ſimpliciter & abſolute facta, ſecus vero ſi ob aliquam cauſam vel conditionem, quia tunc prius conditio debet in forma ſpecifica adimpleri, quam reſignatio locum habeat. arg. tex. in l. qui heredi, l. Mæuius. ff. de conditionib. & demonſtrationib.

quia renunciationes ob cauſam, habent implicitam
tacitamque conditionem, vt pacta ſeruentur, vt docet
Angelus, in conſ. 59. nu. 8. Pariſius, conſ. 114. nu. 7.
vol. 4. Redoan. de ſimonia. 3. p. c. 3. n. 9. alias enim no
ua collatio neceſſaria eſt, vt tradit Boerius deciſio. 2.
nu. 16. Mandoſius ſup. q. 12. in fi. dicens in permuta-
tione duos actus conſiderari, hoc eſt ceſſionem reſi-
gnantis, & collationem reſignatarij, & ſic cum benefi
cium per renunciationem vere uacet, ſequitur quod
ſine noua collatione ad illud redire non poſſit. Ita
etiam tenet Pariſius, in d. c. cum venerabilis, nu. 41.
6 Sed his non obſtantibus, indiſtincte & generaliter
contraria opinio verior eſt, & ſic reſolutiue tenendũ
eſt, vt reſignans, in caſibus præcedentibus poſſit redi-
re ad beneficium reſignatum, ſine noua collatione.
Rota, tit. de reſt. ſpol. in antiquis dec. 7. Mohedanus,
deciſ. 323. Pariſ. conſ. 5. nu. 7. vol. 4. Puteus, in d. de-
ciſ. 523. lib. 2. & 297. nu. 5. & 247. nu. 2. lib. 2. Hugo
de Celſo, conſ. 45 nu. 5. Et pro hac opinione fuiſſe iu
dicatum reſoluit nouiſſime Flaminius, lib. 1. quæſt.
14. nu. 6. de reſignat. vbi alios refert, & ſequitur pro
hac opinione, quam ſequitur Anania, in cap. 1. de re-
rum permutatione, Dec. in d. c. cum venerabilis, nu.
7 73. vbi dicit, ꝙ quotieſcunque reſignatio non habet
effectum, poſſunt permutantes redire ad beneficium,
ſine noua collatione: & ſequitur Io. Andreas. & Ioan
nes Monachus, nu. 6. in d. c. 1. de rerum permu. lib. 6.
quæ opinio de conſuetudine obſeruatur, vt tenet Pe-
trus Greg. in Syntagmate iuris, lib. 17. cap. 17. nu. 33.
vbi refert ita fuiſſe iudicatum in ſenatu Pariſienſi. 2.
Maij 1525. & 1539. vt etiam refert Rebuffus, de pa-
cificis poſſeſſoribus, nu. 166. & hãc dicit hodie cõem,
& magis communem opinionem, & reſolutionem, &
quod ita ſeruatur de ſtylo, Pariſius, ſup. nu. 12. & 14.
Maſcardus, vol. 3. de probationibus, concl. 1496. nu.
8 2. vbi dicit, quod beneficium reſignatum cauſa per-
mutationis, non vacat ſimpliciter, ſed ita demum ſi
ſequatur conſenſus ſuperioris & conferatur permutã
ti, in cuius diſpoſitionem reſignatio ſaltim virtualiter
9 fuit collata: & ſic ius quod alteri non quæritur a me
non abdicatur, l. nec vtile. ff. ex quibus cauſis maiores
l. qui abſenti. ff. de acquir. poſſeſ. In qua doctorum va
10 rietate prædictæ opiniones ad amicitiam & concor-
diam reducendæ ſunt, vnde duos caſus conſtituo. Pri
mus eſt quando reſignatio ſimpliciter facta fuit. Se-
cundus, quando ob aliquam cauſam, vel conditionẽ,
aut modum. In primo caſu, cum reſignatio, vel renũ-
ciatio beneficij non ſit reſpectiua, ſtatim facta renun
ciatione ſolenniter, poſſeſſio beneficij amittitur, & ſic
noua collatio neceſſaria eſt, & inſtitutio canonica,
alias enim nullo modo ad prædictum beneficium re-
dire poteſt. Ita reſoluit Pariſius, in d. c. cum venerabi-
lis, nu. 44. de exceptionib. Nauar. in d. c. accepta, nu.
31. oppoſitione 7. de reſt. ſpol. & eſt gl. in c. quod Dei,
de ſtatu monachorum, & eſt communis opinio, ſecũ-
11 dum Flaminium, vbi ſupra, nu. 20. dicens, quod vbi
eſt extinctus titulus quem quis habebat per prędictá
renunciationem, ſequitur quod nouus ſit neceſſarius.
Pro qua ſententia expendi poteſt, tex. in clem. 1. de re
rum permutatione, c. 1. eod. titu. lib. 6. & ita de facto
quotidie ſeruari teſtantur domini, Rotæ deciſ. 7.
alias 399. de rerum permutatione, in antiquis, & in
deciſ. 18. alias 863. nu. 6. eodem tit. Quam reſolutio-
nem dicit rationem dicit tutiorem, & quod in practi-
ca ſeruatur Maſcardus, ſupra, nume. 3. in fine. & hoc
ſiue permutatio, ſeu reſignatio habeat effectum, ſiue
non: quia ex parte illius, qui iam reſignauit, vacat be
neficium. At vero in ſecundo caſu, quando reſignatio
reſpectiua & conditionalis fuit, ſi non ſequatur con-
ditio, vel modus, poteſt reſignatarius redire ad bene-
ficium, abſque nouo titulo, & collatione, quia illa re-
12 ſignatio conditionalis, non abdicat ius, niſi conditio
nibus impletis. Ita tenet Rota, deciſ. 4. titu. de rerum
permutatione, in antiquis, Iaſon conſ. 86. lib. 3. Pari-
ſius, conſ. 5. num. 7. volum. 4. Guido Pap. deciſio. 59.
Cotta, deciſ. 318. & 321. Mandoſius, in reg. Cancel-
lariæ, de impetr. benef. vacant. per obitum famil. Car
dinal, quæſt. 31. num. 16. & in praxi ſignaturæ gratię,
titu. regreſſus & acceſſus. cap. 2. & ita ſæpius in Rota
fuiſſe iudicatum reſoluit Mohedanus, deciſione 83.
Puteus, deciſione 145. lib. 1. Et ita anno 1579. reſolu
tum fuiſſe in Rota dicit Flaminius, ſupra, lib. 1. quæ-
ſtione 3. num. 8. vbi refert plures deciſiones pro hac
ſententia, & quod ſit communis opinio omnium do-
ctorum, & in practica obſeruata, quia perinde eſt, ac
13 ſi reſignatio facta non fuiſſet, ſi conditiones non ſer-
14 uentur: & ſic poſſeſſio beneficij. & actio ſpolij rema
net penes reſignãtem. Ita Paleotus, deciſione 48. Ga
briel, conſ. 185. num. 2. lib. 1. conditio enim eſt eius
15 naturæ, vt ſuſpendat actum conditionalem in euen-
tum vel defectum conditionis. l. ſub conditione. ff. de
condictione indeb. l. cedere diem. ff. de verborum ſi-
gnificatione, l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſa
cauſa teſtamenti, Menochius, cõſ. 63. num. 28. vol. 1.
& conſ. 78. num. 14. eod. vol. Corneus, conſ. 237. nu.
5. volum. 4. & eſt communis opinio, quod gratia con-
16 ditionalis eſt imperfecta, conditione non ſequuta.
Ita tenet gl. (per illum tex.) in cap. ſi pro te, de reſcri-
ptis, Menochius, conſ. 105. num. 86. & 38. num. 15.
17 eodem volum. quia nihil ponit in eſſe antea quã im-
pleatur. l. donatarius ff. de donatione ob cauſam, glo.
in clem. 1. de conceſſione præbendæ. Bart. in l. 1. ff. de
conditionibus & demonſtrationibus, Cæphalus con
ſil. 37. num. 47. & conſ. 56. num. 31. & conſ. 218. nu.
10. vol. 1. Burſatus, conſ. 47. nu. 42. & conſ. 46. num.
20. vol. 1. Menochius, conſ. 49. nume. 140. volum. 1.
Nauar. conſ. 2. num. 1. de conditionibus appoſitis. Ex
quibus euidenter conſtat, quod non adimpletis cõdi
tionibus, ius non abdicatur a reſignã te, & reſignatio
habetur, ac ſi a principio facta non fuiſſe, & ſic non
eſt neceſſarius nouus titulus, nec collatio, quia ſum-
18 mus Pontifex nõ intendit admittere has reſignatio-
nes conditionales, niſi conditiones ſeruentur, vt tra-
dit Mohedan. d. deciſ. 83. Cõr. deciſ. 423. & 338. Pa-
19 leot. dec. 33. Pariſ. conſ. 114. nu. 7. vol. 4. vbi dicit, qđ
reſignatio limitata debet obſeruari alias prouiſio il-
lius erit nulla, Anchar. in c. rum vniuerſorũ, de rerũ
permu. nu. 2. vbi dicit, quod renũcians ex certa cauſa,
cauſa, non ſequuta poteſt redire ad beneficium renũ-
ciatum. Idẽ tenet Gemin. in c. ſi tibi beneficiũ, nu. 5.
20 de præb. lib. 6. vbi dicit, renunciationes hẽre tacitã cõ
ditionẽ, vt pacta ſeruẽtur. Idẽ rñdit Ang. cõſ. 59. nu.
21 8. Et ſi ex quacunq; cauſa ſit reſignatio, vel renũcia-
tio non habeat effectũ, non perditur titulus beneficij,
neq; eius prouiſio deuoluitur ad ſuperiorẽ, veluti qñ
vnus permutantium nõ habeat ius in beneficio quod
permu-

permutabit, vel ſi permutatio fuerit facta reſignante
22 ſub hac conditione, ſi alterius beneficium aſſequatur.
Et poſſumus etiam exemplum conſtituere in reſigna
tione beneficij eccleſiaſtici, ad cuius titulum fuit ali-
quis ordinatus, non retenta congrua ſuſtentatione,
23 quia cum reſignatio ſit nulla, vt in c. 2. ſeſſ. 21. Conci-
lij Tridentini, non vacat prædictum beneficium, &
ſic non eſt neceſſarius nouus titulus, nec collatio, quē
text. Concilij optime declarat Flaminius Pariſius, de
24 reſigna. lib. 5. q. fi. num. 164. vbi reſoluit eſſe commu
nem opinionem, quod talis reſignatio, vel renūciatio
ſit nulla, etiamſi fiat coram Romano Pōtifice, niſi con
ſtito coram ordinarijs locorum, quod aliunde com-
mode viuere poſſunt, ita Nauar. in manuali, c. 22. nu.
18. Sebaſtianus de Medicis, in l. fi. C. de legibus, gloſ.
3. num. 312. & ita cenſuit ſacra congregatio Card. an
no 1588. & fuit reſolutum in Rota, in vna Hiſpalen.
25 1578. quod quidem etiam procedit, quando ad titu-
lum patrimonij aliquis fuerit ordinatus, quia niſi cō-
mode viuere poſſit, non poterit vendere, nec alienare
prædicta bona, cum non deceat eos qui diuino mini-
ſterio aſcripti ſunt, cum ordinis dedecore mendicare,
aut ſordidum aliquem quæſtum exercere, vt in c. dia
coni, diſtinct. 93. c. ad ſupplicationem, de renunciatio
ne. Et hæc eſt præambula intentio Concilij, in d. c. 2.
26 cuius diſpoſitio à ratione ceſſante nō habebit locum
in clericis in minoribus ordinibus cōſtitutis, qui poſ-
ſunt reſignare ſua beneficia, licet aliunde nō habeant
vnde viuere poſſint. Ita Couarr. in 4. Decret. 2. p. c. 6.
§. 3. num. 5. Mandoſius, in regula, de male promotis,
quæſt. 1. in fin. & hanc dicit communem opinionem
27 Flaminius, ſup. nu. 178. quæ vero dicatur ſuſtentatio
congrua, vt reſignatio ſortiatur effectum relinquitur
iudicis ordinarij arbitrio, qui cōſiderata qualitate per
ſonarum, locorum, & temporum, iudicabit, vt in ſimi
li ſcribit Geminianus, conſ. 35. & in c. ſicut, de ſupplē
da negligentia prælatorum, & in c. 1. de præbendis,
lib. 6. Menochius, de arbitrarijs, caſu 216. numer. 2.
Hojeda, de beneficijs incompatib. 1. p. c. 19. à nu. 33.
vſq; ad finem, & ſubdit Menochius, ſupra, quod pru-
28 dens iudex iudicare poterit illud beneficium eſſe te-
nue & paruum, cuius reditus non ſufficiunt pro ne-
29 ceſſario victu clerici, ſuæq; familię. Solent tamen de
ſtylo curię pro congrua ſuſtentatione centum pro re-
ctore deſignari, vnde alienatio, vel reſignatio bono-
rum, aut beneficiorum, ad cuius titulum aliquis fuit
ſacris ordinibus promotus, valida iudicabitur, ſi cleri
cus retineat aliunde centum pro congrua. Verius ta-
men exiſtimo, quod hodie illa dicetur cōgruę ſuſten-
tationis retētio, ſi ordinatus retinet beneficium quin-
quaginta aureorum, cum illa quantitas reputetur ab
ordinario ſufficiens à principio, vt clericus ſacris ordi
nibus inſigniri valeat. Ita Flaminius, ſupra, lib. 5. q. 6.
num. 156. quia nihil eſt in iure tam naturale, quam vt
omnis res diſſoluatur, per quaſcumque cauſas naſci-
30 tur, quod adeo verum eſt, quod in hoc caſu nulla re-
quiritur ordinarij licētia à principio alienationis, vel
reſignationis: & ſufficiet ad euitandam pœnam alie-
nationis, & actus nullitatem, ſi conſtiterit ordinario
per legitimas probationes, ordinatum tempore aliena
tionis bonorum, vel reſignationis, aut renunciationis
beneficij, habere commode vnde viuere poſſit. Et il-
31 lud nobis clare inſinuant verba Concilij, in d. c. 2. ibi,
niſi conſtito, quod aliunde viuere commode poſſit. Et ibi,
aliter facta reſignatio nulla ſit. Et ibi, *atq; illa deinceps,
ſine licētia epiſcopi alienari, aut extingui, vel remitti nul-
latenus poſſint, donec beneficium eccleſiaſticum ſufficiēs
ſint adepti, vel aliunde habeant, vnde viuere poſſint.* Quę
limitatio ad omnia contenta & tradita pro regula in
ſacro Concilio eſt referenda, ita vt hic ſenſus affirma
tiue conſtituatur: Ordinatus ad titulum patrimonij,
vel beneficij, poteſt ſine licentia ordinarij patrimo-
nium vendere, & alienare, beneficiumque reſignare,
ſi habeat aliunde vnde viuere poſſit. Et ita in hoc ſen
ſu ſunt etiam accipienda verba conſtitutionis Pij V.
58. ibi, *ſed nec horum nullus ſacro ordine mancipatus, ni
ſi religionem ingreſſurus valeat vllo modo beneficium,
vel officium eccleſiaſticum reſignare, niſi aliūde ei ſit quo*
32 *in vita poſſit commode ſuſtentari.* Aduerte, obſecro, ad
illa verba, vbi parificantur illi duo caſus, videlicet, qđ
ordinatus hēat aliunde congruā ſuſtentationē, vel qđ
ingrediat religionē: in quib. caſib. reſtringitur regula,
33 & deciditur qđ valeat alienatio, vel reſignatio abſq;
licētia ordinarij (conſtito qūcumq; qđ aliunde cōmo
de tempore renunciationis viuere poſſit) cum in hoc
caſu ceſſet prohibitio Concilij, & ratio text. in c. 4. de
pręband. & ſi hoc aperte conſtiterit (alienatione, vel
reſignatione iam facta) non incurrit aliquam pęnam
ordinatus, nec vitio nullitatis alienatio, vel reſignatio
ſubiacebit. Qui ſenſus & intellectus ad d. c. 2. Conci-
lij, veriſſimus eſt niſi illi obſit eſſe nouum, & à nemi-
ne vnquam perpenſum, vt etiam reſoluimus in quęſt.
527. nu. 8. & docet Syluester, in terminis iuris cōis,
verb. clericus, el 4. nu. 9. Ex quibus omnibus manife-
ſte colligitur, quod quomodocūque reſignatio ſit nul
la, ius non abdicatur à reſignante, vt tradit Rebuffus,
conſ. 75. nu. 4. & eſt communis opinio doctorum, vt
ſupra traditum eſt.
34 Ex qua reſolutione infero, quod ſi beneficium iu-
ris patronatus laicorum, vel cappellania reſignetur in
fauorem certę perſonę ſine conſenſu patronorū, vel ſi
ne legitima derogatione iuris patronatus, talis reſigna
tio, vel renunciatio erit nulla, & ius remanet integrū
apud reſignantē, abſq; nouo titulo & collatione. Ita
fuit reſolutum in Rota, in vna Hiſpalenſi Capellania
Sanctę Catherinę, 10. de Diziembre 1539. vt teſtatur
Mohedanus, deciſ. 338. & 323. & Burſat. conſ. 411.
35 nu. 4. & 5. Similiter ēt reſignans ſimoniace non abdi
cat ius à ſe. Ita Innocen. in c. cum vniuerſorum, de rer.
permut. Rota, deci. 7. tit. de renunc. in antiq. vbi Caſſia
dorus, deciſ. 3. Burſat. ſup. nu. 24. vol. 4. & in vtroq; ca
ſu hāc dicit cōem opinionem Pariſ. lib. 1. q. 3. nu. 95.
36 cum ſeq. vbi idem reſoluit, qū reſignatio fuit facta in
manibus non habentis facultatem recipiendi reſigna
tionē, vt tradit Guido Papę, deciſ. 177. Nauar. in d. c.
37 accepta, oppoſ. 7. nu. 23. & 33. de reſtit. ſpol. & in re-
ſignatione facta non expreſſo vero valore, vel facta à
procuratore non ſeruata forma mādati. idem reſoluit
copioſe & eleganter Flaminius, ſup. alios plures ca-
ſus referens valde vtiles, & quotidie in praxi contin-
gentes. Ex qua reſolutione venit explicanda alia non
38 minus vtilis quam difficilis & practicabilis quęſtio,
vtrum reſignans, poſt reſignationem ſimpliciter,
vel ſub conditione factam, poſſit percipere fructus
beneficij reſignati: & an conſideretur tempus re-
ſignationis (ita vt ex illa die non poſſit conſequi fru-

ctus) vel tempus quo literæ fuerunt expeditæ, vel da-
tæ ſupplicationis, vel adeptæ poſſeſſionis. In qua dif-
39 ficultate variæ ſunt doctorum opiniones, quas breui
tati conſulendo recolligam. Prima enim opinio eſt,
quæ loquitur indiſtincte & generaliter, quod reſi-
40 gnans non poſſit poſt reſignationem fructus benefi-
cij reſignati percipere. Ita Monachus, in c. ſi te, num.
30. de renunciatione, lib. 6. Pariſius, conſil. 39. vol. 4.
Rebuffus, conſ. 22. num. 19. & ita fuit decíſum in Ro
ta, tit. de renunciatione, dec. 1. & ſic ſi poſt renuncia-
tionem, vel reſignationē ſolenniter factam, reſignans
percipiat fructus, tenetur ad illorum reſtitutionem,
vt docet Monachus, & Paulus Pariſius, ſupra, & Re-
buffus, conſ. 22. nu. 19. quia in hoc caſu intruſus re
putatur, vt reſpondit idem Pariſius, conſ. 143. nu. 18.
vol. 4. Selua de beneficijs, 1. p. q. 11. nu. 9. Lancelotus,
de attentatis. 1. p. c. 3. num. 73. Decius, conſ. 115. Ex
qua concluſione ſuboritur noſtra dubitatio, vſq; ad
quod tempus poſſit reſignans illos percipere fructus,
in qua quæſtione Rebuff. in praxi benef. tit. de reſig.
Simon, nu. 41. & in tit. de publicandis reſignationi-
bus, glo. 18. nu. 17. & in tract. nominat. quæſt. 14. nu.
41 157. in ea eſt ſententia, quod reſignans poſſit fructus
percipere beneficij reſignati, donec fuerint ſibi inti-
matæ literæ expeditæ in fauorem reſignatarij. Et hu-
ius opinionis fundamentum eſt extrauagans, iniun-
ctæ, de electione, vbi dicitur, quod reſignatarius non
poteſt percipere fructus ante receptionem literarum,
in tantum, quod non ſufficiat vt reſignans notum ha
beat literas reſignationis eſſe expeditas, niſi ei intima
42 tæ fuerint. Ita Nauar. in d. c. accepta, n. 11. quia reſigna
tio debet ei eſſe nota vt reſignanti, & ſic iuridice
(prout dicimus, notum iudici, vt iudici) l. hac autem.
§. non defendi. ff. ex quib. cauſis in poſſ. eatur. Decius,
conſ. 295. nu. 5. Zabarella, in clem. cont. quia cōtingit,
oppoſitione 3. de religioſis domibus. Maxime, quia li
43 cet ſit notū reſignanti literas eſſe expeditas in curia
Romana, non tamen eſt notum, quod pars velit proui
ſione ſibi facta vti: vt animaduertit Frācus, in c. vt no
ſtrum, col. 4. de appellationibus.

44 Secundam opinionē refert idem Rebuff. (ſibi con
trarius) conſ. 186. num. 19. vbi tenet, quod reſignata-
rio debentur fructus a die captæ poſſeſſionis, quia tūc
conſequitur exercitium & effectum dominij. idemq;
tenet Chriſtophorus Roſianus, de benef. c. 14. n. 26.
45 dicens, quod reſignatarius vere dominus dicitur, &
per conſequens tanquam ad dominum exſpectāt fru
ctus. l. fructus. l. in fundo. l. ex diuerſo. l. non ſolum. §.
meum. ff. de vſufructu. l. ſi dominium. C. de pignori-
bus. l. Herennius. ff. de euictionibus. c. conqueſtus, de
vſuris, Ruynus, conſ. 25. & 53. nu. 23. lib. 2. Cæpha-
lus, conſ. 49. nu. 13. & conſ. 50. & 131. nu. 14. & 215.
nu. 49. & 299. nu. 13. Nauar. conſ. 7. nu. 2. tit. de ſen-
tentia excommun.

46 Tertiam opinionem tenet Sarm. in reg. de publicā
47 dis, q. 7. nu. 2. vbi tenet reſignantem poſſe percipere
fructus vſq; ad tempus datæ ſupplicationis, & ex illo
tempore ad reſignatarium expectare. Et pro hac opi-
nione conſuluit Flamin. lib. 1. q. 6. nu. 37. & ratio hu-
ius opinionis eſt, quia poſt datam ſupplicationis, reſi
gnans admittit titulum beneficij, dominium, & poſ-
ſeſſionem, vt tradit Rota, dec. 4. in nouis, tit. de renun
48 ciatione, vbi Caſſiad. deciſ. 2. quod conſenſus præſti-
tus ſemper trahitur ad tempus datæ, & ideo conſen-
ſus formalis non eſt neceſſarius ad perfectionem grā
tiæ, ſi de eo aliunde conſtiterit: ita Pariſius, conſil. 45.
num. 21. vol. 4. Boetius, deciſ. 348. num. 4.

49 Quarta opinio fuit aliorum doctorum dicentium,
fructus deberi reſignanti, donec ius plenum quęratur
reſignatario: quod tunc quæritur purificatis conditio
nibus, & poſt acceptationem factam ab ipſo reſigna-
tario. Ita gl. & Ant. de Butrio, nu. 15. in c. cum pridē,
vbi Abb. nu. ſi. de pactis, & ita pluries in Rota fuiſſe
reſolutum tradit Flaminius lib. 1. q. 3. nu. 4. vbi etiam
dicit eſſe communem opinionem omnium doctorū,
pro qua opinione adducitur tex. in l. neceſſario. §. quod
ſi pendente. C. de periculo & commodo rei venditæ.
& ſequitur Pariſius, conſil. 59. num. 35. lib. 1.

50 Aliam vero & ſic quintam opinionem (maturius
conſiderando) tenet ipſe Flaminius, ſup. nu. 38. dicēs
51 fructus deberi, reſignanti vſq; ad diem præſtiti con-
ſenſus, & ab illa die incipiunt deberi reſignatario, &
pro hac opinione reſoluit iudicaſſe in cauſa ſibi com-
miſſa Montis regalis, anno 1585. pro qua opinione
conſuluit Hieronymus Gabriel, conſ. 192. nu. 34. &
52 ratio huius opinionis eſt, quia in reſignationibus re
ſpectiuis, & conditionabilibus, attēditur tempus præ
ſtiti conſenſus (qui appellatur formalis) vt in c. cū vni
uerſorum, de rerū permutatione, ita Puteus, deciſ. 42.
53 & ſic vſque ad illud tempus præſtiti cōſenſus, poteſt
reſignans pęnitere, vt reſoluit Rota, & communis ſty
lus curię, ſecundum Burſatum, conſ. 395. volum. 4. &
plures pro huius opinionis cōfirmatione deciſiones,
refert & ſequitur Flaminius, ſup. nu. 39. & hæc eſt ve
54 ra & certiſſima concluſio, quod in omni materia de-
bentur fructus à tempore quo trāsfertur dominium,
vt in d. l. fructus. ff. de rei vend. l. traditionibus corre-
ſpectiuis, & pręſtito conſenſu ius abdicatur, & ex tūc
transfertur ius beneficij in reſignatarium, vnde meri
to reſignans poterit percipere fructus vſque ad diem
præſtiti conſenſus, & ab illa die incipiunt deberi reſi
gnatario, cui plenum ius in beneficio acquiritur. Quę
55 opinio in tantum procedit, & vera eſt, quod etiam ſi
ſtetiſſet per aliquod tempus (literis tam expeditis) ac-
cipere poſſeſſionem, fructus perceptos, vel medio tē-
pore percipiendos, & pendentes, pertinēt ad reſigna
tarium, vt reſoluit Hieronymus Gabriel, d. conſ. 192.
nu. 6. vol. 1. cum illico præſtito conſenſu, ſine aliqua
retardatione efficiatur dominus, ante adeptam poſſeſ
ſionem, ita Archidiaconus, in c. ſi tibi, de præbendis,
lib. 6. vbi Geminianus, nu. 2. Francus, nu. 7. Alex. cōſ.
56 121. nu. 6. vol. 4. quia conſenſus ratione fructuum re
trotrahitur, & perinde eſt ac ſi eo tempore facta fuiſ-
ſet collatio, & adepta beneficij poſſeſſio, Rebuffus,
57 conſ. 22. nu. 19. vbi dicit, ꝙ vſq; ad notificationem
reſignationis factæ poterit in ſcientia reſignans fru-
ctus percipere, quia pōt præſumere, ꝙ ſuperior noluit
reſignationē admittere, vel ꝙ ꝓcurator non reſigna-
uit, aut pars nō curauit. Ita Probus, in additionib. ad
Monachum, in c. 2. nu. 30. de renunciatione. lib. 6. ar
gumēto tex. in l. ſed & ſecus. §. ſi abſenti. ff. pro ſocio.
58 In qua doctorum, & opinionū varietate, verius
diſtinguendum eſſe puto, quod aut reſignatur bene-
ficiū in forma gratioſa, aut in forma dignum. Primo
caſu procedit hæc poſterior opinio, in ſecundo vero
(maxime in beneficijs curatis, licet etiā in forma gra-
tioſa

Google

tioſa fiat,procedit opinio Rebuffi, dicentis reſignantem poſſe percipere fructus,donec fuerint ſibi intimatæ literæ expeditæ in fauorem reſignatarij, & ſic donec iudicetur idoneus reſignatarius ab ordinario, nõ perdit titulom, nec poſſeſſionem beneficij reſignans, & vſque ad illud tempus ille proprius, & verus parochus dicitur,& non reſignatarius, quia ille ſupportat onera benefi.ij,audit confeſſiones,celebrat matrimonia,reſidet perſonaliter(ſaltim de conſuetudine) vt tradit Flaminius,ſupra,quæſt. 10.num.4.& ſic congruit rationi, & æquitati, vt ad illum fructus pertineant:
59 pro qua opinione expendo text. in c.cum ſecundum Apoſtolum,16 de præben.ibi,*cum ſecundum Apoſtolum,qui altari ſeruit, viuere debeat de altari, & qui ad onus eligitur,repelli non debeat à mercede.* Et ibi,*dignũ eſt vt eccleſiæ ſtipendijs ſuſtententur, in qua,et per quam diuinis obſequijs aſcribuntur.* Pro qua opinione expendi etiam poſſunt tradita per Couarr. lib. 1.variarum, c.15.nu.12. & cum caſus iſte in praxi euenitſet, vidi pluries iudicatum pro hac opinione, coram ordinario huius Archiepiſcopatus Toletani, & cum caoſa fuiſſet deuoluta ad illuſtriſſimum Nuntium Apoſtolicum, ita fuit obtentu n· & ſic ab hac opinione non eſt recedendum in iudicando & conſulendo.

QVÆSTIO DLXII.

Vtrum renunciatio V. lleiani valeat extra iudicium.Communis contra communem,& quid iure regio.

VIdimus ſupra,in quæſt.515. quod mulier poterat renunciare Velleiano,dum tamen eſſet illius beneficij certiorata. Nunc autem dubium eſt,an iſta renunciatio extra iudicium facta valeat. Et minime valere tenet Imola,dicens eſſe communem opinionem, in c.ex reſcriptis,de iureiurando,quem refert & ſequitur Couar.in c.quamuis pactum, 2.p.§.3.num.5.col. 3.qui etiam col.5.illius uum. hanc fatetur eſſe cõmunem opinionem, idem tenet Gomecius, c.13. 2.tom. variarum,num.7. Et ratio eſt, quia eadem facilitate, qua inducitur mulier ad fideiubendum,eadem induceretur ad renunciandum,l.doli,§.diuerſam,ff.de nouat.& hanc rationem aſſignant doctores, in l.fi.C.ad Velleianum.

Sed contrariam ſententiam(imo quod talis renunciatio extraiudicialis valeat, ſi mulier fuit certiorata) aſſerit communem Barbacia,nu.75. & Melchior,nu. 19.in c.ſi diligenti, de foro compet.& (pluribus alijs citatis)idem reſoluit Padilla,in l.non paſſim, à nu.7. cum ſequentibus, de iuris, & facti ignorantia, quem ſequitur Matienço,in l.9.tit.3.gloſ.1.num.3.lib.5.recopil.& ita quotidie practicatur. Et pro hac opinione eſt bonus tex. in l.3.tit.12.p.5. vbi notat Greg.verb. *renunciando*, dicens legem illam eſſe perpetuo menti tenendam, cum de iure communi non eſſet lex, quæ hoc ita decideret, quam legem declarat Antonius Gomez.2.tom.variarum, cap.13.num.16.Gutierrez,de iuramento confirmatorio,1.p.c.20.nu.2.

Solet tamen dubitari inter ſcribentes,an renunciatio Macedouiani facta à minore, confirmetur iuramẽto. In qua quæſtione ſunt etiam duę communes cõtrariæ, de qua re vidẽdus eſt Couar.in c.quamuis pactũ, 2.p.§.3.Menchaca,de ſucceſſionum creatione, §.28, num.51.qui refert duas communes contrarias, & tertiam opinionem ſequitur Gutierrez,de iuramẽto cõfirmatorio, 1.p.c.43. num.2.qui tenet contra Menchacam,& reſoluit,quod talis renunciatio non firmetur iuramento, cum lex prohibeat actum in odiũ creditoris,magis quam fauore minoris. Quæ opinio veriſſima eſt,& ab ea non eſt recedendum in iudicando & conſulendo.

SVMMARIVM.

1 *Habitus honeſtus qualis dicatur.*
2 *Cap.6.ſeſſ.23.Concilij Tridentini,declaratur.*
3 *Clericus habens beneficium eccleſiaſticum gaudet fori priuilegio,etiam ſi non deferat habitum,& tonſuram.*
4 *Lex 1.tit.4.lib.1.recopilationis declaratur.*
5 *Clericus effectus poſt delictum commiſſum, gaudet fori priuilegio.*
6 *Ordo eccleſiaſticus liberat à iuriſdictione iudicis ſecularis.*
7 *Fraus præſumitur in clerico, quando intra ſex menſes à die commiſſi delicti, tonſura & veſtibus clericalibus vſus eſt.*

QVÆSTIO DLXIII.

Vtrum clericus primæ tonſuræ, incedens ſine habitu & tonſura,gaudeat fori priuilegio, ſi reaſſumat habitum poſt delictum. Communis contra communem.

CLericus primæ tonſuræ incedens ſine habitu, & tonſura,non gaudet priuilegio fori.text.eſt, in c. cum non ab homine, de iud.eſt tamen aduertendum,
1 quod dicitur habitus honeſtus,quando eſt clericis cõueniens,cum in iure non ſit determinatum, vt docet gloſ.verb.ſecularis,in fine,in clem.1.d.elect.idemq; tenet Alex.conſ.8.in fine,vol.1.& conſ.19. vol.6 & Rolandus,conſ.4.num.26.vol.1. & probatur in c.6.
2 ſeſſ.14.Concilij Tridẽtini,ibi, *veſtes congruentes ordini ſemper deferre*, & ita eſt intelligendus tex. in c.17. in fine, ſeſſio.23. Concilij Triden. & declarat Iulius Clarus,receptarum ſententiarum,§.fi.quæſtio.36.nume.4. vbi reſoluit, quod cognitio huius cauſæ pertinet ad iudicem eccleſiaſticum, & quod ita fuit iudicatum. Dubium tamẽ eſt,ſi poſt perpetratum delictum reaſſumat habitum, & tonſurã, an gaudeat prędicto priuilegio. Et non gaudere tenet capella Tholoſana, deciſione 144.dicens ſic fuiſſe pronunciatum, & colum.2.aſſerit, quod ita tenent omnes legiſtę communiter.

Sed contrariam opinionem(imo quod in tali caſu gaudeat priuilegio fori) dixit cõem Alex. conſ.149. vol.6.num.7.& eandem dixit communem Hippolytus,ſingulari 480. quam quęſtionem explicat Couar. practicarum quęſt.c.32.num.fin. vbi plures doctores antiquos refert, & Anton.Gomez, 3.tom. variarum, ca.10.num.5. Didacus Perez,lib.3.ordinamenti,colum.744.Auendannus.in cc.prętorum,lib.1.cap 11. nu.12.& Iulius Clarus, receptarum ſententiarum,§. fi.quęſtio.36.num 16. vbi dicit communem opinionem, & ſic tenere legiſtas, & fuiſſe pro hac ſententia iudicatum ceſſante fraude, quę opinio veriſſima eſt, & apud omnes ita practicatur. Hodie vero,

ex c.6.ſeſſ. x3. Coocilij Tridentini, vt clericus gau-
deat fori priuilegio requiritur, quod habeat benefi-
cium eccleſiaſticum, aut deferat habitum clericalem,
3 & tonſurā inſeruiens de mandato epiſcopi alicui ec-
cleſiæ. Et ſic ex illo cap. colligitur, quod licet clericus
non deferat habitum, nec tonſuram, ſi tamen habet
beneficium eccleſiaſticum, gaudebit fori priuilegio,
cum alternatiue loquatur tex. ille. Et in hunc ſenſum
4 eſt intelligenda l. 1. ti. 4. lib. 1. recop. in cuius interpre
tatione ſic notat Gutierrez, pp. quæſt. lib. 1. quæſt. 7.
& Salzedo, in practica ad Bernardum Diaz, cap. 62.
& Auendanus in ec. pp. 1. p. c. 2 2. num. 1 1. Ex quibus
5 infero, quod ſi aliquis poſt delictum commiſſum or-
dinem eccleſiaſticum ſuſceperit, vt ſe eximeret à iuriſ
dictione ſeculari, liberatur ab ea, & non poteſt à iudi
ce laico puniri, quod eſt de mente Baldi, in l. aſſinita-
tis. C. communia de ſucceſſionibus, quē ſequitur Hip-
polytus ſup. dicto ſingulari. 480. in fine, quod dixit eſ
ſe menti tenendum cum millies contingat de facto,
quod non cenſetur excluſum ex determinatione ſa-
cri Concilij Tridentini, in d. c. 6. & ratio eſt, quia ec-
6 cleſiaſticus ordo omnino liberat a iuriſdictione iudi-
cis ſecularis, argumēto tex. in l. hos accuſare. §. & hoc
beneficio, in verſiculo, item magiſtratum. ff. de accuſa
tionibus. vbi Ang. & Albericus, in l. qui cum vno. §.
reus. ff. de re militari, ita Oldrad. conſil. 4. Et hæc eſt
communis opinio ſecundum Aufredum, in clem. 1.
de offi. ord. reg. 1. fallentia. 1 1. & Auendanus, lib. 1.
de exequendis mandatis. c. 2 2. nu. 1 2. Plaça, de deli-
ctis, lib. 1. c. 3 5. num. 5. Iulius Clarus, §. fin. quæſt. 36.
quod tamen eſt intelligendum ſecundum motū pro-
prium, Alexand VI. anno 1492. quem refert Gutier-
7 rez, pp. quæſt. lib. 1. quæſt. 5. ceſſante fraude, quę cen-
ſetur ceſſare, quando tempore commiſſi criminis, &
ſex proximis ante menſibus clerici tonſura & veſti-
bus clericalibus vſi fuerint. Et vide Gomecium. 3. to-
mo var. c. 1 0. num. 5. de eo, qui poſt delictum recepit
primam tonſuram.

QVÆSTIO DLXIV.

Vtrum pro homicidio voluntario qualificato clericus verbaliter deponi debeat, vel curiæ ſeculari ſit tradēdus. Communis contra communem, & quid iure regio.

CLericum pro homicidio tantum deponi verba-
liter poſſe, probat tex. in c. cum non ab homine,
de iudicijs, licet homicidium ſit grauiſſimum crimē,
vt notat Abb. in c. cum contingat, de foro competen-
ti, per tex. in c. quæſitum, de temporibus ord. c. inquiſi
tionis, de accuſationibus. cap. miror. 5 0. diſtinctione.
Et ideo propter criminis atrocitatem venit deponen
dus, vt in d. c. cum non ab homine, & in cap. presby-
ter. 8 1. diſt. glo. in cap. ſicut dignum, de homicidio, in
§. clericos, vbi docet, quod homicidium committitur
non ſolum facto, ſed præcepto, conſilia, & lingua. Ita
Bernardus Diaz de Luco. cap. 96. vbi Salzedo. Du-
bium tamen eſt, an hoc procedat in homicidio quali-
ficato, proditorio. Et partem affirmatiuam (vt pro ta
li homicidio ſit verbaliter deponendus, & non tradē
dus curiæ ſeculari) tenet Aretinus, dicens eſſe commu
nem, in d. cap cum non ab homine, nu. 8 1. Capicius,
deciſ. 16 1. vbi late proſequitur hanc quæſtionem.

Sed contrariam ſententiam (imo quod ſit traden-
dus curiæ ſeculari) dixit communem, Guillermus Be
nedictus, in quæſtione de homicidio, num. penult. in
fine, Couar. practicarum quæſt. cap. 3 2. num. 2. & pro
hac opinioue fuit iudicatum, vt refert Guido Papæ,
deciſ. 13 8. Boerius deciſ. 69. nu. 16. & hanc dicit ma-
gis communem opinionem, conſuetudine approba-
tam, Iulius Clarus, lib. 5. receptarum ſententiarum.
§. fi. quæſt. 36. nu. 33. in fine, vbi etiam dicit, quod ſal
ua determinatione ſanctæ eccleſiæ, ab hac opioione
non eſt recedendum in iudicando & conſulendo. Pri
mam tamen opinionem approbat l. 6 1. tit. 6. p. 1. vbi
Greg. verb. *à degradar*, quæ quæſtio ſatis controuerſa
eſt, vt conſtat ex Salzedo, ſup. & Couar. lib. 2. varia-
rum. ca. 2 0. nu. 7. Plaça, de delictis, lib. 1. c. 23. nu. 43.
in qua doctorum varietate non eſt recedendum à de
terminatione legis partitæ, cum expreſſe contrarium
non ſit diſpoſitum de iure canonico.

SVMMARIVM.

1 *Lex vxorem. §. pater naturalis declaratur.*
2 *Contraria opinio, quod pater teneatur dotare filiam natu*
ralem traditur.
3 *Pater non tenetur dotare filiam naturalem diuitem.*
4 *Filia naturalis de iure canonico ſuccedit ī bonis paternis.*
5 *Pater tenetur alere filiam naturalem.*
6 *Obligatio dotandi ſuccedit loco alimentorum.*
7 *Pater exiſtentibus filijs legitimis, non poteſt dotare fi-*
liam naturalem vltra quintum.

QVÆSTIO DLXV.

Vtrum pater teneatur dotare filiam naturalem. Communis contra communem, & quid iure regio.

DVbitatur apud ſcribentes, an pater teneatur do-
tare filiam naturalem, & non teneri, tenet Bar-
tol. in l. ſi quis a liberis, §. vtrum, nu. 3. ff. de lib. agno-
ſcendis, Bald. in l. fi. nu. 2. C. de dotis promiſſ. Alex.
in l. 1. nu. 1 1. & 17. ff. ſoluto matrimonio. Dec. in l. ſi
certis annis, nu. 9. C. de pactis, Tiraquellus, in l. ſi vn-
quam, nu. 61. & 1 19. C. de reuoc. donat. Et hanc di-
xit communem Boerius, deciſ. 127. nu. 13. & Fortu-
nius, de vltimo fine, illatione 9. qui tradit concordiā:
idem Tiraquellus, de iure primog. q. 62. num. 12. &
Palatius Rubeus, in cap. per veſtras, de don. notabili
3. §. 20. nu. 6. Vulgarinus, in d. l. 1. ſoluto matrim. nu.
27. vbi Camillus, nu. 106. Roland. à Valle, conſ. 54.
nu. 53. li. 2. Lara, de alimētis, in d. l. ſi quis à liberis, §.
idem reſcripſit, Padilla, in auth. res quę, nu. 63. & 64.
C. commu. de legat. Pro qua opinione eſt tex. in l. vxo
1 rē. §. pater naturalis. ff. de leg. 3. vbi Sceuola ait, patrē
naturalē, qui filiæ debitor erat, ſi cū dotē genero pro fi-
lia dediſſet, conueniri à filia non poſſe pro debito, ſed
mulieri ipſius debiti perſecutionē denegandā. Ergo
bene ſequitur, quod pater naturalis non teneatur fi-
liā dotare, quia ſi dotare eſſet aſtrictus, filia poſſet
debitū perſequi, vt in d. l. fi. C. de dotis promiſſione.
2 Sed contrariam opinionem (imo quod pater tenea
tur dotare filiam naturalem) tenet idem Bald. in l. nec
mater. C. de iure dotium, & plures pro hac ſententia
aggregat Vulgarinus, in d. l. 1. nu. 28. & ſequitur Ro-
laudus conſi. 54. nu. 53. & hanc opinionem eſſe com-

munter

Google

muniter receptam affirmat Corraſius, in l. qui libe-
ros,nu.114. C.de ritu nuptiarũ, cui opinioni ſe ſub-
ſcripſit Lara,vbi ſupra,dicens tex.in d.§.pater natura
3 lis,loqui in filia naturali diuite,aſſignans in hoc dif-
ferentiam inter filiam legitimam, & naturalem. Et
hanc opinionem dixit etiam communem Ripa,in d.
4 l.1.nu.67. Pro qua ſententia facit,quia filia naturalis
(etiam de iure canonico)ſuccedit in bonis paternis,ſe
cundum communem opinionem relatam ab eodem
Ripa in d.l.ſi vnquam,verb.ſuſceperit liberos,quęſt.
5 28.nu.78.Maxime cum pater teneatur filiam natura
lem alere,vt in authentica,licet, C.de naturalibus li-
beris,l.8.tit.13.p.4.& tradit Iaſ. & Padilla, in d.au-
6 then.res, quæ.& Rubeus,ſupra, 3.notabili, §.20.nu.
6.& obligatio dotandi ſuccedit loco alimentorum,
vt tradunt doctores,ſupra,& Lara, in d.l.ſi quis a li-
7 beris.§.ſed ſi filius. Et ſic hodie, ſi pater habeat filios
legitimos, non poterit dotare filiam naturalem vltra
quintum.Ita Conar.in 4.in 2.p.c.8.§.6.nu.8. Dida-
cus Perez,in l.22.tit.3.lib.1.ordinamẽti,Tellus Fer-
nandez,in l.10.Tauri,num.3.Duẽnas,reg.367.& ra
tionem aſſignat Spino, in ſpeculo teſtamenorum,gl.
10.nu.46.quæ opinio comprobatur in l.9.& 10.Tau
ri,quæ eſt.l.7.& 8.tit.6.lib.5.recop.

SVMMARIVM.

1 *Filius,cui relinquitur minus legitima, ſolum agit ad ſupplementum,non vero competit illi querela.*
2 *Lex, omni modo, C.de inoffic.teſtam.ſolum loquitur in aſcendentibus.*
3 *Lex correctoria non extendenda.*
4 *Frater non habet legitimam taxatam in bonis fratris.*
5 *Authentica,ex cauſa.C.de liber.præteritis,non habet locum in teſtamento fratris,ſecundum aliquos.*
6 *Lex fi.tit.8.p.6.confirmat opinionem contra Decium.*
7 *Contraria opinio in quæſtione principali refertur.*
8 *Lex, Pantonius, ff.ſi quis à parente fuerit manumiſſus, declaratur.*
9 *Verior eſt opinio,quod frater agat ad ſupplementum, & non per querelam.*

QVAESTIO DLXVI.

Vtrum teſtamentum fratri inſtituentis turpem perſonam,ſubiaceat querelæ inoffícioſi teſtamenti, quando aliquid fratri fuit relictum. Communis contra communem.

1 FIlius,cui relinquitur minus legitima, non habet
querelam,ſed agit tantum ad ſupplementũ.l.om-
nimodo.C.de inoffi.teſtam.Dubium tamen eſt apud
doctores,an illud etiam habeat locum in teſtamento
fratris inſtituentis turpem perſonam. Et non habere
locum,ſed quod tunc frater poſſit querelare teſtamẽ
tum fraternum,tenet Guillermus de Cuneo(quẽ om-
nes referunt)in l.fratres.& in l.fratris.C.de inoffic.te
ſtam.arg.tex.ſingularis,in l.Pantonius, ff.ſi quis à pa
rente fuerit manumiſſus.Pro qua opinione etiá facit,
2 quia dicta l.omnimodo, loquitur in aſcendentibus,
3 & eſt correctoria, & per conſequens non extẽdenda,
vt in l.præcipimus.C.de appel.l.ſancimus.C.de teſta
mentis. Præterea, ibi frater non poteſt agere ad ſup-
4 plementum legitimæ, quia non habet illam taxatam
in bonis fratris: reſtat ergo vt agat de inofficioſo, &
ita cum Guillermo tenet Bartolus, & Salicetus, q.3.
in d.l.fratres, & Paulus, in l.fratris. C.eod.& dixit
eius opinionem,& communem Iaſ.in d.l.fratres, nu.
8. & dixit etiam communem idem Iaſ.conſi.71.col.
2.vol.2.addens quod ſolus Angelus tenet contrariũ,
dixit etiam communem Decius, conſ.530. num.13.
pro qua opinione etiam facit, quia diſpoſitio text.in
5 authent.ex cauſa. C.de liberis præteritis, non habet
locum in teſtamento fratris, inſtituta turpi perſona,
vt teſtatur Decius, in l.1.col.fi. C. de contra tabulas,
& eſt communis opinio,ſecundum Afflict.in deciſio
ne Neapolitana 125.nu..& ſecundum Rubeum, in
l.Titia,§.imperator,num.62 & 176.ff.de leg 2. licet
dicat Salicetus,in d.l.fratres,q.4.quod de iuris rigo-
re cõtrarium ſit verius, & quod iſte articulus indiget
deciſione Principis.Sed communis opinio eſt in con
trarium ſecundum Iaſon.ibi,imo quod illa authenti
ca,non habeat locum in fratribus turpi perſona inſti
6 tuta,quod hodie eſt ſancitum in leg.fin.tit.8. p.6. vt
aduertit Greg.l.12.tit.7.p.6.verb.*el teſtamento*,& in
l.fi.tit.8.p.6.verb.*el fij*.
7 Sed in quæſtione principali contrariam ſententiã
(imo quod frater agat ad ſupplementum,& non poſ-
ſit teſtamentum fratris querelare)tenet glo.verb.per-
ſonis,in d.l.omni modo,Baldus & Angelus,in d.l.1.
ff.de inoffic.teſtam.vbi Iacob.de ſancto Georg. dicit,
quod de iure hæc pars eſt verior tenenda & conſulẽ-
da. Et eandem etiam dicit veriorem Curtius ibi ad-
deos,quod viſo Decij conſilio propter eius auctorita
tem tacuit, & eandem partem ſequitur Rodericus
Xuarez, in l.quoniam in prioribus, C.de inoffi.teſt.
col.1.& 2.Caſtillo,in l.7.Tauri, dicens quod hæc eſt
tenenda & practicanda, & quod ita practicatur, ean
dem tenet Afflictus,deciſ.204. dicens ita obtentum
fuiſſe Neapoli,idem tenet etiam Cornens,conſ.176.
vol.3. dicens, quod cum gl.in d.l.omni modo, verb.
perſonis, concordant magis communiter doctores,
& eandem aſſerit magis communem Paulus Pariſius
conſ.64.vol.3.col.fi.num.27.&eam dixit communẽ
Rub.in d.§.imperator. nu.177. qui loquitur quando
pars vel tota legitima eſſet fratri relicta: addit tamen,
num.181.quod ſi caſus occurreret,cõſuleret pro pri-
8 ma opinione,per dictam legem, Pãtonius,quã etiam
pro parte ipſe expenderat ibi, num.61.verior tamen
9 videtur vltima opinio, quoniam ſi in bonis paternis
(quæ ſibi magis debentur)agit ad ſupplementum, &
in quibus legitima magis ſibi competit,etiam in bo-
nis fraternis idem erit dicendum. Quod etiam tenet
Greg.in d.l.12.ti.7.p.7.verb.*la heredad*,&verb.*de la
mala vida*,qui omnino eſt videndus pro complemẽ-
to huius quæſtionis. Et vide quæ diximus in quæ-
ſtione 25.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio annua in totum cenſetur præſcripta pro primo anno,& ſequentibus.*
2 *Lex 63.Tauri,exornatur pro hac ſententia pluribus auctoribus.*
3 *Præſcriptio in vltimis voluntatibus pro primo anno intelligitur,in quæſt.propoſita.*

4 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates.*
5 *Secunda opinio proponitur in quæſtione principali, quod præſcriptio procedat pro primo anno.*
6 *Lex, cum notiſſimi, §. in his, expenditur pro hac ſententia.*
7 *Tertia opinio refertur, quod vna præſcriptio ſufficiat pro omnibus præſtationibus.*
8 *Annui reditus, præſcriptio procedit pro præteritis, & pro futuris præſtationibus, ſecundum Parladorium.*
9 *Parladorij opinio increpatur in præſcriptione annui reditus.*
10 *Via executiua agi poteſt pro futuris penſionibus, licet præterita fuerint præſcripta.*
11 *Cenſus ſolutio non præſcribitur, etiam per mille annos, ſecundum communem.*

QVÆSTIO DLXIX.

Vtrum in præſtationibus annuis ſufficiat vna præſcriptio. Communis contra communem.

DVbium eſſe ſolet, an in præſtationibus annuis
ſufficiat vna præſcriptio. Cuius dubij cauſa ſunt
tres differentes opiniones, quarum prima ponit diffe
1 rentiam inter contractus, & vltimas volũtates, ſi qui-
dem in cõtractibus ſi debitor ceſſet per 30. annos ſol
uere, obligatio annua in totum cenſetur præſcripta, tã
pro primo anno, quam pro ſequẽtibus, vt probat tex.
in c. de quarta, de præſcriptionibus, ſecundum Abb.
in c. auditis, col. fin. .. & probatur de iure regio,
2 in l. 63. Tauri, quæ eſt hodie l. 6. tit. 15. li. 4. recop. (de
quorum iurium interpretatione vide Acoſtam, in c. ſi
pater. 1. p. verb. incerta. nu. 21. & Seguram in repeti-
tione legis coheredi. §. cum filiæ. ff. de vulgari, nu. 89.
Greg. verb. *tributos*, in l. 6. ti 29. p. 3. Gutierrez. lib. 1.
pp. q 90 idem Grego. in l. 22. tit. 19. p. 3. verb. *treinta
annos*. Didac. Per. in l. 3. tit. 13. lib. 3. ord. Cou. in reg.
poſſeſſor. 2. p §. 11. n. 2. Menoch. lib. 1. de ſucceſ. creat.
§. 10. n. 26. Duennas, reg. 6. Capel. Tholoſ. 73. & 74.
& ibi Aufredum Auileſium, in cc. pp. glo. verb. *execu
tion*, num. 69. Parladorium, lib. 1. rerum quotid. cap.
1. §. 1. num. 39. Olanum, lit. H. nu. 23. & 36. Salazar,
de vſu & conſuetud. c. 11. nu. 51. Caſt. de l. pœnali,
3 lib. 2. c. 10. fol. 188. (At vero in vltimis voluntatibus,
ſolum pro primo anno præſcribitur: & eſt ratio huius
differentiæ, & diſtinctionis, quia in contractibus eſt
vna tantum ſtipulatio, in vltimis vero voluntatibus
cenſentur plura legata conditionalia, vt eſt tex. in l.
Stichum. §. 1. ff. de verb. & hanc rationem docet Al-
ciatus, lib. 1. paradox. cap. 15. & lib. 3. de verb. ſignif.
pag. 98. & hanc diſtinctionem tenet glo. in l. cum no
tiſſimi. §. in his. C. de præſcriptione. 30. vel 40. anno-
rum, & in l. de pupillo. §. ſi in pluribus. ff. de noui ope
ris nunciatione, vbi Cumanus, col. 3. hanc dixit com
munem opinionem, & eandem fatetur communem
Fulgoſius, in d. §. in his, dicit etiam communem Boe
tius (vbi optime loquitur) decis. 336. num. 3. & 4. &
4 quamuis valeat argumentum de contractibus ad vlti
mas voluntates, & è contra, vt in l. ſeruum filij, §. cũ
qui chirographum, ff. de leg. 1. Euerardus, loco 17. &
Alciatus, in d. l. 3. pag. 96. tamen in hoc articulo eſt
pulchra differentia, quam ornare poteris ex alijs plu-
ribus, quas tradit Alex. in l. centeſimis. §. fin. nu. 9. &
10. ff. de leg. 1. & Iaſ. in l. pactum inter heredem, in
princ. ff. de pactis, vbi poſuit 7. differentias & 18. po-
ſuit Iaſ. in l. quæ delegato, nu. 3. ff. de leg. 1. Eſt autem
5 ſecunda opinio, quod tam in cõtractibus, quam in vl
timis voluntatibus non ſit præſcriptum, niſi pro pri-
mo anno, ita quod in vnoquoque requiritur præſcri-
ptio. Quam ſententiam tenuit gloſſator antiquus, in
d. §. in his, vbi Iacobus de Arenis, Petrus, Cynus, &
Albericus, colum. penult. & in hoc ibi reſidet Salice-
tus, col. etiam penultima, & Iaſ. in d. §. ſi in pluribus,
nu. 4. Alex. nu. 3. & 4. dicit hanc communem ſenten-
tiam, & eandem fatetur magis communem Paulus,
in l. plures amphoræ, num. 6. C. de fide inſtrumento-
rum, & eandem cõmuniter tenere modernos firmat
Boetius d. decis. 336. nu. 1. quam etiam tenet Alberi-
cus, in l. ſi in ſingulos. ff. de annuis legat. & Guido Pa
pæ dec. 406. Menchaca, lib. 2. controuerſiarum illu-
ſtrium. c. 55. & de ſucceſſionum creatione. §. 30. nu.
75. & rationem aſſignat Spino, in Speculo teſtamen-
torum, gloſſ. 8. nu. 66. & plures refert Antonius Ga-
briel lib. 5. cõmunium, tit. de præſcrip. conc. 7. & Mil-
leſ. in ſuo repertor. §. præſcriptio. & Aymon Crauet-
ta, de antiquit. temporum. 4. p. §. materia iſta, nu. 34.
verſ. vigeſimo quarto, & Capella Tholoſana 344. &
6 pro hac ſententia adducitur tex. in d. l. cum notiſſimi.
§. in his, C. de præſcriptione 30. vel 40. annorũ. Ter-
7 tia opinio contraria omnino præcedenti, per quam
tenent aliqui ſcribentes, quod vna præſcriptio ſuffi-
ciat pro omnibus præſtationibus, quam tenent Bul-
garus, & alij citati per Boerium vbi ſupra num. 2. qui
in finalib. verbis deciſionis fatetur, quod hęc opinio
ſeruatur de conſuetudine generali Franciæ, pro qua
eſt bonus tex. in c. olim, de cenſibus, vbi Ancharanus
nume. 8. illum pro hac opinione expendit: quod in
tantum verum eſt, vt exiſtimet acutiſſimus Parlado-
rius. 1. p. rerum quotidianarum, c. 1. §. 12. n. 41. quod
8 in annuis reditibus ex ſtipulatione, vel contractu
debitis, ſi nihil penſionis intra totum decennium ſo-
lutum fuerit, præſcribitur ius exequẽdi, non ſolũ pro
præteritis annis, ſed etiam pro futuris: quia cum ſit
vna obligatio, vna tantum præſcriptio ſufficit. Et ad
hoc expendit gloſſam in d. l. acutiſſimi. § ſi. quam cõ-
munem teſtatur Baldus, de præſcriptionibus. 4. pat.
princ. quæſt. 4. & Boerius, deciſione 336.
9 Sed contra Parladorium, ſupra tenet Paz, in ſua
praxi. 4. par. 1. tom. c. 3. à num. 15. qui reſoluit, quod
10 licet annui reditus præteriti, via ordinaria petantur
tranſcurſo decennio, tamen ſequentes futuri via exe
cutiua peti poterũt: quia cum ſit annua penſio & præ
ſtatio: quod ſunt anni, tot ſunt præſtationes, vt dici-
mus in legato annuo, vt in d. l. ſi in ſingulos. ff. de an-
nuis legatis, & per conſequens tot naſcuntur actio-
nes, & conſequenter tot præſcriptiones ſunt neceſſa-
riæ, & ſic præſcriptio nocebit pro pręteritis annis, nõ
vero pro futuris, gl. & Bat. & reliqui doctores, in d. l.
cum notiſſimi. §. fin. & ita eſt intelligenda, l. 63. Tau-
ri, ſup. relata. & declarat Couar. lib. 3. var. c. 7. num. 1.
11 vbi reſoluit, quod etſi mille annis cenſus non perſol-
uatur, non perditur ius, vbi refert duas communes cõ
trarias, & ſequitur hanc opinionem (pluribus citatis)
Menoch. lib. 3. præſumpt. in præſump. 106. num. 11.
Crauetta, conſ. 204. num. 20. & conſ. 293. Nat. conſil.
3. num. 2. volum. 1.

Digitized by Google

QVÆSTIO DLXVIII.

Vtrum ſententia excommunicationis liget ignorantes. Communis contra communem.

SEntentia excommnnicationis non ligat ignorantes. Ita probat tex. in c. vt animarum, de conſtitutionibus. quod quidem eſt intelligendum, quando talia ſententia eſſet lata pro crimine iure humano prohibito, alias pro crimine iure naturæ, vel diuino prohibito lata, bene ligat ignorantes, ſecundum gloſſ. magnam, in c. à nobis, el 1. de ſent.e com. cuius opinionem aſſerit magis cõmunem Couarr. in c. Raynutius, in princ. num. 14. de teſtam. quam opinionem ſequitur Abb. in c. à nobis, el 1. de ſent. excomm. Syluester verb. excommunicatio. 2. notab. & ita ſeruatur in praxi, ſecundum Iaſ. in l. 1. nu. 31. C. de ſacroſanct. eccleſ. & tenet Soto, in 4. diſt 22. quæſt. 1. art. 2. Et ratio eſt, quia in excommunicatione requiritur inobedientia, & contumacia, quæ ceſſat in ignotante, l. ſi ignorans, ff. locati, & crimina voluntate diſtinguuntur, ca. cum voluntate, de ſenten. excommu. c. ſi quis cum matre, 34. quæſt. 1. cap. ſi vero, el 2. de ſenten. excom. vbi percutiens clericum cum ignorantia, nó cognoſcens eũ, non incurrit excommunicationem, quia non contẽnit diſciplinam, qui ignorat militẽ, tex. in l. ſi ignorás. 52. (vbi notat glo. verb. contemnit,) ff. locati.

Sed contrariam opinionem (imo quod lata pro crimine iure etiam naturæ damnatu non liget ignorantes) dixit cõmunem Crotus, in d. c. vt animarum, col. penul. & eam innuit communem Couarr. in d. c. alma mater, 2. p. §. 10. nu. 8. de ſenten. excom. lib. 6. pro qua ſententia facit text. in c. cum illorum, de ſent. excom. cui reſpondet Spino, in ſpeculu teſtamentorum, gloſ. rubricę, 11. par. num. 38. qui ſequitur primam opinionem, ſiue excommunicatio ſit prolata à iure, ſiue ab homine: quæ opinio æquiſſima eſt, & magis rationi conſona, & contraria continet rigorem & ſummam duritiem.

QVÆSTIO DLXIX.

Vtrum clericus homicida ſit ipſo iure priuatus ſuo beneficio, & faciat fructus ſuos. Communis contra communem.

HOmicida non priuatur beneficio ipſo iure, ſecundum communem opinionem, quam refert Gomecius, in c. 1. de reſcrip. lib. 6. nu 7. & 8. & refert etiam Bermondus, de publicis cócubinarijs, pag. 200. num. 2. Anania, & Felinus, in c. inquiſitionis, de accuſatio. idem Felinus, in c. 3. de reſcrip. & in c. ſuſcitata, de in integr. reſtitut. capella Toloſana, deciſ. 207. Præpoſitus, in c. ſtudeat, 50. diſt. quam reſoluimus cõmunem opinionem in quæſt. 147. nu. 7. quam (pluribus citatis) ſequitur Flaminius, lib. 3. de reſignatione beneficiorum, quæſt. 16. nu. 3. & Burſatus, conſ. 14. ou. 18. vol. 1. Mohedanus, deciſ. 272. Quo fit, quod interim, quod ſententia non eſt lata, facit fructus ſuos, iuxta gloſ. verb. imminere, in fi. in auth. de inceſt. nupt. quæ vult, priuatum per ſentẽtiam facere fructus ſuos, non autem priuatum ipſo iure, cuius opinionem dixit communem Ioannes Rubeus, in repetitio. rubricæ, § 72. nu. 1. in fin. & Flaminius ſupra, nu. 7. Et hinc fit, quod pendente iudicio poteſt homicida beneficio renunciare, vt tradit Ferrara, cautela 44. & Ioannes Monachus, in d. c. alma mater, de ſent. excom. Couar. (alijs citatis) in clemen. ſi furioſus, in 2. par. relect. §. 3. num. 7. & Salzedo, in practica ad Bernardum Diaz, c. 94. & dicit communem opinionem Nauarr. in manuali, c. 27. num. 147. Didacus Perez, in l. 2. tit. 9. lib. 2. ord. col. 501. Villadiego, in tract. de irregularitate, c. 1. num. 2. Plaça, de delictis, lib. 1. c. 11. num. 2. & dicit communem (pluribus citatis) Iulius Clarus, lib. 5. §. homicidium, verſic. de iure autem canonico, & nouiſſime Pariſius, ſupra, de reſignatio. beneficiorum, lib. 4. q. 3. num. 9. vbi dicit veriorem, & magis communem.

Sed contrariam opinionem (in quantum attinet ad fructuum acquiſitionem) dixit cõmunem Bernardus Diaz. c. 123. & plures tradit Tiraquellus, pro vtraque parte, in l. ſi vnquam, verb. tenertatur, num. 272. C. de reuocandis donationibus, qui reſoluunt quod etiam ante ſententiam homicida nó faciat fructus ſuos. Verior tamẽ eſt prima opinio, & pro ea vidi iudicatum, cum caſus de facto occurriſſet, & ita eſt tenendum in iudicando & conſulendo, vt poſt hęc ſcripta reſoluit Gutierrez, lib. 2. canonicarum, c. 5. à num. 7. vbi etiam tenet, quod interim, quod ſententia non fertur, facit fructus ſuos, & Antonius de Burgos, in c. canonum ſtatuta, num. 275. de conſtitutionibus.

QVÆSTIO DLXX.

Vtrum emphyteuta irrequiſito domino poſſit donare. Communis contra communem.

EMphyteuta, qui alienare non poteſt irrequiſito domino, poteſt eo inſcio donare. Ita tenet gl. verbo, vendere, in cap. ſi. 1. de locato, gloſſ. verbo, alijs, in d. l. fin. C. de iure emphyteutico, & eſt communis opinio ſecundum Cardinalem, & Imolam, num. 10. in dicto cap. fin. & illam dixit communem Baldus, num. 1. Alex. num. 5. in l. ſi domus, §. ſi. ff. de legat. 1. & dixit etiam communem Cæpolla, conſilio ciuili 8 & dixit etiam communem Ruynus, conſil. 42. nume. 1. & 160. nu. 22. lib. 4. & Imola, in l. vſusfructus, num. 7. ff. ſoluto matrimonio, Gratus, conſil. 86. num. 7. libro primo, Gualdenſis, de arte teſtandi, libro 6. cautela 4. Alexand. conſil. 189. nume. 13. libro ſecundo. Corneus, conſi. 166. colum. 7. libro 2. Bertrand. conſ. 98. num. 1. lib. 3 Natta, conſi. 114. num. 15. & plures pro hac opinione refert Iulius Clarus, libro quarto receptarum ſententiarum, §. emphyteuſis. quæſtione 15. vbi nume. 2. adduxit quinque requiſita, vt procedat iſta opinio.

Sed contrariam ſententiam dixit communem Iaſ. in d. l. ſi. nume. 59. quod fuit de mente Barto. in d. l. ſi domus, § ſi. num. 2. de lega. 1. & ita communiter obſeruatur, & 23. doctores pro hac opinione refert & ſequitur Antonius Gabriel. lib. 4. communium, tit. de iure emphyteutico, conclus. 44 nu. 312. vbi hanc dicit communiorem.

QVÆ-

QVÆSTIO DLXXI.

Vtrum ſit de ſubſtantia contractus emphyteuſis, vt detur aliquid à principio. Communis contra communem, & quid iure regio.

DE ſubſtantia contractus emphyteutici, eſt vt detur aliquid à principio. Ita tenet gloſ. in ca. fi. de locato, gloſ. etiam in auth. qui rem, C. de ſacroſan. eccleſ. & hanc ſententiam tenet Bart. & Albericus, dicens communem, nu. 3. & Fulgoſ. in l. 1. C. de iure emphyteu. & innuit eſſe cõem Corraſius, in rub. de iure emphyteutico, nu. 10. quãuis ipſe teneat contrarium. Et hanc opinionem gloſſarum tenet, & probat l. 3. tit. 14. p. 1. ibi, *que el recebidor ha de dar luego de mano al otro dineros, o alguna coſa cierta, ſegun ſe avinieren.*

Contrariam tamen ſententiam tenent omnes canoniſtæ, in d. c. fin. ſecundum Iaſ. in d. l. 1. num. 5. qui etiam ibi, nu. 13. dixit communem ex Cyno, Cynus vero, eam communem non dicit, ſed dicit communẽ Abb. in d. c. fi. num. 6. in fine, dixit etiam communem Greg. in l. 28. tit. 8. p. 5. probans illam (oblitus de lege partitæ ſupra.) Pro concordia dicit hunc contractum dupliciter fieri poſſe, Angel. in authentico, de non alienandis, §. quia vero, el 1. Paulus, in authen. ſi quas ruinas, C. de ſacroſan. eccleſ. & Salic. in d. l. 1. Nos autem non poſſumus recedere à diſpoſitione dictæ legis partitæ, & ita communiter fit, & practicatur.

QVÆSTIO DLXXII.

Vtrum infidelem teneatur quis corrigere denunciatione fraterna. Communis contra communem.

INfidelem non tenetur quis corrigere denunciatione fraterna, ſecundum Barb. in c. nouit, num. 32. de iudicijs, vbi Alciatus, nu. 5. hanc fatetur communem opinionem.

Sed contrariam partem dixit communem Nauar. ibi, notab. 6. nu. 3. Prima tamen eſt conſulenda in fidei fauorẽ, vt tenet Medina, in ſua ſumma, primo prę cepto. fol. 77. & latius fol. 118.

QVÆSTIO DLXXIII.

Vtrum cum vitæ periculo teneatur quis ad correctionẽ fraternam. Communis contra communem.

AD correctionem fraternã neminem teneri cum vitæ periculo, dixit eſſe communem opinionẽ apud omnes Dominicus de Soto, de ratione tegendi ſecretum, membro 2. quæſtio. 2. concluſ. 6. verſ. 3. probatur, fol. 26. col. 2.

Sed contrariam partem, ter, quaterque communem eſſe dixit Antonius Cordubenſis, in annotationibus ad eundem Dominicum, membro 2. queſtione 2. folio 126. quæ opinio eſt magis æquitati & rationi conſona, quam declarat Nauar. in capitulo de iudicijs.

QVÆSTIO DLXXIV.

Vtrum correctio fraterna debeat fieri cum teſtibus, in peccato occulto. Communis contra communem.

COrrectio fraterna debet fieri cum teſtibus, etiam in peccato occulto, vt eſt communis opinio, ſecundum Dominicum de Soto, de ratione tegendi ſecretum, memb. 2. queſt. 2. concl. 5.

Sed contrariam opinionem dixit communem Barbacia, in ca. nouit, num. 37. de iudicijs, dicens hanc tenere Doctores communiter.

QVÆSTIO DLXXV.

Vtrum damnatus ad mortem poſſit ſine peccato à carceribus fugere. Communis contra communem.

DAmnatum ad mortem fugere non poſſe, innuit eſſe communem Theologorum Bart. in l. relegati, in princ. ff. de pœnis, & Iaſ. in repetitione legis, admonendi num. 175. ff. de iureiur. Abb. in c. 1. de teſtibus cogen. & in cap. ſicut, el 3. de iureiur. & aſſignat concordiam Felinus, in cap. 1. num. 43. de conſtitutionibus. Azeued. in rub. titu. 1. de legibus, num. 27. lib. 2. recopilat.

Sed contrariam opinionem (imo quod non peccet) aſſerit communem Couarr. lib. 1. variarum, cap. 2. nume. 10. verſic. in 2. quæſtione, & Grammaticus, conſi. 51. num. 5. & 6. & Menochius lib. 2. de arbitrarijs, caſu 301. num. 14. quæ opinio verior eſt & tenenda, vt docet Gutierrez, lib. 2. canonicarum, cap. 24. num. 45. per l. 1. ff. de bonis eorum, qui ante ſententiam. ex qua hoc tenet Padilla, in l. tranſigere, nu. 4. C. de tranſact. & Pla, a, de delictis, cap. 23. num. 6. Didacus Perez, in l. 1. titu. 4. lib. 3. ordinam. pag. 545. Iulius Clarus, lib. 5. receptarum ſententiarum, §. fin. quæſtione 21. num. 2. Maſcard. volum. 2. prob. concluſ. 820. nume. 17. Soto, lib. 5. de iuſtitia & iur. quæſtio. 6. artic. 4. Lara, in l. ſi quis à liberis, §. ſed vtrum, num. 24. ff. de liber. agnoſcend. idem Gutierrez, de iuram. conf. 1. p. c. 57. num. 25.

QVÆSTIO DLXXVI.

Vtrum Imperator ſit dominus totius mundi: Communis contra communem.

IMperator de iure eſt dominus totius mundi, l. deprecatio, ff. ad leg. Rhod. de iactu, & eſt communis opinio, ſecundum Albericum, num. 19. Iaſ. num. 10. in l. 1. C. de ſumma Trinitate, & fide Catholica, & qualiter hoc intelligatur, explicat Rolandus, conſil. 88. nume. 7. volum. 1. Couar. in reg. peccatum, 2. par. §. 9. num. 5. & Michael Vlcurnus, de regimine mundi, 2. par. quæſtione 3. in volum. 14. tract. Antonius Sila, in conſtit. Subaudiæ, tit. de iure emphyteutico, gl. 1. num. 1. Burgos de Paz, in l. 3. Tauri, à num. 704. & 710. Lara, de alimentis, in §. ſi quis ex his, num. 198. Ferdinandus de Mendoça, lib. 1. diſput. iur. c. 5. num. 25. Nauar. in c. nouit, notab. 3. ex num. 161. de iudi. Caſtaldus, de imperatore, quæſtione. 52. Belluga, in

ſpeculo

ſpeculo princip.rub.14.§.veniamus.num.6.

Sed contrariam partem in quæſtione propoſita, tenet late Oldradus,conſ.69.quem omnes Doctores ſequuntur ſecundum Michaelem Vlcurnum, ſupra,de regimine mundi.2.p.quæſtione.3.principali,ſectione 2.Caſſancum (latiſſime) in Catalogo gloriæ mundi,lib.5.conſideratione 28.Gregor.in l.53.tit.5.part. 5.verb.*el Rey*,Menchacam,lib.1.controuerſiarum illuſtrium.,20.& 21.vbi nume.3. dicit, quod in temporalibus,nec Imperator,nec Papa, fuit dominus totius mundi,ſed ſolum Adam, Soto, de iuſtitia & iure. lib.4.quæſtiono 4.artic.2. Ant.Gabriel,lib.5.comm. tit.de acquirendo rerum dominio,concluſione 3.

QVÆSTIO DLXXVII.

Vtrum Princeps de plenitudine poteſtatis poſſit abſque cauſa aliquem dominio ſuæ rei priuare.
Communis contra communem.

PRinceps de plenitudine poteſtatis, abſque cauſa poteſt alteri dominium auferre. Ita tenet Angelus in l.item ſi verberatum. §.1.(per illum tex.) ff.de rei vendicatione,& qui contrarium aſſerunt mentiri. Et (ante eum) hanc opinionem dixit eſſe veram, Ioannes Andreas,in c.1.de cauſa poſ.& prop.& in c.in noſtra, de procuratoribus, vbi Hoſtienſis, Baldus,in l. nec cauſas.C.de appellationibus,& in l.fi.C.de fructibus & litium expenſis. Idem Angelus,in l.2. C. de quadriennij præſcrip.Barbacia,conſ.64.vol.4.Iaſ.cõſ. 217.& 236.vol.2. & conſ.107. vol.4. Paulus de Caſtro,in l.quoties.C.de precibus imp.off. Decius,conſ. 191.num.4.& 267.nu.7.cuius ſententiam veriorem, ac communiorem credit Cagnolus, in principio proœmij Digeſtorum,num.12.

Sed cõtra Angelum,dicit eſſe communem opinionem Felinus,in c.quæ in eccleſiarum, nu.33. in fine, de conſtitutionibus.quam opinionem ſequitur Anania,conſ.81.num.4.Romanus, conſ.310. Abb.conſ. 77.Socinus,conſ.266.& 164.& 120.vol.4. Curtius iunior,conſ.1.nu.29.& conſ.138.nu.5. vbi dicit cõmunem opinionem, quam dicit etiam communem Fulgoſius conſ.61.Paulus,conſ.517.Gozadinus,cõſ. 5.nu.18.& conſ.9.nu. 48.Aymon,conſ.5. num.5.& conſ.7. num.10.& conſ. 135.à nu.7. cum ſequentibus,& (pluribus citatis) hãc ſequitur Feſtaſius, de collectis.4.p.c.6.num.7.& diſputat late Greg.in l. 2.tit. 1.p.2. verb. *buen cambio*, & in l.35.tit.5.p.5. verb.*el Rey*,& vide l.31.tit.18.p.3.& alios pro hac ſententia refert Manchaca,lib.2.de ſucceſſionum progreſſit, c. 1.num.7.vbi alios citat pro contraria ſententia & opinione,quæ valde controuerſa eſt apud Doctores,vt videbimus in quæſtione ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Lex 31.tit.18.p.3.confirmat primam opinionem.*
2 Millones puede pedir el Rey nueſtro ſennoe en caſo de neceſſidad.
3 *Rex tempore neceſſitatis, etiam iure diuino poteſt imponere collectam.*
4 *Clerici tempore neceſſitatis poſſunt compelli ad contributionem.*
5 *Tributum fuit ſolutum ab eccleſiis Gallicanis Regi Francyſco tempore neceſſitatis,& pro regni defenſione.*
6 *Bona & facultates eccleſiæ ſunt deputatæ ad redimendos captiuos.*
7 *Pro defenſione patriæ, tam laici, quam clerici tenentur Regi tributa ſoluere.*
8 *Cauſa iuſta ſemper præſumitur in Rege exigẽdo tributa.*
9 *Clerici tenentur contribuere pro refectione pontium, & viarum.*
10 *Nobiles tenentur pro refectione pontis,& fontis.* Y por todo aquello que es prò communal de todos.
11 *Clerici tenentur contribuere ad omnes neceſſitates publicas.*
12 *c.non minus,de immunit.eccleſ.declaratur.*
13 *Lex 31.tit.18.p.3.declaratur.*
14 *Princeps quando non habet de ſuo, poteſt ſubditis collectam imponere.*
15 *Princeps militat pro communi vtilitate,& ſic debet de communibus viuere.*
16 *Patrimonium regale iam eſt venditum & alienatum, & pignori datum.*
17 *Princeps prius debet ſe præmunire de ſuo marſupio, quam ſubditos collectare.*
18 *Subditi ad onera occurrentia aſtringi poſſunt, quando princeps non habet de ſuo.*
19 *Princeps ſolus poteſt gabellas & noua vectigalia imponere.*
20 *Princeps qui ſine iuſta cauſa nouum vectigal imponit, peccat mortaliter.*
21 *Iuſta cauſa ſemper præſumitur in principe.*
22 *Princeps vicem paſtoris gerit.*
23 *Operatio regis ad ſubditos, patris ad filios, & paſtoris ad oues, ſimilis eſt.*
24 *Paſtor bonus debet tondere oues, non vero pilos & lanã euellere.*
25 *Principis dicto aſſerentis in extrema neceſſitate eſſe cõſtitutum, eſt credendum.*
26 *Scrupuloſa inquiſitio contra principem, non eſt faciẽda.*
27 *Bellum iuſtum reputatur ex ſola principis & ſuorũ conſiliariorum declaratione.*

QVÆSTIO DLXXVIII.

Utrum princeps cũ cauſa poſſit alteri dominium tollere.
Communis contra communem,& quid iure regio.

PRædicta quæſtio non eſt multum diſſimilis à quæſtione præcedenti, in qua princeps cum cauſa poteſt alteri dominium tollere etiam non vtendo de plenitudine poteſtatis, cauſa autem vtilitatem publicam debet reſpicere, ſecundum communem opinionem, quam refert Iaſ. in l.quo minus,nu. 5. ff. de flumini. Acoſta,in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,1.par. pagina 74.ff.de lib.& poſthum.Oroſcius,in l.quod principi, num.17.ff.de conſt.princip.& illam tenet Zaſius,cõſ. 10.nu.7.vol 2. dicens tamen, quod Doctores tenent
1 communiter contrarium. Sed prima opinio eſt hodie approbata de iure regio, ex l.31.tit.18.p.3. & Greg. in l.53.tit.5.p.5.verb.*el Rey*, Felinus, in c.quæ in eccleſiarum, de conſtitutionibus, num. 27.Menchaca, controuerſiarum vſufrequentium, lib.1.c.1.num.7. Lucas de Penna,in l.originarius, C.de agricol.& cenſit.lib.11.vbi dicit, quod bona ſubditi ſunt principis

in caſu

in caſu neceſſitatis. Quam opinionem ſequitur Mat-
thæus de Afflictis, lib. 1. conſtitutionum regni Sici-
liæ, quæſt. 17. vt ſic declarat, l. bene à Zenone, ibi, *om-
nia principis eſſe intelligantur*, C. de quadriennij præ-
ſcript. & l. deprecatio, ff. ad leg. Rhodiam de iactu,
quia reſoluit (pluribus citatis) quod ex cauſa pôt prin
ceps tollere priuatis ea quæ eis competunt de iure gẽ
tium, vt tenet etiam Alexan. conſ. 2. & conſ. 67. vol. j.
& Feſtaſius de collectis, 4. par. quæſt. 5. num. 41. & in
c. 6. num. 7. vbi dicit communem. Ex quibus appare-
2 bit, quam recto iure noſter Rex Philippus Secundus
(protector Chriſtianæ reipublicæ) poteſt petere peda-
gia, vectigalia, & millones, ad protegendam, & defen
dendam rem publicam: quia cum poſſit auferre domi
nium alicui ex cauſa publica, multo magis partem bo
norum, l. quæ de tota, ff de rei vendicatione, & ita cla-
re innuant verba text. in c. 8. reg. lib. 1. ibi, *ius regis,
qui imperaturus eſt vobis, filios veſtros tollet, & ponet
in curribus ſuis, faciet ſibi equites, & percuſſores quadri
garum ſuarum, & conſtituet ſibi Tribunos, & Centurio-
nes, & aratores agrorum ſuorum. Agros quoq; veſtros,
& vineas, & olueta optima tollet.* Quæ verba licet ad
vſurpationem & iniuſtitiam pertineant, vt declarat
Sarmiento, lib. 1. ſelectarum, num. 20. in fine, tamen
tempore neceſſitatis, quando cauſa publica vertitur,
dicit ibi Nicolaus de Lyra, per illam auctoritatem,
quòd Rex iure diuino habet illud ius, & facultatem.
Ita Lucas de Penna, in l. 2. C. de quibus muneribus,
3 vbi concludit Principem poſſe imponere collectam
etiam clericis, tempore neceſſitatis, cum non minus
4 illi, quam cęteri ab inimicorum incurſu defendantur,
& protegantur. Ita tenet Caſſaneus, in catalogo glo-
riæ mundi, 5. par. conſideratione 24. num 162. cum
ſequentibus, & in conſuetudinibus Burgundię, titu.
des iuſtices, 8. 4. per totum, vbi expreſſe reſoluit, quod
5 in regno Franciæ, anno 1532. à rege l. Franciſco Frã-
ciæ, petitum fuit ab eccleſijs Gallicanis certum tribu
tum pro regni defenſione, per ea quę habentur lib. 4.
Regum, c. 14. vbi Ioas rex Iſrael pro neceſſitate tulit
omne aurum, & argentum, & vniuerſa vaſa, quæ in-
uenta ſunt in domo Domini. Et lib. 4. Regũ, cap. 18.
Ezechias ſimiliter dedit omne argentum, quod reper
tum fuerat in domo domini, vt neceſſitati patriæ ſub
6 ueniretur. Et ratio eſt, quia bona & facultates eccle-
ſię, ſunt deputatæ ad redimendos captiuos, & oppreſ
ſos, c. ſacrorum, c. ſicut, c. aurum, c. gloria epiſcopi. 12.
7 quęſt. 2. & idcirco pro defenſione patrię, & imminen
te neceſſitate, non ſolum laici, verum etiam clerici, te-
nentur contribuere, & tributa regibus ſoluere, c. tri-
butum, 23. quęſt. 8. & plurima teſtimonia ſacræ pagi
næ, quę videntur obſtare (ex traditis per Duenas, re-
8 gul. 100.) procedunt generaliter loquendo, nõ autem
exiſtente iuſta cauſa, quę in principe ſemper pręſumi
tur, gloſ. Bart. & omnes in l. relegati, ff. de pęnis, An-
charanus, conſ. 288. Felinus in c. quę in eccleſiarum,
nu. 60. vbi Decius, num. 17. de conſtitutionibus. Ro-
manus, in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſoluto matrimonio, &
in conſ. 436. Alex. conſ. 216. vol. 2. Socinus conſ. 60.
num. 5. vol. 1. & 266. num. 55. vol. 2. Ruynus, conſil.
181. nu. 9. vol. 1. Imo ipſa Principis volũtas habetur
9 pro iuſta cauſa, gloſ. in d. l. relegati, glo. in c. ſi gratio-
ſe, de reſcriptis, ver. à Romano Pontifice, Alex. conſ.
155. num. 18. volum. 6. & 94. nu. 5. vol. 1. & Decius,
conſ. 241. Et in quęſtione propoſita ita tenet Guido
Papę, quęſt. 7. & quęſt. 177. qui loquitur de clerico, &
de nobili, Ancharanus, conſil. 95. aſſignans rationem,
10 quia quemadmodum tenentur clerici, & perſonę ec-
cleſiaſticæ contribuere pro refectione fontis, & pon-
tis, vt in l. ad inſtructionem, C. de ſacroſanct. eccleſ.
& tradit Otalora, de nobilitate, 2. p. c. 1. num. 11. Aui-
les, in cc. pp. c. 13. gloſ. verb. *den orden*, Auend. in cc.
pp. 2. p. c. 14. Greg. in l. 20. tit. 32. p. 3. verb. *caualleros*,
& in l. 54. tit. 6. p. 1. verb. *en las puẽtes*, Mexia, ad prag
maticam panis, conclu. 1. num. 6. & concl. 5. nu. 63. &
probatur in l. 12. tit. 2. lib. 1. recopil. vbi Azeu. ita & à
maioritate rationis tenentur contribuere ad prędictã
neceſſitatem regiam, cum ſit cauſa publica, & ad om-
11 nes publicas neceſſitates tenentur omnes (etiam cle-
rici) contribuere, quod latiſſime proſequitur Octau.
in deciſ. Pedemont. 68. nu. 5. & Riminaldus conſ. 1.
num. 20. Decianus, reſponſ. 14. num. 20. Rolandus,
conſi. 2. nu. j. vol. 4. & Burſatus, conſ. 16. nu. 23. & 25.
num. 3. & 42. num. 10. & latius conſ. 161. nu. 11. Nat
ta, conſ. 208. num. 6. vol. 1. & Mexia, ſupra, reſoluens
communem opinionem, & quod procedat omni iure,
etiam diuino, vt teſtatur Ripa, tit. de eccleſijs ędifican
dis, reſponſ. 1. & Lucas de Penna, in d. l. 2. C. de quib.
munerib. vel pręſtationib. nemini liceat ſe excuſare,
Guillermus Benedictus, in ca. Raynutius, verb. vxorẽ
nomine Adelaſiam. num. 103. cum ſequentibus, vbi
12 reſpondet ad cap. non minus, de immunit. eccleſ. vbi
pro foſſatis clerici non tenentur contribuere, quod eſt
13 intelligendum, non imminẽte neceſſitate. Et pro hac
ſententia facit d. l. 31. tit. 18. p. 3. ibi, *fueras ende ſi el
rey las vuieſſe meneſter para fazer dellas alguna coſa
que fueſſe à pro comunal. de el reyno*, & inter cauſas pu-
blicas, quę à Doctoribus traduntur, vt rex poſſit tolle
re dominium rei ſuę alicui, eſt fauor publicus, vt in l.
item ſi verberatum. §. fi. ff. de rei vendic. l. venditor. §.
ſi conſtat, ff. communia prędiorum, c. ſuper quibuſdã,
vbi gloſ. verb. Imperator, de verbor. ſignific. l. bene à
Zenone, C. de quadriennij pręſcript. & in d. l. depre-
catio, ff. ad l. Rhodiam de iactu. Et plura in hoc propo
ſito congeſſit Menchaca, cõtrouerſiarum v. ſufrequen
14 tium, lib. 1. c. 1. num. 7. Quę opinio cõfirmatur, quia
princeps pro defenſione patrię, ſi non habet de ſuo,
poteſt ſubditos collectare, vt docet Albericus, in l. de
quibus, verſ. idem quęro, ff. de legibus, l. ſi quis in hoc
genus, C. de epiſcopis, & clericis Pariſiu's, conſ. 25. nu
15 me. 65. vol. 1. quia cum princeps militet pro commu
ni vtilitate, debet etiam de communibus viuere, pro
honeſto ſtatu principum conſeruando, cum reditus
proprij non ſufficiant, nec exactiones conſuetę, pro-
16 ut ſunt *alcauales*, *tercias*, *ſubſidio*, *y eſcuſado*, Et ſic
prius quam noſter Chriſtianiſſimus, & inuictiſſimus
rex Philippus II. ad hanc exactionem perueniſſet, om
nia bona ſua, regaleque patrimonium vendidit, alie-
nauit, & pignorauit, & ſic donatiuum millorum ma
iorem habet æquitatem, & iuſtificationem, ex doctri-
na Baldi, in l. neminem, C. de ſacroſanctis eccleſijs,
vbi Paulus, Socinus iunior, conſil. 98. num. 10. vol. 3.
17 dicunt, quod princeps primo debet ſe pręmunire de
ſuo marſupio, quam ſubditis collectam imponat.
Idemque defendit Rolandus, conſ. 1. nu. 62. cum ſe-
quentibus, vol. 2. & in num. 157. vbi dicit, quod quã-
do occurit publica neceſſitas, & princeps non habet

reditus

reditus ſuffi-ientes, pro ſubueniẽdo dictæ neceſſitati,
poſſunt ſubditi adſtriogi ad onera occurrentia, & ad
collectas. Idem docet Afflict. in rub. quæ ſint regalia,
colum. penult. verſicu. & pro hac deciſione, Lucas de
Penna, in l. 1. C. de ſuper. in dict. lib. 10. Salicetus, in
l. vectigalia. C. noua vectigal inſtitui non poſſe, vbi te
19 net, quod ſolus princeps poteſt gabellas & noua ve-
ctigalia inſtituere, cum ſiot de maximo imperio. Idẽ
tenet Bertachinus, in tractatu de gabell. 1. p. quæſt. 1.
Baldus, conſ. 343. vol. 5. Capella Tholoſana, 451. vbi
additio. Parladorius 1. part. rerum quotid. c. 3. à nu. 1.
cum ſequentibus. Iaſ. conſ. 81. vol. 4. Azeuedo, in l. 1.
tit. 11. lib. 6. recop. per illam legem in gloſſ. 1. & pro-
batur etiam in l. 9. tit. 7. p. 1. & tradit Laſarte, de gabel
lis in l. 1. tit. 17. lib. 9. recop. & Gironda, in 1. par. nu.
20 1. in principio. Peccat tamẽ mortaliter princeps, qui ſi
ne iuſta cauſa nouum vectigal imponit, vt tradit Affli
ctus, ſupra, num. 11. quem ſequitur Rolãdus, cõſ. 95.
num. 30. vol. 1. idem tenet Innocentius, in c. innoua-
mus, de cenſibus, & in c. ſuper quibuſdam, de verbo-
21 rum ſignificatione. Tamen in cõtræſumitur ſemper
iuſta cauſa (cum ſit pater communis omnium) & ſic
ſubditis, veluti pater filijs, debet theſauros præpara-
22 re, & in cunctis neceſſitatibus paſtoris vicem gerere,
vt in c. Apoſtolus. §. Iuſtinianus, de cẽſibus. Quæ ſen-
tentia probatur optime in l. 14. tit. 5. p. 2. ibi, *como
quier que el rey es ſennor de ſus pueblos para mãtenellos
en iuſticia, e ſeruir ſe de ellos: con todo eſſo guardallos de
ue en manera que non desfallezcan quando meneſter los
vuiere: ca ſegun dixo Ariſtoteles à Alexandro el mejor
teſoro quel rey ha, y el que mas tarde ſe pierde, es el pue-
blo, quando bien es guardado. E con eſto acuerda lo que
dixo el Emperador Iuſtiniano, que entonces ſon el reyno y
la camara del Emperador ricos e abondados quando ſus
vaſſallos ſon ricos, e ſu tierra abondada.* Et ratio eſt, quia
23 ſecundum Ariſtotel. ſimilis eſt operatio regis ad ſub-
ditos, patris ad filios, paſtoris ad oues: paterno enim
amore, & pie debet regere populum, vt in clementi-
24 na, conquerente, de reſtitutione ſpoli. boni enim pa-
ſtoris eſt tondere pecus, non autem deglubere, id eſt
pilos & lanam euellere. Et dicit Baldus, in præludijs
feudorum, colum. 13. quod regnum eſt ad ſimilitudi-
nem corporis humani, à quo ſi abſcindatur auricu-
la, non eſt corpus perfectum, ſed monſtroſum. Et
25 hinc venit, quod ſemper ſit credendum aſſertioni
principis vel regis, dicentis eſſe conſtitutum in neceſ
ſitate, ad defendendam religionem Chriſtianam, vt
docet Alexan. conſ. 216. vol. 2. Oldradus, conſ. 258.
Rolandus, dicto conſ. 1. nu. 58. & 90. vbi dicit, quod
26 non eſt in hoc facienda inquiſitio ſcrupuloſa, vt faci-
unt aliqui decuriones timoratæ conſcientiæ, aliquarũ
ciuitatum, quia à iure improbatur. l. doli, in fin. ff. de
27 nouationibus: & quia quando non eſt certum an bel-
lum ſit iuſtum, debemus ſtare principis, & eius con-
ſiliariorum declarationi, qui prius examinauerunt bel
lum eſſe iuſtum cum vnicuique de populo non debeat
princeps hoc notum facere, quia ſola principis, aut
conſilij auctoritas debet in hoc ſubditis ſufficere, nã
ex eo ſolum quod iura ipſi principi dederunt, conceſ
ſerunt etiam virtualiter, inducendi bellum poteſta-
tem, vt in l. vnica. C. vt vſus armorum, lib. 11. l. prohi-
bitum. C. de iure fiſci, lib. 10. vbi dicit, quod vaſallus
tenetur credere domino, non vero ſibimet confirma-
re conſcientiam. Quæ omnia limitantur, quando in
principe non ſubeſt aliqua neceſſitas, quia tunc con-
tributio debet ceſſare, vt tradit Rolandus, conſ. 91.
num. 45. vol. 2. & Auend. in ſuo dictionario, verb. *al-
cauala*, qui reſoluit quod veſtigal iam hodie non de-
betur regi, ex eo quod ceſſauit bellum Granatenſe,
cuius cauſa gabella fuit impoſita. Sed profecto illius
opinio nec eſt vera nec tenẽda, vt tradit (contra eum)
Laſarte, *de alcaualas*, c. 18. num. 39. & ratio eſt, quia
licet ceſſet hodie illa cauſa finalis, quæ à principio con
ceſſionis vigebat, adhuc durant aliæ grauiſſimæ cauſæ
cum à plurimis fidei catholicæ inimicis, à fronte, à ter
go, & à lateribus ſimus circunducti & oppreſſi, ad quo
rum tutelam, & protectionem, non ſolum gabellarũ,
præſtatio, & ſolutio eſt neceſſaria, verum etiam contri
butio millonum, & aliæ iuſtiſſimæ impoſitiones (quæ
à pluribus mordentur, & probantur, non attendenti-
bus altiora iuris principia) ſi vero abſolute ſit notiſſi-
mum per facti euidentiam, quod non ſuperſit cauſa,
tunc debet ceſſare prædicta contributio, vt tradit Ro
manus, conſ. 417. & 459. Duennas, reg. 100. limitatio
ne 12. Illud autem quod diximus, quod clerici i cauſa
neceſſitatis tenentur ad prædictam contributionem,
intelligi debet, non propria regis auctoritate, ſed de li
centia Pontificis, ita Abb. conſ. 3. lib. 1. Nauarr. in ma
nuali. c. 17. num. 201. & c. 23. num. 120. & illud etiã
tenet Medina, in C. de reſtitutione, quæſt. 15. in prin-
cip. & Auiles, in cc. pp. c. 25. verſic *des orden*, num. 5.
ſed ſi fuerit imminens periculum in mora, ſi recurra-
tur ad Romanum Pontificem, tunc recedendum eſt à
regulis iuris, l. de dupillo. §. ſi quis riuos ff. de noui o-
peris nunciatione, & tenet Greg. in d. l. 54. & Gutier
rez, pp. quæſtionum, lib. 1. quæſtione. 3. num. 4. & 5.
& Olano, in antinomia iuris, litera C. num. 38. Aze-
uedo, in l. 11. tit. 3. lib. 1. recop. num. 6. & 7. quæ ſen-
tentia probatur in d. c. aduerſus de immunitate eccle-
ſia. ibi, *propter imperitiam tamen quorundam, Romanus
Pontifex prius conſulatur, cuius intereſt omnibus vti-
litatibus prouidere* Cacheranus, ſupra deciſ. Pedemon
tana. 68. num. 30. Afflict. deciſ. 24. & 85. & ita illum
tex. in d. c. aduerſus, limitat Cacheranus, ſupra & in
conſilio ibi poſito, num. 29.

QVÆSTIO DLXXIX.

*Utrum princeps poſſit aliquem reſtituere natalibus in
præiudicium alterius. Communis contra communem.*

PRinceps poteſt quem natalibus reſtituere in præ-
iudicium ſcripti heredis abſque cauſa, etiamſi per
heredem hereditas ſit adita, dummodò bona non
ſint apprehenſa, ita eſt communis opinio ſecundum
Fortunium, in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, nu. 286.
ff. de lib. & poſthumis, in vol. repet. & iuxta aliam im
preſſionem, num. 392. & dixit etiam communem Co
uarr. in 4. decret. 2. p. c. 8. §. 9. num. fin.
Sed contrariam ſententiam teſtatur communem
Ioannes Crotus, num. 134. Galiaula, num. 95. Rui-
nus, num. fin. & Acoſta. 2. p. num. 5. in d. §. & quid
ſi tantum, & de huius articuli expeditione vide l. 4.
titulo 15. par. 4. & ibi Gregor. verb. *e ſi caben ſu ruego*,
quæ opinio veriſſima eſt & ab ea non eſt recedendum
in iudicando & conſulendo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Lata culpa in criminalibus, non æquiparatur dolo.*
2 *l. fin. Tauri declaratur.*
3 *Dolus requiritur ad incurrendam pœnam falſi.*
4 *Ad incurrendam pœnam periurij requiritur dolus.*
5 *Doli allegatio ſufficit, vt delictum in dubio intelligatur doloſe eſſe commiſſum.*
6 *Probato delicto, vel mendacio, præſumitur dolus.*
7 *Lex 1. tit. 7. p. 1. declaratur.*
8 *Falſitas non poteſt eſſe vbi eſt bona mens & intentio.*
9 *Pœna impoſita à iure propter mendacium, habet locum quando dolus interuenit.*
10 *Homicida non punitur pœna ordinaria delicti, ſi abſque dolo homicidium ſit commiſſum.*
11 *Homicidium committitur abſque dolo, quando inaduertenter committitur.*
12 *L. 5. in fi. tit. 8. p. 7. declaratur.*
13 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*

QVÆSTIO DLXXX.

Vtrum poſſit reus corporaliter puniri, quando abſque dolo (culpa tamen accedente) delictum committit. Communis contra communem, & quid iure regio.

CONcluſio Doctorum receptiſſima eſt, quod in
pœnis criminalibus nunquam poteſt aliquis pu
niri corporaliter, niſi dolus interueniat. Ita docet
Bart. in l. 1. §. 1. num. 1. ff. ſi quis teſtamento lib. eſſe iuſ
1 ſus fuer. cuius opinio communis eſt, vt tradit Cæpol-
la, conſ. crim. 33. qu. d ad. o verum eſt, quod non ſuf-
ficeret lata culpa, quæ in criminalibus non æquipara
tur dolo, & hanc dicit eſſe communem opinionem
Iaſ. in l. in actionibus, num. 23. & 26. ff. de in litem iu
rando, & Ioannes Blanco, in practica criminali, num.
137. Syluester, in ſua ſumma, verb. pœna, quæſt. 16.
& verb. culpa, verſ. decimo quæritur. Bernardus Diaz
reg. 540. vbi adduxit ad hanc regulam tres ampliatio
nes, & decem limitationes, tradit Gratus, reſpon. 132.
vol. 1. Grammaticus, voto 211. nu. 15. Hippolytus,
in l. vnius. §. cognituram. num. 27. ff. de quæſtionibus.
Maranta, in ſpeculo aduocatorum. 4. p. diſtinct. iudic.
60. Et ab hac opinione, & communi ſententia rece-
dendum non eſſe, tradit Salzedo, in additionibus ad
2 regulam Bernardi Diaz, Auendannus, de exequen-
dis mandatis. 2. p. num. 22. colum. 5. vbi hanc dicit
communem opinionem (ſic intelligens legem fi. Tau-
ri) reſoluens, quod ad incurrẽdam pœnam falſitatis,
(de qua in illa lege) requiritur dolus. Et ita ſunt pon
3 deranda verba illius legis, verb. *falſamente*. Idem te-
net Auiles, in cc. prætorum. c. 48. gloſſ. 1. num. 3. vbi
dicit ad hoc vt quis puniatur de falſo, requiritur do-
lus. Idemque tenet Gutierrez, in authentica, ſacramẽ
4 ta puberum, num. 62. C. ſi aduerſus venditionem, vbi
idem reſoluit ad incurendam pœnam periurij, di-
cens eſſe veram & communem opinionem, quam la
te proſequitur Iaſ. in l. qui iurasse, num. 4. ff. de iureiu
rando, vbi Paulus, num. 7. & 8. dicit notabile verbũ,
5 & in praxi ſatis vtile, & quotidie contingere, ſcilicet,
quod ſufficit in accuſatione allegatio doli, & eo ipſo
quod probatum ſit, teſtem falſum dixiſſe, præſumi-
tur doloſe. Pro cuius opinione facit text. in l. 1. C. ad
l. Corneliam de ſicarijs, vbi probatur, quod licet gene
raliter loquendo, allegans dolum vel culpam, teneatur
id probare, vt in l. quoties. §. qui dolum, vbi gloſſ. ff. de
probationibus: tamen ſecus eſt in delictis, in quibus
6 probato delicto, vel mẽdacio, præſumitur dolus. Quę
declaratio notabilis eſt, & in praxi valde notanda, vt
tradit Gutierrez, ſupra, num. 63. in fi. & noſtram prin
7 cipalem concluſionem probat lex. 1. tit. 7. p. 1. ibi,
ſi alguno fizieſſe priuilegio o carta falſa a ſabiendas. Et
ibi, *o cambiandolas falſamente.* Et ibi, *otro ſi dezimos que
el abogado faze falſedat ſi alegaſſe a ſabiendas leyes fal
ſas en los pleytos que tuuieſſe.* Et ibi, *otro ſi dezimos, que
todo iuzgador que da iuyzio a ſabiendas contra derecho,
faze falſedad.* Et ibi, *eſſo miſmo la faze el que es llamado por
teſtigo en algun pleyto, ſi dixere falſo teſtimonio, o nega
re la verdad ſabiendola.* Et ibi, *otro ſi dezimos que qual
quier home que mueſtra malicioſamente a los teſtigos
que digan teſtimonio con intencion de los corromper.* Ex
quibus clare comprobatur noſtra ſententia, quod
ad incurrendam pœnam in delictis, requiratur do-
lus, & illud etiam docet ibi Gregorius, verb. *muda-
miẽto de verdad*, vbi reſoluit ex dicto Baldi, quod vbi
8 eſt bona mens, & intentio, ibi non poteſt eſſe falſitas,
cum culpa ſit ſcienter negare veritatem. l. ſancimus.
C. de pœnis. Ita etiam tradit Felinus, in c. cæterum, n.
9 13. de iudicijs, vbi dicit, quod pœnæ impoſitæ à iure
propter mendacium, habet ſolum locum, quando do
lus interuenit in mendacio, alias ſecus, vt probat tex.
in c. 1. §. ſi fuerit, quæ ſit prima cauſa benef. amitt. &
in c. 1. §. vaſallus, ſi de feudo fuerit cõtrouerſia, in vſi-
bus feudorum. Quam opinionem ſequitur etiam
Padilla, in l. fi. num. 13. C. de fideicommiſſis. Ex qua
reſolutione dicit Iaſ. in l. 1. num. 70. ff. de legibus (re-
ſoluens eſſe communem opinionem) quod ſi ſtatu-
10 tum diſponat, quod homicida ſit decapitandus, intel
ligitur dummodo homicidium ſit commiſſum dolo,
nõ autem culpa, & dicit etiam communem idem Iaſ.
in d. l. in actionibus, num. 26. vbi Decius, num. 20.
Curtius iunior, in l. fin. num. 9. ff. quod quiſque iuris:
quæ opinio receptiſſima eſt, vt docet Alciatus, in l.
magna negligentia. ff. de verborum ſignificatione,
quam opinionem ſequitur Iulius Clarus, lib. 5. recep
tarum ſententiarum. §. homicidium, num. 3. vbi de-
11 clarat, quod tunc dicitur homicidium culpa commit
ti, quando quis non doloſe, nec animo occidendi, ſed
aduertenter alium interfecit, quod delictum non eſt
puniendum pœna mortis, & ſic pœna ordinaria: ſed
debet imponi pœna pecuniaria, vel exilij pro modo
culpæ, & aliquando pœna triremium, ad tempus, vt
dicit ſeruatum fuiſſe in cauſa de facto occurrente an
no 1557. reſoluens hanc eſſe communem ſcribentiũ
opinionem: quam etiam ſequitur Menchaca, lib. 2.
controuerſiarum illuſtrium. c. 96. num. 32. vt optime
declarat noſtram concluſionem quam approbat lex
5. in fine, tit. 8. p. 7. vbi Greg. verb. *no apercibieſſen
della.*
13 Sed his non obſtantibus, contrariam opinionem
(imo quod pro lata culpa poſſit quis corporaliter pu
niri, licet dolus deficiat) dicit communem Maranta,
in ſuo ſpeculo aduocatorum. 4. p. à num. 85. quem ad
hoc refert Iulius Clarus, lib. 5. receptarum ſententia.
§. fi. quæſtione. 84. num. 1. in fin. dicens quandoq; ſe
vidiſſe in ſenatu ita obſeruatum fuiſſe. Prima tamen
opinio

14 opinio verior & communior eſt tam de iure communi, quam regio, & ab ea non eſt recedendum in iudicando & conſulendo. Et ſic generaliter & diſtincte tenendum eſt, pro declaratione omnium legem regul quod quotieſcunque imponitur pœna: ratione alicuius delicti, erit locus executioni illius ſi dolus interueniat: ſecus vero ſi lata culpa, quia tunc pœna extra ordinaria reus plectẽdus eſt, vt in d.l.5.in fi.ti.8.p.7.

QVÆSTIO DLXXXI.

Utrum princeps poſſit remittere pœnam parti applicatam. Communis contra communem.

PRinceps non poteſt remittere pœnam parti applicatam. Ita tenet glo. in l. vnica, C. de in ius vocando, quam dixit communi approbatam Paulus, cõſ. 5.num.31.vol.4.

Sed contrariam partem innuit communem idem Pariſius, conſ.31.in nu.42. & Ludouicus de Montalto, de reprobatione ſententiæ Pilati, art.3. num. 34. vol.8. tractatuum, qui dicit hanc opinionem tenere omnes Doctores cõmuniter. Quæ opinio verior eſt, quia illud quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro tolli non poteſt, vt in reg. iuris id qđ noſtrum. ff. de reg. iur.

QVÆSTIO DLXXXII.

Utrum ſine citatione illorum, quorum intereſt, poſſit princeps aliquem natalibus reſtituere. Communis contra communem.

DIximus in quæſtione. 579. principium poſſe natalibus reſtituere in præiudicium alterius, & dubitatur, an illud procedat cum citatione illorum, quorum intereſt. Et quod non ſit neceſſaria partis citatio tenet Boerius, deciſ.122.num.fi. qui reſoluit eſſe communem opinionem, & dicit etiam communem Iaſ. in l.Gallus.§.& quid ſi tantum, num.143. ff. de liberis, & poſthumis.

Sed contrarium (imo quod non poſſit) teſtatur cõmunem Socinus, in d.§. & quid ſi tantum, num.25. Prima tamen opinio ſeruata fuit de facto, vt dicit Boerius, ſupra, nu.7.& pro ea facit tex. in l.2.in fin. ff. de natalibus reſtituendis.

QVÆSTIO DLXXXIII.

Utrum in dubio notarius præſumatur rogatus. Communis contra communem.

NOtarius in dubio prȩſumitur rogatus. Hæc eſt communis opinio, ſecundum Alexand. conſ. 133.num.9.vol.3. Et pro complemento huius quæſtionis, vide quæ diximus in quæſtione 474. an teſtes præſumantur rogati. pro intellectu authenticæ, rogati, C. de teſtibus.

QVÆSTIO DLXXXIV.

Utrum requiratur de eſſentia legis, quod ſit ſcripta. Communis contra communem.

DE eſſentia legis eſt, quod ſit ſcripta. Ita tenet cõmunis opinio, ſecundum Salicetum, in l. humanum. C. de legib. quam quæſtionem late proſequitur Abb. in rub. de conſt. num. 5. vbi Decius in 1. lectura, num. 26. Beroius, in rub. de conſtitutio. nu.72. Didacus Perez, in l.1.tit.4.col.110. Humada, in l.4. tit.1.p.1.gloſſ.1. Belluga, in ſpeculo princip. rub.47. num.9. Menochius, de arb. caſu, 420.nu.25. Burgos de Paz, in l.3. Tauri, num. 378. in princ. & Fuſcus, de viſitatione, lib.1.c.33.num.8.& alios refert Zenedo, in collectaneo 1. ad decretum. num.4.

Sed contrariam ſententiam teſtatur eſſe communem Felinus, num.3. & additionator ad Abb. litera C. in d. rub. de conſtitutionibus, in fin. & vide quæ dicemus in quæſt.620.

SVMMARIVM.

1 *Cap.1.ſeſſ.23. Concilij Tridentini declaratur.*
2 *Reſidentia requiritur in beneficijs eccleſiaſticis de iure Pontificio.*
3 *Nulla neceſſitas excuſat à reſidentia, niſi vtilitas eccleſiæ.*
4 *De duobus bonis maior eſt eligendus, & de duobus malis minimum.*
5 *Parochus per duos menſes ſine licentia epiſcopi poteſt à ſuo beneficio recedere ſecundum Zenedum.*
6 *Congregatio Cardinalium contrarium reſpondit in quæſtione præcedenti.*
7 *Cauſa ſtudij eſt iuſta cauſa recedendi à beneficijs curatis. Et quæ ſint aliæ iuſtæ cauſæ.*
8 *Conſuetudo nihil valet contra ius diuinum.*
9 *Interpretari quæ ſit vtilitas publica, pertinet ad ius poſitiuum.*
10 *Epiſcopus, cum cauſa legitima à Romano Pontifice approbata, vel à metropolitano, poteſt à ſuo epiſcopatu recedere.*
11 *Inquiſitor non poteſt recedere à ſuo beneficio curato, ex eo quod exerceat illud officium.*
12 *Spini opinio, in quantum dixit, quod inquiſitor non tenetur reſidere in beneficio curato, reprobatur.*
13 *Vigintiquatuor caſus, in quibus à reſidentia excuſatur parochus, enumerantur remiſſiue, & quod beneficia ſimplicia non requirunt perſonalem reſidentiam.*
14 *Diſtributiones quotidianæ acquiruntur in caſibus iuſtæ abſentiæ, & quid de veſtiario canonicorum.*
15 *c.1. de cleric. non reſid. declaratur.*
16 *Impeditus de facto & contra ius, non perdit diſtributiones quotidianas, nec veſtiarium.*
17 *Sententia lata contra capitulum ſanctæ eccleſiæ Toletanæ, vt reſtituat fructus, exequetur etiam in diſtributionibus quotidianis, & ſic fuit iudicatũ contra eũ.*

QVÆSTIO DLXXXV.

Utrum reſidentia prælatorum, & aliorum beneficiatorum ſit de iure poſitiuo vel diuino. Communis contra communem.

REſidentia epiſcoporum, & aliorum beneficiatorum, cuius ſit iuris, ſolet in dubium verti & eſſe iuris diuini, tenẽt plures Doctores, Carrança in tractat. de reſident. prælat. c.2. num. 2. vbi plures pro iſta ſenten-

ſententia adduxit auctoritates Caietanus,2.2.q.185.
art.5.Gigas in tract.de reſident.c.2.Soto,lib.10.de iu
ſtitia & iure,q.3.art.1.& 2.Caſtro, lib.5.de iuſta hæ-
reticorum punitione,c.4.Couar.lib.3.variar.c.13.nu
me.9.Nauar.in Manuali,c.25.nu.120.& hæc eſt cō-
munis opinio ſecundum Dominicum de Soto,in apo
logia de reſidentia,contra Catherinum,& aſſignat ra
tionem Couarru.ſupra,& ampliat illud procedere,nō
obſtante conſuetudine in cōtrarium,etiam immemo-
riali,& alios DD. refert pro hac ſententia Flaminius,
de reſigna.benefic.lib.1.quæſt.10.num.15.vbi refert
pœnam contra clericos non reſidentes, declarans c.1.
ſeſſ.6.Concilij Tridentini.

Sed contrariam opinionem(imo quod ſit iuris hu-
mani)dixit cōmunem Ambroſius Catherinus, in de-
fenſione,contra prædictam apologiam Soti. Prima ta
men opinio eſt hodie approbata ex ſacro Cōcilio Tri
1 dentino,c.1.ſeſſ.23.ibi, *cum præcepto diuino mandatū*
2 *ſit omnibus*. Et ſic bene ſequitur,quod reſidētia in be-
neficijs eccleſiaſticis (maxime requirentibus anima-
rum gubernationem)ſit de iure diuino, & per illum
text.ita tenet Salzedo,in additionibus ad Bernardum
Diaz,in pract.crim.c.52.litera A. & etiam eſt de iure
Pontificio,vt in c.quia nonnulli, c.ex tuæ, de clericis
non reſidentibus,c.ad hæc,c.extirpandæ,§.quia vero,
de præbend.c.non oportet,cum ſequentibus,7.quæſt.
3 1.c.1.& 2.ſeſſ.6.Concilij Tridentini. Et ſic nulla re-
gularitet neceſſitas poteſt epiſcopos,vel curam anima
rum habentes ab hac reſidentia excuſare,niſi propter
vtilitatem vniuerſalem,vel particularem eccleſiæ,quia
in hoc caſu ex virtuali mente iuris diuini abeſſe iuſte
4 poſſunt, quia quemadmodum ex duobus malis mini
mum eſt eligendum,c.nerui,c.duo mala,13.diſtribu-
tiones, ita & eodem modo de duobus bonis maius eli
gitur,vt docet Couar.in regula peccatum,in princip.
num.3.de reg.iur.in 6.& Soto, in 4.diſt.28.quæſt.1.
art.2.& in hoc caſu munus paſtorale alteri ſacerdoti
idoneo demandandum eſt, vt in Cōcilio Tridentino
eſt iuſte diſpoſitum,in c.1.ſeſſ.5.& c.1.ſeſſ.23. & in
d.§.quia vero,& Selua,de benefi.4.p.quæſt.6. qui ad
duxit 25.& Nauar.in manuali,d.c.25.nu.120.& De
ciſio Matthæi de Afflictis Neapolitana.289. Zenedo
nouiſſime,in ſuis collectaneis,3.p.ad 6. & Clem.col-
lectaneo,31.qui reſoluit, quod parochus per duos mē
5 ſes pōt impune recedere à beneficio, etiā non petita li
centia, & quod hoc eſt de mente Concilij : nam licet
verba illius capituli trahi poſſunt in oppoſitum, faci-
liua tamen , & verius intelliguntur quod ea licentia,
quæ in ſcriptis deſideratur,exigatur ad prolixius tem-
pus, & ſic vltra duos menſes, quia alias eſſet multum
graue parocho,quod nunquam poſſet impune recede
re à ſuo beneficio:cum tamē poſſit epiſcopus per tres
menſes,ſine aliqua licentia, vt in verſic.*quoniā illius c.*
quod quidem verum mihi ſemper viſum fuit ex ver-
bis,& mente Concilij, idemque tenet Salzedo,in pra
6 ctica ad Bernardum Diaz,c.52.col.4.fol.144.Vidi ta
men in oppoſitū declarationem congregationis Car-
dinalium,& ita praxis recepit, vt abſque licentia non
poſſit parochus recedere etiam ſi abſens fuerit prop-
ter eccleſiæ vtilitatem , quare neceſſaria eſt ordinarij
licentia in ſcriptis & gratis concedenda, ſecundum
Concilium. Dubitari tamen poteſt, quæ dicitur in iu-
ſte vtilitas eccleſiæ,vt facile epiſcopus moueatur ad li-
centiam concedendam ex virtuali mente iuris diuini.
In qua re ſunt cauſæ conſiderandæ,quæ à iure ſunt de
7 terminatæ & expreſſæ, veluti abſentia ſtudiorum cau
ſa,vt in d.c.2.ſeſſ.4.vbi docentes ſacram Scripturam,
& Scholaſtici,qui in ſcholis ſtudent, poſſunt recede-
re à ſuis beneficijs curatis, & lucrantur fructus in ab-
ſentia. Ita Staphyleus,de literis gratiæ, & iuſtitiæ, tit.
de qualitate,& ſtatu beneficiorum, §.circa,nu.10.&
Salzedo,ſupra. Idem dic in commorantibus in ſerui-
tio Pōtificis,Regis,vel epiſcopi,arg.text.in c.fi.de ma
giſtris, c.licet,de præb.& in d.c.2.ſeſſ.5.c.ad audien-
tiam, de clericis non reſidentib.c.cum ex eo, de elect.
in 6. Non tamen prædicti lucrabuntur diſtributiones
quotidianas,ita Fuſcus,de viſitatione, lib.2.c.29.nu.
20.per tex.in c.licet nobis,de præben.quod proſequi-
tur in num.18. ſuperior tamen interpretabitur hoc,
in priuilegiatis,deſeruientibus principibus,vel etiam
8 conſuetudo rationabilis, quæ licet nihil valeat contra
ius diuinum , vt in c.fi.de conſuetudine, interpretari
9 tamen eſt iuris humani , an ſit vtilitas eccleſiæ , & ſic
conſuetudo valet,vt tradit gloſ.magiſtra, & doctores
in l.fin.C.ſi contra ius,vel vtilit.public. Et iuxta hæc
intelliges caſus adductos à gloſ.in c.relatum, de cleri
cis nō reſidentibus,à Decio,& Veroyo,in c.cum om-
nes,de conſtitutio.Ripa,in cap.cum M.num.41.eod.
tit.Alberto Trotio, de vero & perfecto clerico, lib.2.
c.45.S.Thom.2.2.quæſt.85.art.3.Soto,lib.10.de iu
ſti.& iure,quæſt.3.artic.4. Ripa,in tract.de peſte, fol.
25.& eſt deciſio Pedemontana 286.nu.29 & ita eſt
intelligendus text.in d.c.ſuggeſtum , cum ſequentib.
10 7.quæſt.1.& c.1.ſeſſ.23.in verſ.2.& ſic cum cauſa le
gitima poterit epiſcopus abeſſe à ſuo epiſcopatu, mo
do hæc cauſa legitimæ abſentiæ, à Romano Pontifice,
vel à metropolitano approbetur in ſcriptis, & hoc,vl
tra illos tres menſes cōtinuos,uel interpolatos.Idem-
que de parochis dicēdum erit,ultra duos menſes, qui
expreſſe à Concilio conceduntur. Et inter alias perſo
nas priuilegiatas de non reſidendo in beneficio cura
to,dixit Spino,in ſuo ſpeculo teſtamētor. gloſ.3.prin
11 cipali,tit.de capellanijs,num.58. quod eſt inquiſitor
hæreticæ prauitatis,& quod illud procedit fauore fidei.
argum.text in c.fi.de magiſtris. Sed eius opinio uera
12 non eſt,nec ſeruatur in praxi: quia ipſorum priuile-
gia ad beneficia curata non extenduntur, cum nō ſit
à iure expreſſum,ſed ſolum ad alias præbendas,& idē
exiſtimo de ſtantibus in ſeruitio epiſcopi,cum cōtra-
rium non uideamus diſpoſitum de iure, nec de cōſue
tudine. Tu autem uide 24.caſus, in quibus parochus
13 excuſatur à reſidētia,quod tradit Selua, de beneficio.
4.p.c.16.& 8.& alios caſus (etiam extante Conc.Tri
dentino)congeſſit Salzedo,in practica ad Bernardum
Diaz,c.52.litera C.fol.154. & Flaminius,ubi ſupra,
nu.59.& 66.ubi limitat non procedere quoad bene-
ficia ſimplicia,quia ipſa de generali conſuetudine nō
requirunt perſonalem reſidentiā.Idemque tenet Ho-
jeda, de beneficijs incompatibilib.1.par.c.17.nu.27.
Lapus allegatio.35.

Solet tamen dubitari, an in caſibus iuſtæ abſentiæ,
poſſit beneficij poſſeſſor ſimplicis,uel curati, acquire
re non ſolum fructus beneficij, ſed etiam diſtributio
nes quotidianas, quæ ſolum præſentibus aſſignantur.
In qua quæſtione gloſ.uerbo,receperit, in c.unico,de
clericis non reſidentibus, in ea eſt ſententia, vt tales
di-

diſtributiones non competant abſentibus, etiam cau
ſa ſtudij, neque alijs priuilegiatis, per tex. in cap. olim,
de verbor. ſignific. qui text. (meo iudicio) magis vide
tur probare contrarium, in vltimis verbis, ibi, *plene ſi
cut vni ex alijs reſidentibus iniungimus conferendam.* Et
hoc idem inſinuant verba dicti cap. 1. de clericis non
reſidentibus, ibi, *exceptis illis, quos infirmitas, ſeu iuſta
& rationabilis neceſſitas, aut euidens eccleſię vtilitas ex
cuſaret.* & ſic iuſta de cauſa impeditus, & abſens con-
ſequitur diſtributiones quotidianas, vt de iuſte incar
cerato tradit Couar. lib. 3. variarum. c. 13. num. 8. in
verſic, vndecimo ex his. In illis vero, qui aliquo vtun-
tur priuilegio, vera eſt illius gloſſæ ſententia, & pro ea
15 eſt text. expreſſus, in c. de cætero, in verſic. niſi, de cle-
ricis non reſidentibus, vbi qui eſt in ſeruitio epiſcopi,
non conſequitur diſtributiones quotidianas, neque il
le, qui eſt in ſeruitio Papæ, vt tradit Calderinus, conſ.
1. in tit. de clericis non reſid. & Couar. ſupra, num. 1.
qui bene hoc declarat, quod non procedit in impedi
16 to de facto iniuſte, & abſque illius voluntate, imo re-
luctante: & ſic ſi aliquis ex canonicis huius ſanctæ ec
cleſiæ (in qua non lucrantur diſtributiones quotidia
dianæ in abſentia, neque veſtiarium, niſi facta certa
reſidentia) fuerit iniuſte, & abſque cauſa legitima in
carcerem per annum detentus, poſteaque patefacta ve
ritate abſolutus, & liberatus, poterit licite petere fru-
ctus, & diſtributiones, quæ illi aſſignarentur, & de-
berentur, ſi præſens in choro fuiſſet, quia alias ſine
culpa puniretur. Quod maxime procederet, quando
captura fuit facta in loco eccleſiæ, vt tradit Couar. ſu-
pra in ver. 8. & Ripa, in tracta. de peſt. 2. par. nu. 145.
& tradit Calderinus, conſ. 17. in tit. de præbẽdis, qui
aſſerit, quod canonicus à ciuitate expulſus abſq; eius
culpa, debet percipere diſtributiones quotidianas,
quem ſequitur Fel. in c. cum omnes, nu. 2 a. de conſti-
tutionibus, & Probus, in d. c. ſ. nu. 2 a. Et quod ma-
gis eſt, ſi ad petitionem alicuius canonici iniuſte in-
17 carcerati, vel non admiſſi ad poſſeſſionem canonica-
tus, per capitulũ, fuerit prolata ſententia contra eum,
per quam ſit condemnatus ad reſtitutionẽ fructuum,
venirẽt etiam diſtributiones quotidianæ. Ita Puteus,
deciſ. 239. in 1. parte. Et ita vidi iudicatum contra
capitulum ſanctæ eccleſiæ Toletanæ, *En la retion de
Mendo.* Quod eſt iuri conſonum, & conſuetudo in
cõtrarium non eſt rationabilis, ſed iniqua, & ſic non
ſeruanda in hoc caſu, vt in c. fi. de conſuetudine; quę
omnia ſunt menti tenenda.

QVÆSTIO DLXXXVI.

*Vtrum ſubſtantialia iudicij, poſſint à parte remitti.
Communis contra communem.*

QVæ ſunt de ſubſtantia iudicij, non poſſunt re-
mitti per partes. Ita voluit gl. verb. conſenſu, in
c. de cauſis. de officio deleg. Cuius concluſionem in-
tellige, ſiue pro parte, ſiue in totum velint remittere.
Ita eſt communis opinio ſecundum Dec. ibi, num. 8.
Sed contrariam ſententiam (imo quod in totum
poſſint remitti, non autem pro parte) dixit commu-
nem Robertus Maranta, de ordine iudiciorum, in
prin. nu. 41. & ita eſt intelligẽdus tex. in l. 40. & 41.
tit. 2. par. 3. Hodie autem de iure regio, hoc relinqui-
tur iudicis arbitrio, non vero eſt in voluntate, vel con
uentione partium. Ita notat Auendannus in reſpon-
ſo. 1. nu. 16. vbi refert, quæ dicantur de ſubſtantia iu-
dicij, vel de ordine iudiciorum: quibus adde, quod
ſicut partes non poſſunt ſubſtantialia iudicij remit-
tere, ita nec cõſuetudo poteſt actus ſubſtantiam tol-
lere, ſecundum gloſſam, verb. officiali, in c. 2. de con-
ſuetudine. lib. 6. Quæ communiter tenetur, ſecun-
dum Guillermum Benedictum, in repetit. c. Raynu-
tius, verb. & vxorem, de teſtam. 2. nu. 107. & Caſſan.
in proœmio conſuetud. Burgundiæ, nume. 33. dicit
etiam communem illam gloſſam Rochus, in c. fi. de
conſuetudine, col. 6. nu. a 29. vol. 9. tract.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix turpiter facit, non tamen turpiter recipit.*
2 *Meretrix in foro conſcientię mercedem petere, & retine-
re poteſt.*
3 *Meretrix acquirit dominium rei ſibi datæ.*
4 *Meretrix eſt miſerabilis perſona.*
5 *Meretrici datur actio ad repetendũ, & fortius retentio,
contra Sarmientum.*

QVÆSTIO DLXXXVII.

*Vtrum meretrix ex bonis ex turpi lucro quæſitis poſſit
facere eleemoſynam. Communis contra communem.*

DVbitatur apud Doctores de quæſtione præce-
denti, in qua partem affirmatiuam, quod me-
retrix poſſit facere eleemoſynam, & in foro conſcien
tiæ retinere ſibi ob turpem quæſtum datum, tenet
Abb. in c. plerique, de immunitate eccleſ. q. 3. nu-
me. 12. Couar. in reg. peccatum. 2. p. §. 2. nu. 4. & di-
cit communem Medina, in ſuo C. de reſtitutione q.
20. & hanc eſſe communem theologorum, & cano-
niſtarum dicit Nauar. in Manuali. c. 17. nume. 34. &
Cordoua, lib. 1. q. 32. in prima opinione, Henricus,
in ſumma theolog. Moralium, lib. 7. c. 35. nu. 3. & di
cit communem theologorum Salon de iuſti. & iure,
q. 62. art. 5. controuerſia. 4. Mercado, lib. 4. de contra
ctibus, c. 16. verb. *todas las vezes*, Antonius Gomez,
in l. 62. Tauri, in fine, quam opinionẽ ſequitur Pau
lus Fuſcus, ſingulari. 23. litera M. & de viſitatione li-
bro 1. c. 30. nu. 57. Antonius Scappus, lib. 1. cap. 54.
nu. 6. & Selua, de benef. 2. p. q. 5. num. 2. quam tenet
gl. in c. ex tranſmiſſa, de decimis, cuius opinionem
fatetur communem Bermondus, de publicis concu-
binarijs, pag. 237. num. 12. vbi idem ſcribit commu-
nem theologorum eſſe in contrarium. Sed fallitur
profecto Bermondus, quoniam gloſſę opinionem ſe
quitur S. Tho. 2. 2. q. 32. art. 7. Syluester, verb. elee-
moſyna, nu. 5. Med. de pœnit. in tract. de eleemoſyna.
fol. 154. col. 3. ad fi. Sot. de iuſt. & iu. lib. 4. q. 7. art. 1.
qui ait hanc eſſe receptam theologorum opinionem.
1 Et ratio eſt, quia licet meretrix turpiter faciat cum ſit
meretrix, non tamẽ turpiter accipit. l. 4. §. ſed id quod
meretri i. ff. de cond. ob turp. cauſ. l. 53. tit. 14. p. 5.
2 vbi late Grego. & ſic meretrix in foro conſcientiæ
mercedem petere, & retinere poteſt, & quod ſibi da-
tum, vel promiſſum eſt, cauſa ſuæ turpitudinis, in tan
3 tum, quod illi acquiritur dominiũ, & ſic ad libitum

poteſt de tali lucro diſponere, & multo fortius elee-
4 moſynam dare, ne illæ miſerrimæ perſonæ fiant miſe
rabilioris conditionis, vt optime defendit Menebaca
(per plures rationes lib. 1. controuerſiarum illuſt. ca.
48. nu. 5. contra Medinam, qui etiam defendit, quod
5 non ſolum detur retentio meretrici, ſed etiam actio, li
cet in hoc contrarium contendat Sarm. lib. 6. ſelecta.
c. 8. qui reſoluit, quod non detur actio meretrici, ſed
ſolum retentio. Greg. tamen in d. l. 5 3. tenet oppoſi-
tum, cuius opinionem ſequor, quia fortioribus, &
æquioribus nititur fundamentis. Et rationem Iuriſ-
conſulti, in d. §. ſed id quod meretrici, defendit nouiſ
ſime Gutierrez, lib. 2. canonicarum quæſt. c. 7. nu. 13.
contra Nauar. in manuali. cap. 17. num. 34.

QVÆSTIO DLXXXVIII.

Vtrum clericus, qui tenetur de euictione ſortiatur forum emptoris laici, quem defendere tenetur. Communis contra communem, & quid iure regio.

DVbium eſſe ſolet, an clericus qui tenetur de euictione, ſortiatur forū emptoris laici, quem tenet defendere. Et non ſortiri tenet gloſſ. in c. clericus nullus, el 2. 11. quæſt. 1. quam commendat Firmianus, de euictione, verb. venditor, verſ. 39. vbi citat plures, & illam ſequuntur Angelus, & Paulus, in l. vēditor, nu. 3. ff. de iudicijs, quam opinionem dicit communē idem Firmianus, verb. euictio, verſ. 13.

Sed contrariam opinionem (imo quod clericus ſortiatur forum emptoris laici) tenent Abb. num. 8. Barbacia, nu. 16. & Antonius Burgenſis, nu. 16. & 20. in c. fi. de emptione & venditione, & hanc dicit communem Florianus, in l. fi. nu. 4. ff. de noxalib. actionib. dixit etiam communem Socinus, cōſ. 1. vol 8. & 9. vol. 3. dixit etiam communem Lancelotus Decius, in d. l. venditor, col. penulti. Antonius Capicius, deciſ. 197. nume. 7. & pro hac ſententia eſt hodie text. de iure regio, in l. 57. in fi. tit. 6. p. 1. ibi, *Eſſo meſmo ſeria quando algun clerico vendieſſe alcuna coſa à lego mueble, o rayz, ea ſi otro alguno le moiueſſe pleyto ſobre ella, ante aquel iuzgador ſeglar, ſe deue reſpondere, e redrar e ſanar a quella coſa ante quien faze la demanda el lego.* Et ibi notat Greg. verb. ante, & Couarr. pp. quæſt. c. 8. in prin. & vide Abb. nu. 28. & Maria. nu. 127. in c. quoniam frequenter. §. in alijs, vt lite non conteſtata, qui tradunt concordiam de iure communi, in illa doctorum varietate.

SVMMARIVM.

1 *Crucis omiſſio eſt modicæ ſolemnitatis.*
2 *Omiſſio modicæ ſolemnitatis non viciat diſpoſitionem.*
3 *Caſus de facto narratur, de inuentario bonorum capitalis mariti, facto conſtante matrimonio.*
4 *Bona præſumuntur ſuperlucrata conſtante matrimonio, niſi conſtiterit de capitali.*
5 *Inuentarium bonorum mariti, factum conſtante matrimonio, validum eſt ſi fiat coram iudice, & citata parte.*
6 *Augmentum patrimonij, induſtria & laboribus quæritur.*
7 *Inuentarium factum à marito anteaquam cōtrahat matrimonium, valet quomodocunque fiat, etiam ſine citatione.*
8 *Probationum genera, non ſunt coanguſtanda.*
9 *Lex conſtituens certos modos probationum non videtur alios excludere.*
10 *Caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*
11 *Bona magis debent iudicari mariti, quam vxoris.*
12 *Lex 2. tit. 14. p. 3. declaratur.*
13 *Præſumptio eſt pro inuentario facto auctoritate iudicis.*
14 *Inuentarium tot probat res eſſe, quot in eo deſcribuntur.*
15 *Præſumptiones iuris ſunt liquidiſſimæ probationes.*
16 *Qui dicit contra inuentarium tenetur illud probare, cum habeat publicam auctoritatem.*
17 *Inuentarium tenetur facere tutor tempore tutelæ.*
18 *Heres oſtendens inuentarium ſatisfacit iuris diſpoſitioni, & qui illud impugnauerit, tenetur probare, alias pro inuentario iudicandum erit.*

QVÆSTIO DLXXXIX.

Vtrum omiſſio crucis in inuentario, viciet inuentarium. Communis contra communem.

IN confectione inuentarij neceſſe eſt, quod apponatur ſignum crucis. Ita diſponit tex. in l. fi. ver. ſubſcriptionem. C. de iure deliberandi. Dubium tamen eſt, an per eius omiſſionem inſtrumentum inuentarij vicietur: quod dubium proponit Alex. in l. 2. §. prius, nu. 7. ff. de vulg. Et inſtrumentum viciari tenet Albericus, nu. 14. Fulgoſius, & Salicetus, in d. l. fi. §. cū igitur, Angel. in l. 1. §. hæc ſtipulatio, nu. 22. ff. ſi cui pluſ quam per legem falcidiam, & eſt communis opinio ſecundum Greg. in l. 5. tit. 6. par. 6. verb. *la ſenna de la cruz.*

Sed contrariam ſententiam (imo quod talis omiſ-
ſio non viciet inſtrumentum) tenet Cynus, q. 2. Bart.
nu. 3. Bald. qui fatetur hanc eſſe communem opinio-
nem, & dixit etiam communem Alex. in rub. ff. de no
ui operis nun. nu. 8. & Rolandus, conſ. 73. nu. 4. vol.
3. & eandem dixit communem Vitalis, in tract. clan-
ſularum, col. 174. nu. 9. & dicit etiam communē Oro
ſcius, in l. ſi quis ex argentarijs §. initium, nu. 9. ff. de
edendo, Menchaca, de ſucceſſ. creat. §. 9. nu. 12. qui ēt
refert duas communes, Padilla, in l. ſi qua beneficia.
C. de diuerſis reſcriptis, & ſequitur hanc opinionem
Gutierrez, in l. nemo poteſt nu. 117. ff. de leg. 1. & pro
1 hac parte facit, quia omiſſio crucis eſt modicæ ſolem
nitatis, vt eſt communis opinio, ſecundum Iaſ. in d. §.
2 prius, nu. 13. & omiſſio modicæ ſolēnitatis nō viciat
diſpoſitionem (etiam in nō ruſtico) vt in l. 1. §. fi. ff. de
ventre inſpic. quem text. bene declarat Gutierrez, ſu-
pra, & eſt communis opinio, ſecundum Alex. in d. ru
br. nu. 12. & in l. iuris gentium. §. quod fere, nu. 8. ff.
de pactis, quę opinio approbatur de iure regio, in d. l.
5. tit. 6. p. 6. vbi notat Greg. dicēs hanc opinionem eſ
3 ſe ęquiorem & benigniorem. Ex quibus conſultus re
ſpōdi, quod licet maritus teneatur facere inuentariū
4 de ſuo capitali, anteaquam contrahat matrimonium,
ne poſtea præſumantur bona ſuperlucrata, vt in l. ſty
5 li. 203. quæ eſt l. 1. tit. 9. lib. 5. recop. quod licet inuen
tarium bonorum fiat conſtante matrimonio (dum tñ
fiat iudicis auctoritate, & citata muliere, vel ipſius de
fenſore) erit validum, & iuridicum, & bona in ea con

tenta

Digitized by Google

tenta ſunt de ducenda ex corpore bonorum, & reli-
quã deductis debitis cenſentur bona ſuperlucrata cõ
ſtante matrimonio: quia ſiue comprobatio fiat ante
ſiue poſt matrimonij contractum, illud eſt modicę ſo
lemnitatis, & non mutat rei veritatem: maxime ſi di-
ctum inuentarium fiat paulo poſt matrimonium, vt
fuit in caſu conſulto poſt quinque menſes, quibus de
curſis Ferdinandus de Ortiz y Torres, poſtquam con
traxit matrimoniũ cum domina Magdalena de Her-
rara fecit bonorum ſuorum inuentarium, quæ aſcen-
debat quadringenta millia ducatorum, & poſt mor
tem prædicti mariti, vxor inique prætendebat omnia
illa bona fuiſſe ſuperlucrata in illo exiguo, & breui tẽ
6 pore, quod eſt impoſſibile pene iudicatur, ex tex. in l.
ſi defunctus. C. arbitrium tutelæ, ibi, *augmentum pa-
trimonij induſtria, & laboribus quæritur*. l. 1. ff. pro ſo-
7 cio. l. ſi non fuerit. ff. eod. ibi, *tanta eſt diligentia*. Quę
quidem videtur ceſſare in tam breui temporis ſpatio,
& ſic ſi inuentarium ſine citatione partis factum, &
abſq; aliqua ſolemnitate reputatur iuridicum, vt do-
cet Palatius Rubeus, in c. per veſtras. §. 60. nu. 21. &
Xuarez, in tit. *de las ganancias*, lib. 3. fori. Anton. Go-
mez, in l. 53. Tauri, nu. 70. Matienço, in d. l. 1. titu. 9.
lib. 7. recop. gl. 2. nu. 2. & ibi Azeuedo, num. 3. per l. ſi
ego. §. fi. ff. de iure dotium, & docet Maſcardus, vol. 1.
prob. concl. 213. nu. 2. quanto debet reputari, quãdo
fit in præſentia iudicis, & cum partis citatione, quia
8 alias daretur abſurdum, quod nullũ aliũ modo valere
poſſet, niſi ante matrimonium, & ſic probationum
genera coangustarentur, quod eſt contra iuris princi
pia. l. quoniam. in fin. C. de heredi. l. generaliter. C. de
iureiur. l. 1. l. ſerui. ff. de teſtibus. l. 8. tit. 16. p. 3. & no-
ta gl. in d. l. quoniam, verb. anguſteritur. Et iudex nõ
debet mentem ſuam applicare ad vnam ſpeciem pro
bationum, ſed ex varijs iuris allegationibus, & conie
cturis, debet animi ſui motum formare. c. afferte mihi
gladium, de præſumptionibus. c. in præſentia, de re-
nunciatione. c. cauſam, de re iudicata, & alia congeſ-
ſit Decius, conſ. 650. nu. 4. vol. 3. Quod in tantum ve
9 rum eſt, quod licet lex conſtituat certum modum pro
bationis, non ideo alios modos probandi negaſſe vi-
detur, tex. notabilis, vbi notãt doctores, in l. 1. ff. de li-
beris, & poſthumis, & in l. certum. ff. ſi certum petat.
10 & confirmatur illa noſtra ſententia, quia caſus omiſ-
ſus remanet in diſpoſitione iuris communis. l. com-
modiſſime, ff. de lib. & poſth. l. fi. C. de poſthu. hered.
inſt. l. extraneus. ff. de condictio. cauſa data, cauſa nõ
ſequuta. Et ſic cum iſte caſus cenſeatur omiſſus a lege
11 regni, potius illa bona debent iudicari mariti, ſecun-
dum ius commune, quam bona ſuperlucrata. l. Quin
tius Mutius. ff. de donationi. inter virum & vxorem.
12 l. etiam. C. eod. tit. l. 2. poſt med. tit. 14. p. 5. ibi. *Eotro
ſi dezimos, que quando el marido muere, e fallan dine-
ros, è ropas, o otras coſas en poder de ſu muger, que ſo-
lia viuir conel, e pedian aquellas coſas los herederos en
nombre de el finado, ſi la muger negare en juyzio, que
aquellas coſas no eran de ſu marido, e las razonare por
ſuyas, o que ha algun derecho en ellas, tenuda es de lo pro
bar. Y ſi deſto no puede dar prueua verdadera, deben de
ſer antregados todos aquellos bienes a los herederos del
finado*, & ibi notat Greg. verb. *aquellas coſas*, & tradit
Ant. Gomez, in l. 50. Tauri. & plura congeſſit diligẽ-
tiſſimus Ioſephus Maſcardus, 2. vol. prob. concl. 30.
Bernardus Diaz de Luco, reg. 9. vbi additionator Sal
zedo. Ex quibus conſtat, quod magis in hoc caſu con
tra mulierem, quam contra heredes mariti ſit facien-
da interpretatio, maxime cum nihil contra prædictũ
inuentarium fuerit oppoſitum, nec probatum, niſi ꝙ
prædictum inuentarium fuerit factum conſtante ma-
13 trimonio. Rurſus facit pro hac mea ſententia, quia in
iure præſumptio eſt pro inuentario factu in quocun-
que tempore, maxime cum ita de conſuetudine confi
ciantur inuentaria, vt tradit Ioannes Botta, conſi. 88.
14 num. 10. & tot probat eſſe res, quæ in eo deſcribun-
tur, quando in eius confectione iudicis auctoritas in-
teruenit. Ita probat tex. in l. ſi quis decurio, vbi Cyn.
Bal. & Salic. ad leg. Corneliam, de falſis. l. repetita. C.
de epiſc. & cler. & tradit Romanus, conſ. 102. Affli-
ctus, deciſ. 245. & 324. vbi reſoluunt, quod præſum-
ptio iuris eſt ſemper pro inuentario contra heredem
& eius ſucceſſorem, & etiam contra tertium. Ita Mon
ticulus, in tract. de inuentario. c. 10. nu. 209. vol. 112.
15 & præſumptiones iuris ſunt liquidiſſimæ probatio-
nes, gloſ. in l. ſi tutor petitus. C. de periculo tutorum,
16 & hæc præſumptio retorquet onus probandi contra
impugnantem inuentarium, vt tenet Monticulus, ſu
pra, nu. 16. & plures refert Maſcardus, vol. 2. proba-
tionum, concluſione 939. omnino videndus, qui in
num. 4. hoc ampliat, ſiue inuentarium producatur ab
actore, ſiue a reo, & ratio eſt propter auctoritatem pu-
blicam iudicis & tabellionis, vt in d. l. ſi quis decurio,
17 & notat Monticulus, ſupra, nu. 16. & hoc idem eſt
ſancitum de inuentario, quod tenetur tutor facere de
bonis pupilli, vt in l. tutor qui repertorium. ff. de ad-
miniſt. tutor. & in inuentario ad quod tenetur heres
ſcriptus, ne conueniatur vltra vires hereditarias, vt in
18 l. fi. §. licentia. C. de iur. delib. vbi heres oſtendens in-
uentarium, dicens hæc ſunt bona hereditaria, ſi credi
tores, & legatarij dixerint contrarium tenentur illud
probare, & ſi illud non fecerint, pro dicto inuentario
iudicandũ erit, vt tradit Monticulus, ſupra, c. 8. num.
18 & Guido Papæ, q. 142. in fi. dicens eſſe menti te-
nendum, & Maſcardus, ſupra, concl. 959. Ex quibus
fundamentis patrocinium præſtiti pro validitate prę
dicti inuentarij, iudex vero cauſæ magis ad familiari
tatem attendens, quam ad prædicta, & alia iuris prin
cipia, quæ tunc temporis per me fuerunt adducta, ſen
tentiam in contrarium protulit, à qua fuit appellatũ,
& in regali Cancellaria Pinciana fuit reuocata.

QVÆSTIO DXC.

Vtrum legata pia debeantur hereditate non adita. Communis contra communem & quid iure regio.

SI nemo adierit hereditatem, totum in ius teſtamẽ-
ti corruit, tex. in l. ſi nemo. ff. de teſtamen. tutela.
Quod etiam procedit in legatis pijs, vt eſt communis
opinio, ſecundum Iaſ. in l. 1. prima lectura nu. 29. C.
de ſacroſanctis eccleſijs, & ſecundum Couar. in cap.
Raynaldus. §. 3. nu. 11. de teſtamentis.

Sed contrariam partem (imo quod legata pia de-
beantur non adita hæreditate) dixit communem Bal.
in l. 1. in fin. ff. de legatis 1. Hodie vero, ex l. 1. ordi-
namenti. titul. 2. libro 5. indiſtincte debentur lega-
ta, etiam profana, hereditate non adita, vt declarat

Padilla, in l.eam quam.ex nu. 69. C. de fideicommiſſis, & nos diximus in quæſt. 193. num. 80.

QVÆSTIO DXCI.

Vtrum filius legitimetur per ſubſequens matrimonium, quando dotalia inſtrumenta non præceſſerunt. Communis contra communem.

PEr ſubſequens matrimonium filios antea natos effici legitimos, nemo eſt qui dubitet, ſiquidem hoc aperte probat text. in cap. tanta, qui filij ſint legitimi. l. 1. tit. 6. l. 1. tit. 13. l. 2. tit. 15. p. 4. l. 8. & 9. tit. 8. lib. 5. recop. Duenn. reg. 350. qui poſuit 20. ampliationes, & 14. limitationes, Acoſta, in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, num. 116. de liberis & poſthumis, Sarmiento, lib. 1. ſelectarum. c. 8. num. 1. Antonius Gomez, in l. 9. Tauri, num. 62. Gutierrez, in §. ſui, de heredum qualitate & differentia, num. 198. Antonius Gabriel, lib. 6. communium tit. de ligitimatione, concluſione 1. fol. 174. qui omnes latiſſime interpretantur illius tex. deciſionem, quod etiam procedit, etiam ſi inſtrumenta dotalia non interueniant, ſecundum gloſſam, in c. 130. quæſtione 5. cuius opinio eſt communis, ſecundum Decium, conſ. 155. col. 2. Couarr. in 4. decretalium. 2. p. cap. 8. §. 2. num. 8. limita tamen reſpectu ſucceſſionis in terris imperij, in quibus ad hoc de iure ciuili dotalia inſtrumenta ſunt neceſſaria, ſecundum Angelum de Peruſio, conſ. 29. & eſt communis opinio ſecundum Curtium iuniorem, conſ. 136. col. 2. alias enim legitimatus ob defectum inſtrumentorum in partem non ſuccedet, ita Bald. in l. neque ſine. C. de nuptiis, & in l. ſi qua illuſtris, ad Orficianum, Angelus de Peruſio, conſ. 29. Lucas de Penna, in l. 3. C. de his qui ſponte munera ſub. Curtius iunior, conſ. 136. Socinus, conſ. 52. vol. 1. & Philippus Francus, in d. c. tãta: quæ opinio de iure ciuili receptiſſima eſt.

Sed contrariam ſententiam teſtatur eſſe communem Carolus Ruynus conſ. 211. col. 2. vol. 1. cuius immemor Couar. vbi ſupra, aſſerit Angeli ſententiam non ita eſſe receptam, vt ſeruanda ſit, maxime de iure canonico. Ita Abb. per illum tex. in c. cum locum, de ſponſalibus, Decius, in l. nuptias, ff. de reg. iur. Et idcirco remotis nuptialibus inſtrumentis matrimonium valere; & prolem quoad omnes effectus, etiam ſucceſſionis ex teſtamento & ab inteſtato, legitimam eſſe, fatentur communiter canoniſtæ, in d. c. tãta, vbi Abb. eamque iuris ciuilis ſolemnitatem de iure canonico eſſe abrogatam tenet Baldus, in l. cum quis. C. de naturalibus lib. & in authentica, maximis. C. de nupt. Angel. in §. fin. Inſtit. eodem tit. & pro hac opinione conſuluit Iaſ. conſilio 108. num. 7. vol. 4. Pariſius, conſ. 13. num. 4. vol. 2. Antonius Theſaurus, deciſione. 83. vbi reſoluit ita iudicatum fuiſſe per Senatum.

QVÆSTIO DXCII.

Vtrum delegatus principis realiter poſſit citare. Communis contra communem.

DElegatus principis poteſt citare re, & verbis, quia latiores habet habenas, quam ordinarius. Ita tenet Felinus in c. fin. num. 4. de foro competenti, Maranta, de ordine iudic. 4. p. diſt. 5. nu. 53. & in 6. p. diſt. 5. nu. 54. & hanc eſſe communem ſententiam affirmat Alex. Iaſ. nu. 22. Decius, & Oroſcius in l. 2. de iuriſdict. omnium iudicum, vbi Socinus, num. 19. & Curtius, num. 39. quæ opinio verior eſt, licet contrariam opinionem dicat communem ſolus Salicetus, in l. conſentaneum, nume. 9. C. quomodo, & quando iudex.

QVÆSTIO DXCIII.

Vtrum clericus coniugatus cum virgine, in habitu, & tonſura incedens, coram iudice eccleſiaſtico ſit conueniendus pro debito ciuili. Communis contra communem, & quid iure regio.

CLericus coniugatus, debitor, pro cauſa mere ciuili per iudicem ſecularem incarcerari poterit, & coram eo eſt conueniendus, vt late defendit Montaluus, in l. 25. tit. 9. p. 5. gloſ. 1. verb. *enemiſtad*, col. 2. ad fin. quem ſequitur Gutierrez, de iuramento confirmatorio, 1. p. c. 17. nu. 11. & Auiles, in cc. pp. in proemio à nu. 28. & eſt communis opinio, ſecundum Marian. in c. 1. de foro compet. nume. fin. col. pen. & pro hac ſententia eſt text. in c. vnico, verſ. in cæteris, de clericis coniug. lib. 6. qui vltra priuilegium canonis, & fori, in criminalibus, in cæteris non vult huiuſmodi clericos gaudere priuilegio clericali, & ita fuit concluſum per Capellam Tholoſanam, in deciſ. 144. & ſequitur Gutierrez, lib. 1. pract. qq. quæſt. 5. nu. 3. & dicit communem opinionem Iulius Clarus, lib. 5. receptarum ſent. q. 36. num. 12. verſ. hæc omnia. quem refert & ſequitur Azeuedo, in l. 2. tit. 4. lib. 1. recopil. ſed ipſi loquuntur in clerico coniugato negociatore, in quo eſt peculiaris ratio.

Sed contrariam opinionem in quæſtione principali, tenent Ancharanus, nume. 4. Dominicus, nume. 7. (poſt alios) in d. cap. vnico, Rota, in nouis, deciſ. 102. Fulgoſius, conſ. 124. Alex. conſ. 8. lib. 1. Caſſaneus, in conſuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. & hæc eſt communis opinio, & practica, ſecundum Couar, pract. quæſtio. quæſtio. 31. & Burgos de Paz, conſ. 12. vbi conſuluit pro quodam clerico coniugato, & declarat ibi Bullam Alexandri Papæ, quæ loquitur de veſte, & tonſura clericorum, & hanc opinionem tenet Lapus alleg. 118. vbi dicit quod hæc opinio eſt de iure verior, & quod ita ſeruatur in curia Romana. Idemque tenet in allegatione 41. & Alex. conſ. 6. vol. 4. & conſ. 149. vol. 6. Socinus, conſ. 12. num. 18. lib. 1. Aufredus, in tracta. de poteſt. ſecul. ſuper eccleſiaſ. reg. 3. ante num. 18. & Lamber. de iure patronatus, art. 3. q. 7. 1. p. lib. 2. nu. 5. Mandoſius, in additionibus ad Lapum, d. allegatione. 116. litera. O. quæ opinio verior eſt de iure communi & regin, & ex Concilio Tridentino, vt infra apparebit. Quam opinionem ſequitur Cardinalis q. 3. Imola, num. 3. in c. ex parte, de clericis coniugatis. Ripa, lib. 1. reſponſorum. c. 13. num. 12. & illam dixit cõmunem Mõtaluus, vbi ſupra, colum. 3. in verſ. contrarium tamen, Bernardus Diaz, c. 62. vbi late Salzedo, num. 13. Ioann. Garcia, de Hiſpanorum nobilitate, gloſ. 9. num. 50. & vide c. 6. ſeſſ. 23. Concilij Tridentini, vbi referuntur requiſita neceſſaria vt clericus cõiugatus gaudeat fori priuilegio, & in lege 1. titul. 4. lib. 1. recop. & nos diximus in quæſtione 563.

QVAE-

QVÆSTIO DXCIV.

Vtrum habens in ſua commiſſione clauſulam procedendi, non ſeruata iuris ſolemnitate, poſſit admittere teſtes non iuratos. Communis contra communem.

HAbens clauſulam procedendi, non ſeruata iuris ſolemnitate in commiſſione, poteſt admittere teſtes non iuratos. Iſta eſt verior, & communior opinio, ſecundum Felinum, in c. dilecti, num. 5. de iudicijs. Et ratio eſt ſecundum eum, quia iuramentum eſt in teſtibus de iure poſitiuo, pro qua ſententia eſt bonus tex. in c. 1. §. propter, de iuram. calumniæ, in 6. vbi omiſſio iuramenti non viciat proceſſum. l. 23. tit. 11. p. 3. l. fi. tit 10. ead. p. c. tuis quæſtionibus. 39. de teſtibus, vbi iuramẽtum poteſt à partibus remitti, non alia ratione, niſi quia eſt de iure poſitiuo, quod declarat Menchaca, de ſucceſſionum creatione, lib. 1. §. 9. num. 5.

Sed contrariam opinionem (imo quod iudex non poſſit recipere teſtes non iuratos) dixit communem Iaſ. in l. bonæ fidei, num. 29. Inſtit. de actionibus. Quę opinio verior & receptior eſt, & ita communiter apud omnes practicatur.

QVÆSTIO DXCV.

Vtrum ſimpliciter legato pignore à debitore, cenſeatur in totum facta compenſatio cum debito (creditore agnoſcente.) Communis contra communem

PIgnus poteſt retineri pro maiori quantitate, quã ſit eius valor, nec ex hoc ſibi creditor præiudicat, tex. in l. creditor, la. 2. ff. ſi certum petatur. (Cuius diſpoſitio Venetijs non ſeruatur, ſecundum Pantaleonem Cremenſem, in l. 2. num. 114. C. de reſcindenda venditione.) Quo ſuppoſito dubium eſt, creditori pignus legatum eſt, & ipſe legatum agnouit, nunquid poterit creditor agere ad ſupplementum illius quod ſibi debetur? Et quamuis videtur quod non, per tex. in d. l. creditor, nihilominos gloſ. in leg. creditorem. ff. de leg. 2. vult, quod ſi conſtat de mente teſtatoris, quđ legauerit animo compenſandi cum debito, videatur creditor agnoſcendo legatum ſibi in reſiduo præiudicium facere alias, per tex. ibi, *non fiat compenſatio*, cuius gloſſæ opinio tenetur communiter, ſecundum Veroium, quæſtione 92. num. 6. & plura in propoſito cõgeſſit Matienço in l. 6. tit. 9. gloſſ. 1. num. 8. Rubeus, in rubr. de donat inter. c. 27. num. 2. Couarr. in c. officijs. num. 2. de teſtamentis, Menochius, de præſumptionibus, lib. 3. præſumptione. 143.

Sed contrariam ſententiam (imo quod ex tali agnitione nullum præiudicium ad reſiduum generetur creditori) dixit communem Matthęus de Afflictis, deciſione. 44. num. 31. & illam ante eum dixerat communem Cuman. in l. Imperator. §. ſi centũ, de lega. 2. & plura tradit Michael Craſſus, receptarum ſententiarum. §. legatum, quæſtione. 16. & Spino, in ſpeculo teſtamentorum. gloſſ. 8. num. 71. Gracian. reg. 11. nu. 6. Quæ opinio verior eſt, & ab ea non eſt recedendũ in iudicando & conſulendo.

SVMMARIVM.

1 *Raptus pœna grauiſſima eſt.*
2 *Ad incurrendam pœnam raptus, requiritur motio de loco ad locum.*
3 *Conductio de loco ad locum debet eſſe ad effectum abducendi, non vero gratia commodioris vſus.*
4 *Raptor non dicitur, qui puellam conduxerit ex vna camera ad aliam.*
5 *Lex. 3. tit. 20. p. 7. eſt correctoria iuris communis, ſecundum don Ioan Vela, ſed contrarium verius.*
6 *Intellectus nouus ad d. partitæ traditur.*
7 *Raptor dicitur, qui per vim virginem ſtuprauerit.*
8 *Pars negatiua quæſt. principalis defenditur.*
9 *Raptus eſt illicitus coitus à corrumpendo dictus.*
10 *Virginitas vel Caſtitas corrupta reſtitui non poteſt.*
11 *Lex. 1. tit. 10. lib. 4. fori, declaratur.*
12 *Ad incurrendam pœnam raptus, duo copulatiue requiruntur.*
13 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
14 *De iure regio ſolus raptus ſine commiſtione ſufficit ad incurrendam pœnam.*
15 *Concordiam opinionum refertur.*
16 *Crimen raptus perfectum dicitur, quando non ſteterit per raptorem quo minus cognoſceret raptam.*
17 *Virginis opinio, nunquam integre reſtitui poteſt.*
18 *Raptor puniendus eſt pœna mortis, licet virginem carnaliter non cognoſcat, ex aliqua cauſa ſuperuenienti.*
19 *Lex. 2. tit. 31. par. 7. declaratur.*
20 *Don Ioan Vela mortuus eſt in ſua iuuenili ætate.*
21 *Facile contemnit omnia, qui cogitat ſe moriturum.*
22 *Tiberius Decianus, impugnat concordiam opinionum, & aſſignat quatuor caſus pro intelligentia quæſtionis.*
23 *Raptor monialis punitur pœna mortis.*
24 *Angelus defenditur à contradictione.*
25 *Raptor punitur pœna mortis, licet virginem raptam nõ cognoſcat, propter iniuriam ipſi, & patri factam.*
26 *Animus raptoris declaratur ex actu ſuperuenienti.*
27 *Raptor ſi pœnitentia ductus, noluit raptam carnaliter cognoſcere, non punitur pœna mortis.*
28 *In varietate opinionum mitior pœna eſt eligenda.*
29 *Opinio auctoris in quæſtione propoſita refertur.*
30 *Raptor non liberatur à pœna mortis propter voluntatẽ, & conſenſum raptæ.*
31 *Filia viuente patre non eſt domina membrorum ſuorum.*
32 *Opinio Deciani impugnatur.*
33 *Conſenſus filiæ raptæ nihil operatur ad euitandam pœnam raptus.*
34 *Voluntas virginis corruptæ, patri non præiudicat.*
35 *Clericus an teneatur virginem voluntariam carnaliter cognoſcens dotare, traditur remiſſiue.*

QVÆSTIO DXCVI.

Vtrum ille qui non cognouit mulierem raptam, puniatur pœna raptus. Communis contra communem, & quid iure regio.

RAptus pœna ita grauis admodum eſt, vt homo liber capite mulctetur, ſeruus vero igni concremandus tradatur. Ita diſponitur in l. vnica. C. de raptu virginum, vbi late proſequitur Hippoytus de Marſilijs, & conſonat tex. de iure regio, in l. 3. tit. 20.

part.7.vbi Greg.Menochius,lib.2. de arbitrarijs,ca-
ſu 391.Iulius Clarus,lib.5.receptarum ſent.§.raptus,
nu.2.Antonius Gomez,in l.80. Tauri,nu.36.Tibe-
rius Decianus,2.par.quæſt.crimin.lib.8.tit.de raptu,
cap.7. Don Ludouicus de Peuera, in ſuis deciſionib.
criminalibus,ca.43.nu.6.& noſter obſeruantiſſimus
collega don Ioan Vela, in tractatu, de pęnis delicto-
rum.cap.29. vbi refert pęnam, tam de iure commu-
ni,quam ciuili,canonico,& regio. Eſt tñ aduertendũ,
quod ad incurrendam pęnam requiritur, quod mo-
tio fiat de loco ad locum,vt in d.l.vnica, ibi, *a domo*
2 *patris abducitur.* Ita Bald.in l.ſeq.ximendi,Alex.in l.
eum qui,ff.ne quis eum,qui in ius,Boſius, in ſua pra
ctica,tit.da raptu mulieris,nu.3,Petrus Greg.in ſyn-
tagma iuris,lib.36.c.36.num.15.& pro hac opinione
conſuluit Barbacia,conſ.71.lib.2. Paulus de Caſtro,
conſ.262.lib.2.Alex.conſ.1.lib.3.Cæpolla,conſ.37.
Crauetta,conſ.18.Rolandus conſ.24.lib.1.Iulius Cla
rus,in d.§.captus,nu.1.vbi dicit quod hæc conductio
3 de loco ad locum,debet eſſe ad effectum abducendi,
non autem cauſa commodioris coitus:& ſic ſi aliquis
puellam ex vna camera ad aliam conduxerit,& ſuper
lectum proiecerit,non eſt tanquam raptor puniẽdus,
vt in facti contingentia conſuluit Bertrandus,conſil.
4 39.lib.6.& Cumanus,conſ.96. Albericus,in 2.parte
ſtatutorum, quæſt.31. & 66. Guido Papæ, ſingulari
1007. Hippolytus,ſingulari 65.& ita obſeruandum
eſſe tenet don Ioan Vela ſupra, cõtra Rebuffum, in l.
Marcellus, verbo rapere, de verborum ſignificatio-
ne. Quæ opinio doctorum,profecto non procedit de
5 iure regio, inſpecta diſpoſitione l.3. vbi ad incurren
dam pœnam raptus,non eſt neceſſarium quod puella
conducatur de loco ad locum,ſed ſufficit, vt violẽter
carnaliter cognoſcatur,etiã in propria domo, vt pro-
bant verba illius legis,ibi. *Robando algun home, algu-*
na muger biuda de buena fama,o virgen,o caſada,o reli-
gioſa,o yaziendo con alguna dellas por fuerça,ſi le fuere
prouado en iuyzio,deue morir porende,& ita practican-
dum eſſe, (attenta diſpoſitione legis partitæ) reſoluit
don Ioan Vela, ſupra in verſ.idẽ,Antonius Gomez,
6 in d.l.80.Tauri,nu.41. Sed ad euitandam correctio-
nem, verius exiſtimo, quod etiã de iure regio raptus
non committatur, niſi ſequatur amotio de loco ad lo
cum: cum illud non diſponat dicta lex partitæ,ſed ſo
lum quod incurratur pœna mortis, quomodocunq;
puella libidinis cauſa per vim cognoſcatur. Illudque
erat diſpoſitum de iure communi, vt tradunt docto-
res,& Iulius Clarus ſupra,num.1.in fin. dicens quod
ita practicatur,quod ſi aliquis per vim cognoſcat mu
lierem,non mouendo eam de loco ad locum,quod li-
cet tunc non dicatur raptus, eſt tamen actus violen-
tus,& punibilis ad mortem, quia etiam quodammo-
do raptor is dicitur,vt probat tex. in c.fin. in fin. 36.
q.1.vbi is raptor appellatur,qui per vim virginem ſtu
prauerit,vt tenet Tiberius Decianus,in tract.crimin.
lib.8.c.7.nu.7. in 2.p. vbi doctiſſime explicat noſtrã
concluſionem. Ex quibus optime deſcendit noſtræ
quæſtionis explanatio,an pęna raptus incurratur,quã
do ille, qui rapuit mulierem,non carnaliter cognouit
8 imo honeſte eam tractauit. Et partem negatiuam(tan
quam mitiorem)ſequitur Boerius,deciſione 316.nu.
4.vbi hãc dicit communem opinionem, quem refert
& ſequitur Couar.in clementina,ſi furioſus,in initio,
2.p.nu.8.& Viuius,lib.communium,verb.raptor ho
neſtæ,Ioannes Andreas,in c.cum cauſa,in fine,de ra-
ptoribus, vbi in facti contingentia dicit ſe vidiſſe ſic
iudicari,& ſequitur Cæpolla,cõſ.56.nu.9. Afflictus,
in cõſtitutio.regni Siciliæ.1.p.rub.19.nu.7.Decius,
conſ.234.nu.4. quam opinionem dicit communem
Iulius Clarus,in d.§ raptus, & Maſcardus, de proba-
tionibus, vol.3.concluſione 1254. nu.35. vbi refert
duas communes opiniones contrarias aſſignans ra-
9 tionem,quia raptus eſt illicitus coitus,à corrumpen-
do dictus,vt in c.raptus.27.quæſt.2.& probatur à ra
tione ceſſante,de qua in d.l.vnica, C.de raptu virgi-
10 num,ibi,*cum virginitas,vel caſtitas corrupta, reſtitui*
non poſſit. Quæ ratio in lege adducta(cum ſit finalis)
cum ceſſet,debet etiam ceſſare legis diſpoſitio.l.adi-
gere.§.quãuis,ff.de iure patronatus, pro qua opinio-
ne facit tex.in l.1.tit.10.lib.4.fori, ibi, *ſi algun home*
lleuare muger ſoltera por fuerça, por fazer con ella for-
nicacion, e lo fiziere,muera por ello. E ſi la lleuare por
fuerça,e no yoguiere con ella,peche cien marauedis. Ex
quibus verbis clare deducitur, ad incurrendam pœ-
nam raptus,requiri rapientem virginem,vt eam ſtu-
pro affecerit.Quam opinionem ſequitur Didacus Pe
rez,in rub.ordinũ.tit.15.lib.8.pag.279.& don Ioan
Vela,ſup.qui dicit (apud nos) per dictam legem fori,
eſſe hanc opinionem approbatam,quoties raptor pę-
nitentia ductus, a corruptione ſe abſtinuerit. Idem
tenet Neuizanus,in ſylua nuptiali. lib.4.nu.46.Don
Ludouicus de Peguera,in ſuis deciſionibus crimina-
12 libus.c.43.nu.2.vbi reſoluit, quod ad incurrendam
pœnam raptus,de qua in d.l.vnica.quod duo copula
tiue requiruntur,raptus,& carnalis copula, & ſic ac-
cedere debet vtriuſque facti veritas.tex.in l.ſi heredi
plures, ff.de conditionibus inſtitu.
13 Sed his non obſtantibus contrariam opinionem
ſequitur Angelus(ſibi contrarius)in l.raptores. C.de
epiſcopis & cler.& hanc ſequitur Afflictus, ſup.nu.7.
dicens eſſe veritatem,& Caſſ.in conſue.Burg. fol.27.
nu.19.& 159.nu.2.vbi dicit,ꝙ in Frãcia ita fuit ob-
ſeruatum, & ita Cunei fuiſſe practicatum,refert Iu-
lius Clarus,in d.§.raptus,num.4.reſoluens eſſe com-
munem opinionẽ,& ſequitur Boſius, in pract.crimi.
tit.de raptu mulier.num.14. & Ant.Gomez,in l.80.
Tauri, num. 40.quam dicit communem opinionem
Maſcardus,ſup.nu.36.pro qua opinione facit tex. ex
preſſus,in d.l.3.titu.20.p.7. vbi illud notat Gregor.
14 verb.*o yaziendo*, dicens, quod ex illa lege ſolus ſine
commiſtione ſufficit ad incurrendam pœnam, pon-
derãs ad hoc literam alternatiuam illius legis & titu-
li dũ dicit,*de los que fuercan,o lleuan robadas las vir-*
15 *gines.* In qua doctorum varietate operæ pretium eſſe
duximus has opiniones ad amicitiam & concordiã
reducere,videlicet, ꝙ aut raptor poterat à nemine im
peditus virginem raptam ſtuprare,& ſua ſponte (pœ
nitentia ductus)id agere noluit, imo intactam,illiba-
tam,& integram ad honeſtũ locũ duxit. In quo caſu
prima opinio admittenda eſt,vt pęna legis ordinaria,
nõ ſit in hoc caſu raptor plectẽdus, licet alia pęna ex-
traordinaria(prout grauitas delicti deſiderat)punien-
16 dus eſſet,ſiquidẽ quo ad ſpeciẽ raptus,crimẽ illud p-
fectũ videatur, licet copula nõ ſequatur,tũ pp iniuriã
parentibus illatam, tum etiam pp ipſius virginis in-
famiam, (vt eleganter conſiderat Couar.ſup.num.8.
10 ſi.)

Digitized by Google

17 in fi.)quia nunquam virginis opinio integre reſtitui
poteſt, licet conſtiterit raptorem eam intactã reliquiſ
ſe, & illud mille teſtibus probetur: aut vero quando
18 ex aliqua cauſa accidentali, vel caſuali, non potuit ra
ptor virginem carnaliter cognoſcere: aut quia illud at
tentauit, & non conſummauit: vel quia dum fugiebat
cum rapta, traducendo eam de loco ad locum, fuit ca-
ptus à miniſtris iuſtitiæ, tunc talis raptor puniendus
eſt pœna ordinaria dlicti, quia ĩ hoc caſu ex ſolo raptu
mulieris delictum eſt cõſummatum, licet copula non
ſequatur, & ita fuit iudicatum in regio conſilio Cata-
luniæ, vbi in alta furca laqueo fuit raptor ſuſpenſus,
anno 1568. prout refert Peg. ſup. nu. 2. in fi. & tenet
expreſſe Hippol. in d. l. vnica, num. 254. & alios refert
19 & ſequitur Cou. nu. 8. in fi. adducens pro hac reſolu-
tione & concordia, tex. in l. 2. tit. 31. p. 7. ibi, *Otro ſi de
zimos, que ſi alguno penſaſſe de robar alguna muger vir
gen, o muger caſada, e comen ꝗaſſe a meterlo por obra, tra
uando de alguna dellas para cumplir ſu penſamiento ma
lo, ca maguer no paſſaſſe aella merece ſer eſcarmentado,
bien anſi como ſi vuieſſe fecho aquello que codiciaua, pues
que no finco por quanto el pudo fazer, que ſe no cumplio
el yerro que auia penſado.* Et nos etiam diximus in
quæſtione 540. vbi late materiam attentatus in de-
lictis atrociſſimis explicuimus, declarando leges re-
gni, & iuris communis. Quam opinionem & concor-
20 diam aſſignat (poſt hæc ſcripta) dominus dnn Ioan
Vela, ſup. cuius anima requieſcat in pace: quia dum
eum legerem in hoc propoſito, mihi nunciatum fuit
eum vitam (in ſua iuuenili ætate) prętenſionibus la-
borioſis fatigatum, & tota die implicitum, cum morte
commutaſſe, à quibus (Dei omnipotentis miſeratio-
ne) animum noſtrum, voluntatemque illarum vultu
21 omnino auertit, quia facile contemnit omnia, qui co
gitat ſe moriturum Et ne amplius ab inſtituto & in-
cœpto diuertamur, eandem concordiam ad prędictas
opiniones aſſignat Maſcardus, ſup. nu. 37. & Menoch.
de arbit. caſu 360. nume. 33. ponderans ad hoc verba
dictæ legis vnicæ, ibi, *vbi inuenti fuerunt in ipſa rapina.*
& ibi, *ſi eam ſolicitauerit*. Et cum hac concordia tran-
ſit etiam Iulius Clarus, ſup. num. 4. in fi. idemque re-
ſoluit nouiſſime Azeuedo, in l. 6. tit. 13. num. 89. lib.
8. recop. qui poſtquam à num. 17. retulit has duas cõ-
22 munes opiniones contrarias, amplectitur prædictam
diſtinctionem, quæ non placet Tiberio Deciano, vbi
ſup. num. 33. qui pro clariori intelligentia quatuor ca
ſus conſtituit: Primum, quando aliquis rapit monia-
lem, & duxit extra monaſterium: quia tunc licet eam
23 carnaliter non cognoſcat, pœna mortis punietur, non
ex lege vnica, de raptu virginum, ſed ex lege raptores,
C. de epiſcopis & clericis, quæ punit, non tam rapto-
res monialium, ſed etiam attentantes raptum, & ſic
24 Angelus, in d. l. non eſt ſibi contrarius, in eo quod di-
xerat, in d. l. vnica, cum ibi loquatur in raptu mulieris
laicæ, & in d. l. raptores, in raptu ſanctimonialium, &
in iſtis terminis monialis raptæ, loquitur Afflict. ſu-
25 pra, & ſic eum intelligit Peguera. Secũdus vero caſus
eſt, quando raptor tentauit cognoſcere raptam laicã,
& licet non cognouit eam, tamen per eum non defuit,
adhibens omnem diligentiam, & in hoc caſu abſque
dubio pęna mortis puniendus eſt, ex diſpoſitione di-
ctæ legis vnicæ, cui in hoc conſonat dicta lex. 2. tit.
31. p. 7. cuius verba ſupra retulimus. Tertius caſus eſt
quando raptor virginem à domo patris rapuit, vt ma
trimonium contraheret, animo, non cognoſcendi eã,
antea quam cum ea in facie eccleſiæ ſe deſponſaret: &
in hoc caſu non tenetur pœna raptus, cum ceſſet ra-
tio caſtitatis, virginitatis amiſſæ, de qua in d. l. vnica.
in quo caſu conſuluit Socinus, conſ. 5. vol. 3. licet e-
tiam in hoc caſu ſit arbitrarie puniendus, propter in-
iuriam raptus illatam tam ipſi mulieri quam paren-
tibus & cognatis & toti familiæ. Et tunc dicemus ra-
26 ptorem non habuiſſe animum à principio, cogno-
ſcẽdi carnaliter virginem raptam, quando habens op
portunitatem, illud omiſit in tempus matrimonij.
27 Quartus vero caſus eſt, quando poſt raptor (pœniten
tia ductus) noluit raptam carnaliter cognoſcere, licet
commode id facere potuiſſet, & in hoc caſu non eſſe
puniendum pęna mortis tradunt doctores ſupra, ma
xime Hippol. Iul. Clar. & Couarr. & Menoch. & dicit
28 Tiber. Decian. ſup. quod ſi caſus contingeret ita iu-
dicaret. in qua opinionum varietate, licet tutius, & ſe
curius ſemper ſit mitiorem eligere opinionem, vt in
l. reſpiciendum. ff. de pęnis. tamen ſi caſus mihi con-
29 tingeret, non auderem à diſpoſitione legis 3. tit. 20.
p. 7. recedere, vbi raptus ſimpliciter abſque copula,
& attentatu, pœna mortis punitur. Et ratio eſt, quia
primordialis natura illius, non conſiſtit in copula, ne
que in attentatu, ſed in violentia facta parentibus, tra
ducendo, & amouendo filiam de loco ad locum, inui
to patre, cui irrogat atrociſſima iniuria, quæ non mi-
nuitur, licet virgo carnaliter cognita non fuerit, vel
quia raptor noluit, vel non potuit: ſi tamen illud fece
rit, committitur aliud nouum delictum, ex quo etiam
ſeparatim pœna mortis incurritur, vt in dicta lege,
ibi, *o yaziere con alguna dellas por fuerça*. Et ſic, cum
duplici capite raptus cũ ſtupro, puniatur pęna mor
tis, non video rationem, quare deficiente copula, mi-
nuenda ſit pęna legis, cum dedecus mulieris, iniuria,
30 & iuſtus dolor parentis adhuc ſubſiſtãt. Quę opinio
adeo vera eſt, quod etiam raptor pœnam non euita-
uerit, ſi probauerit mulieris liberam voluntatem con
31 curriſſe, cum ipſa non ſit domina membrorum ſuo-
rum, viuente patre, vt in l. liber homo, ff. ad le. Aqui-
liam. Quam opinionem tenet Abbas, in c. cum cauſa,
num. 44. de raptoribus, per tex. in c. fin. 36. quæſtio-
ne. 1. vbi ſi quis volentem rapuerit, inuito patre, red-
detur puella patri, & raptor morte mulctabitur; cu-
32 ius opinionem ſequitur Boſius, in titulo de rapto-
ribus mulic. num. 166. quæ opinio veriſſima eſt, licet
contrariam ſequatur Tiberius Decianus ſupra, lib. 8.
num. 21. vbi dicit mitigandam eſſe pœnam, cum ne-
gari non poſſit, quin rapta muliere inuita, duobus ſit
facta iniuria, parentibus ſcilicet & ipſi raptæ, & per
conſequẽs grauior ſit q̃ ſi vni tantũ; & ſic reſoluit, qđ
33 in practica vidit paſſim obſeruari. Sed ſalua pace tã
grauiſſimi viri, illa ratio, licet videatur apparens, non
eſt concludens, quia ſi raptus committitur, quoties
inuito parente filia amouetur à domo ipſius, & ex hoc
ſolum incurritur pœna mortis (de qua in d. l. vnica) ni
hil operatur cõnſenſus raptę cũ illa quoad hoc nõ ha-
beat velle nec nolle. Et licet reſpectu raptæ leuior in-
iuria reputetur, tamẽ adhuc raptor dicitur, & ſic pœ-
nis raptoris ſubiacebit, tã de iure canonico (prout do
cet Abb. per tex. ab eo adductum) quam de iure regio
ex dicta lege 3. partitæ: pro qua ſententia adduci poſ

Digitized by Google

ſunt tradita per Bernardum Diaz, in practica ca-
34 nonica.cap.83.num.6.vbi concludit,quod voluntas
virginis corruptæ, patri non præiudicat, vbi Salze-
do,litera.C.explicat illam practicabilem quæſtionẽ,
35 vtrum clericus, vel laicus voluntariam virginem car
naliter cognoſcens,teneantur dotare.Quam etiam ex
plicat Nauar.in manuali,cap.16.num.16. Soto,in 4.
ſent.diſt.18.q.2.art.4. Antonius Gomez, in d.l.80.
Tauri.nu.10.vbi tradit quid ſit practicandum.

QVÆSTIO DXCVII.

Vtrum procurator in cauſa principali teneatur præſtare patrocinium in cauſa appellationis. Communis contra communem & quid iure regio.

PRocurator, qui in cauſa principali patrociniũ promiſit, tenetur etiam in cauſa appellationis illud præſtare. Ita gloſ.in l.inuitus,verbo.defendere. C.de procuratoribus, quam dixit communiter approbatã Curtius iunior,in leg.imperium,nu.117. ff. de iuriſdictione omnium iudicum,pro qua opinione eſt tex. in leg.23.titul.5.partit.ibi, *Pero quando el iuyzio ſe dieſſe contra el ſennor, deueſſe al,ar maguer no le fueſſe otorgado poder en la carta de la perſoneria:* & apertius probat in l.3.ti.23.partit.3.vbi Greg.verb.*en al ada.* & rõ eſt;quia cã primæ & ſecũdæ inſtantiæ, dĩ eadẽ, vt eſt communis opinio ſecundum eum ibi. Sed ſalua pace,Curtius fallitur,primo, in quãtum perperam citat gloſſam(cum ipſa probet contrarium.) Secundo, quia dixit procuratorem teneri,eſſe communem opinionem, cum eum non teneat cõis opinio,ſecundum Salicetum,nu.4.Alex.nu.14.in d.l.inuitus.C.de procuratoribiquam dicit communem Villalobos, in ſuo ærario,litera.P.num.485.& plures pro hac opinione (adducens fundamenta)refert Menchaca, lib.2.controuerſiarum vſu frequent.cap.19.vbi aſſignat intellectum ad l.ſi actor.C.de appellationibus.& ſequitur Paz,in ſua praxi,annotatione.4.de procuratore, nu. 41.qui ſequitur Nauar.in rub.de iudicijs,num.5. Primam tamẽ opinionem dicit communem & ſequitur Menchaca eam ſupra, Azeuedo.in l.2.tit.18.lib.4.recop.nu.32.inducẽs illum text. pro hac ſententia,quæ verior & receptior eſt,& ita practicatur,& ſecundum diſtinctionem traditam.

QVÆSTIO DXCVIII.

Vtrum ſalarium debeatur aduocatis in initio litis, vel in fine. Communis contra communem et quid iure regio.

SAlarium,ſeu honorarium, quando aduocato præſtandum ſit,ſolet in dubium verti.Et eſſe illi præſtandum in initio litis, dixit communem opinionem Albericus,in l.1.nu.2.C.de ſuffragio.

Sed contrariam ſententiam(imo, quod in fine litis præſtari debeat) dixit communem Iaſ.in l.diem functo,num.11. ff.de officio aſſeſſorum. & ſequitur Villalobos,in antinomia iuris, num.48. vbi declarat quod de iure regio debetur per legem ordinamenti. 11.titu.19. lib.2. idem libro communium, litera, A. num. 104. vbi dicit illud eſſe immutatum de iure regio,per l.11.tit.16.lib.2.recop.vbi diſponitur, quod ſit neceſſaria iudicis taxatio in fine litis, quæ lex non ſeruatur de conſuetudine, vt dicit Olanus, in concordata,litera A.num.78.quem ſequitur Azeuedo,in d. l.11.in princi.dicens quod hodie ita ſunt exigua ſalaria,quod taxatione non indigent,imo hodie ſtylus cõmunis eſt, quod ſalarium aduocatis promittitur in principio litis, non tamen ſoluitur tunc, nec in fine, &(in hoc ſatis expertus loquor)ſic, quod olim à Nerone fuit ſtatutum aduerſus aduocatos,vt ſine aliqua mercede,vel munere cauſis adeſſent, (vt refert Alex. ab Alex.lib.3.dierum geni.c.5.)recte cuſtoditur à litigatoribus: ſed illa deciſio, & Neronis terminatio non eſt vera,vt tradit Tiraquellus, de nobilita. c.29. nu.26. vbi allegat & ſequitur Cornelium Tacitum, idemque tenet Zenedo, in collectaneis ad ius canonicum,collecta.28.num.13. ad decretum contra Menochium,de arbitrarijs,caſu 369.nu.2. & Azeuedo, in l.21.titu.16.num.1.lib.2.nou.recop.quorum opinio verior eſt,& ſic ex tali auctore præſumitur. Eſt tamen aduertendum, quod ſi ſalarium fuerit immoderatum,poterit iudex ad partis petitionem moderare, l.1.§.in honorarijs. ff.de varijs, & extraordinar. cog. & tradit Sarmiento,lib.j.ſelectar.c.11.n.9. & Gutierrez, de iuramento confirmatorio.1.parte. cap.53.nu. 28.cum ſequẽtibus. Vbi late hoc declarat, qui eſt omnino videndus,cum caſus contingat.

QVÆSTIO DXCIX.

Vtrum legatum relictum à clerico, vel Epiſcopo, ſuis propinquis,intelligatur de propinquis uſque ad quartum gradum,vel etiam vlterius. Communis contra communem,& quid iure regio.

REliċta a propinquis clerico, vel Epiſcopo, cenſentur relicta intuitu perſonæ, & non eccleſiæ, vt in cap.requiſiſti,de teſtamentis. Dubium tantum eſt,de quibus propinquis, vel conſanguineis hoc ſit intelligendum. Et gloſſa,verb.a propinquo,ibi intelligit de propinquis vſque ad quartum gradum,cuius opinio eſt communis,ſecundum Imolam ibi, nu.33, gloſ.tamen ibi intelligit habere locum vſque ad ſeptimum gradum,& hanc opinionem dixit communem Antonius,nu.fin.vbi ipſe ponit tertiam opinionem, quod hoc relinquatur arbitrio iudicis, & hanc ſequitur ibi Couarr.num.9. qui tamen oblitus communis contrariæ, dixit communem primam opinionem, & illam comprobat l.4.titul.21. parte prima, iuxta l.2. eiuſdem titu.ibi,*heredanlo ſus parientes haſta el quarto grado.*

QVÆSTIO DC.

TExtus in cap. cum tu, de teſtibus, habet plures intellectus:inter quos Alciatus.reg.3.pręſump. 16.num.4.dixit communem, quod idem ibi præſumitur pluralitas actuum & appellationum, ne teſtes periurij reatu notentur. Illum tamen intellectum cõmuniter refelli, aſſerit Couar. Alciati immemor(in c. alma mater.1.p.§.2.num.5. poſt Feli.in d.c.cum tu, col.2.& pro Alciati opinione expenditur text.in l.ſi. C.de rebus creditis.

QVÆ-

QVÆSTIO DCI.

Vtrum infans ſine tutore poſſit acquirere poſſeſſioné. Communis contra communem.

INfantem ſine tutore non poſſit acquirere poſſeſſionem, probat text. in l. quamuis, §. infans, C. de acq. poſſeſ. cui maxime obſtat tex. in l. donatatum, C. de acquir. poſſeſ. qui eſt in cauſa, vt plures intellectus ad l. donatarum, ſoleant aſſignari: nam aliqui dicunt, illũ text. eſſe intelligendum in rebus iocalibus, ad quas videntur infantes habere quandam affectionem, quem intellectum eſſe communem (ad illum text.) teſtatur Paulus, in l. 1. §. adipiſcimus, nu. 4. ff. de acquir. poſſ. & Ang. de Aret. in §. at ex contrario, num. 2. inſt. quibus alienare licet, vel non. Sunt etiam qui intelligunt tex. in d. l. donatarum, in poſſeſſione quæſita per infauté, (tutore auctore) & hunc intellectum dixit eſſe communem ibi Angelus de Perulio.

QVÆSTIO DCII.

Vtrum per dationem vulgaris ſubſtitui, tollatur ſuitas. Communis contra communem.

PEr datiunem ſubſtituti vulgatis ſuitatem tolli, tenet communis opinio, ſecundum Socinum, in l. j. num. 47. de vulg. & ſecundum Iaſ. in l. ſi filius heres, num. 28. ff. de liber. & poſthum. & in l. poteſt quis, nume. 3. ff. de vulgari. Et eandem dixit communem Curraſius, lib. 1. miſcellanearum, cap. 2. in princip. dixit etiam communem Baldus de Vbal. in d. l. ſi filius heres, num. 1. & Curraſius, in l. poſt aditam, num. 58. C. de iure deliber. qui limitat 7. modis, & Socinus, reg. 390. & Iaſ. 8. modis, vbi ſupra, nume. 53. & Socinus, 16. in d. l. 1. num. 47. & pro hac ſententia adducitur text. in d. l. ſi filius heres, & ſex fundamenta adducit Antonius Gomez, 1. tom. variarum, cap. 3. num. 15. quam etiam reſoluit communem ex Alex. in d. l. ſi filius heres, num. 3.

Sed contrariam ſententiam (imo ſuitatem non tolli) dixit veriorem (& quod illam plerique ſequuntur) Corraſius, vbi ſupra, num. 2. & Lotiotus, de iuris arte, tracta. 14. de ſubſtitutione, axiomate 54. & 55. & Berengarius late diſcutiens, in l. ſi fratres, num. 40. C. de impub. & hanc tenet Bald. de Vbald. ſupra, nu. 2. poſt Chriſtophorum de Caſtell. Cumanum, Paulũ, & Aretinum, ibi, ex quibus Cumanus, vt refert ibi Iaſ. num. 41. dicit, quod vidit hanc teneri per omnes doctores modernos legentes, & ſequitur Antonius Gomez, ſupra, qui alios refert, & Menchaca, lib. 3. de ſucceſſionum creatione, §. 21. num. 187. & in num. 188. adduxit aliam communem contrariam, an per dationem coheredis extranei tollatur ſuitas, & pro hac vltima ſententia eſt bonus text. in l. fi. ff. de conditionibus inſtitutionum, quem ad hoc notat Paulus Caſtrenſis, in d. l. ſi filius heres, & eſt tex. in l. Lucius, & in l. ſi filius qui patri, verſicu. etenim, ff. de vulgari, l. ſi ſolus, ff. de aquirenda hereditate. Et diximus in quæſtio. 205. num. fin.

QVÆSTIO DCIII.

Vtrum reus criminis, nulla præcedente infamia, teneatur dicere veritatem cum iuramento, iudice interrogante. Communis contra communem.

VIdimus in quæſt. 301. neminem poſſe cogi in criminalibus dicere veritatem per iuramentũ: nunc autem dubitatur, ſi iudex (iuris ordine non ſeruato) hanc à reo ſub iuramento exegerit, an teneatur reus confiteri, vel ſi poterit celare veritatem negando. Et eum negare poſſe, quamuis commiſerit delictum, tenet Adrianus, in 4. quęſtio. de ſigillo confeſſionis, vbi hoc ita tenere omnes doctores teſtatur.

Sed cõtrariam ſententiam (imo quod hoc caſu poſſit reus iudicem fallere, verbis ambiguis, non tamen directo mentiri) tenent Caietanus, Adrianus, Nauar. & Sepulueda, quos refert & ſequitur Couar. lib. 1. variar. c. 1. num. 2. & vltra eum Dominicus de Soto, lib. 5. de iuſtit. & iure, quæſt. 6. artic. 2. col. pen. qui teſtatur ſe nullum vidiſſe contrariũ tenentem, niſi Adrianum: miraturque de Adriano, quod dixerit omnes doctores tenere primam ſententiam. Ex iuris autem profeſſoribus hanc vltimam ſententiam tenet Aretinus, & Lucas de Penna, quos refert Sylua nupt. lib. 3. nu. 44. vbi ipſe, num. 41. in fine, aſſerit communem opinionem, quod reus non teneatur reſpondere, quando nulla præceſſerit infamia. Quæ opinio veriſſima eſt, & ab ea nec in conſulendo, nec in iudicando recedere oportet.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum metu extortum, non eſt ſeruandum.*
2 *Iuramentum nefas extortum, eſt ipſo iure nullum, ſecundum aliquos. ſed verius eſſe contrarium reſoluimus.*
3 *Metus licet detectus, & probatus, non reddit iuramentum nullum.*
4 *Contractus metu celebratus, valet mero iure.*
5 *Iuramentum non confirmat contractũ nullum metu extortum, ſ.cuudum aliquos.*
6 *Matrimonium metu contractum eſt nullum iure poſitiuo, diuino, & naturali.*
7 *Voluntas libera requiritur in matrimonio contrahendo.*
8 *Métus mortis excludit conſenſum. & ex mutua cohabitatione hodie poſt Concilium non inducitur.*
9 *Iudex eccleſiaſticus non debet compellere ſponſos ad contrahenda matrimonia contra illorum voluntatem.*
10 *c. requiſiuit, cum c. ex literis, de ſponſalibus, declaratur, & nu. 16. aſſignamus nouum intellectum.*
11 *Sponſus, etiam ſi iurauit matrimonium contrahere, non poteſt inuitus præciſe compelli ad contrahendum.*
12 *Matrimonium inuitus vt contrahat, licet præceſſerit voluntas de contrahendo, nemo etiam in foro exteriori eſt compellendus.*
13 *Sponſalia de futuro pluribus modis diſſoluuntur.*
14 *cap. ex literis, de ſponſalibus, iterum declaratur.*
15 *Excommunicatio eſt medicinalis & non mortalis.*
16 *Concilium Tridentinum, in c. 1. de refor. matri. non excludit ſponſalia de futuro.*
17 *Interpretatio Concilij Tridentini pertinet ad Romanum Pontificem, & ad congregationem Illuſtriſſimorum*

Car-

Cardinalium: quia illius eſt interpretari cuius eſt condere.

18 Interpretationem, quam alij ad ſacrum Concilium dederunt, referre, non eſt in iure prohibitum.

19 c. ad id. de ſponſalibus, corrigitur per decretum ſancti Concilij Tridentini.

20 c. is qui fidem de ſponſalibus, corrigitur etiam per Concilium.

21 c. per tuas, de cōditionibus appoſitis, corrigitur per d. decretum.

22 c. 1. §. 1. de ſponſalibus impuberum, corrigitur per d. decretum.

23 Qui ſeruata forma Concilij Tridentini, cum aliqua contraxit matrimonium, quæ habebat maritum viuum, ſi poſtea ipſe moriatur, tenetur cum eo nouiter contrahere.

24 Contrahens ſponſalia de futuro cum conſanguinea, ſequuta copula, non incurrit excommunicationem.

25 Sponſalia de futuro per traductionem ad domum, non efficiuntur de præſenti, niſi illud fiat coram parocho & teſtibus.

26 Promittens contrahere cum vna ex tribus ſororibus, ſi poſtea cum vna illarum rem habuerit, nō cenſetur ex hoc matrimonium contrahere.

27 Contrahentes in gradu prohibito, etiamſi poſtea ſublato impedimento cohabitent ſimul, non conualeſcit matrimonium.

28 Matrimonia præſumpta ceſſant hodie per Concilium Tridentinum.

29 Matrimonia vera & rata quæ dicantur, ſecundum Concilium.

30 Doctores tenentes, quod matrimonia contracta a filiisfamilias ſine conſenſu parentum, ſunt nulla, referantur & reprobantur.

31 Concilium Tridentinum non excludit conſenſum parentis de honeſtate.

32 Filia poteſt hodie exheredari, ſi cōtrahat matrimonium clandeſtinum, & per Concilium non corrigitur, l. 49. Tauri, contra alios.

33 Filius contrahens matrimoniū ſine conſenſu patris, peccat mortaliter, quod non excludit Concil. Trid.

34 Concilium Trident. improbat matrimonia clandeſtina.

35 Matrimonium clandeſtinum poteſt hodie duobus modis conſiderari.

36 Matrimonium contractum ante, & poſt Concilium, ſine denunciationibus dicitur clandeſtinum.

37 Contrahentes matrimonium ſecundum formam Concilij, omiſſis publicationibus, incurrunt pœnam l. 49. Tauri.

38 Matrimonium clandeſtinum inualidum contrahentes, incurrunt d. pœnam.

39 In ſtatu damnationis eſt, qui priore vxore, cum qua contraxit, relicta, cum alia palam contrahit.

40 Lex canonica poteſt inducere nouam formam, & ſolennitatem in matrimonijs contrahendis.

41 Vtrum aliquis vltra Concilium poſſit ſtatuere circa matrimonium.

42 Publicationes requiſitæ in ſancto Concilio Trid. poſſunt fieri in qualibet parochia contrahentium.

43 Publicationes ſancti Concilij debent fieri in tribus diebus feſtiuis continuis, nec ſufficit ſi interpolentur.

44 Publicationes debent fieri expreſſo amborum contrahentium conſenſu, & non aliter.

45 Conſenſus contrahentium eſt examinandus à proprio parocho, ante publicationes.

46 Publicationes requiſita in ſancto Cōcilio, non ſunt de ſubſtantia matrimonij, contra plures.

47 Impedimentum legitimum ad impediendum matrimonium quale ſit, & qualiter proponendum.

48 Delator impedimenti eſt puniendus, ſi falſe proponatur.

49 Parochus poteſt propria ſua auctoritate interdicere matrimonium, quando coram eo impedimentum proponitur.

50 Matrimonia qualiter in facie eccleſiæ celebrentur.

51 Qui ſine iuſta cauſa factis publicationibus contrahere matrimonium recuſat, condemnandus eſt ad intereſſe partis.

52 Conſenſus quomodocumque exprimatur, ſufficit ad matrimonium contrahendum.

53 Verba Concilij Ego vos coniungo, non ſunt de ſubſtantia matrimonij

54 Quis ſit proprius parochus contrahentium, in cauſa Concilij Tridentini, declaratur, & quid de Epiſcopo, vel eius vicario. nu. 55.

56 Proprius parochus peregrinorum, & alienigenarū, quis dicatur extante Concilio Tridentino.

57 Parochus, licet nō ſit ſacerdos, poteſt adeſſe matrimonijs.

58 Parochus non poteſt vices ſuas committere non ſacerdoti, etiam tempore peſtis.

59 Vicarius generalis Epiſcopi poteſt ſolennizare matrimonium.

60 Parochus viri, vel mulieris, ſufficit ad validitatem matrimonij.

61 Parochus ruralis, nō eſt verus parochus ad validitatem matrimonij, ſi contrahentes in ciuitate habeant proprium parochum.

62 Licet virtute bullæ Cruciatæ aliquis poſſit eligere confeſſorem, non poterit eligere parochū, ad contrahendum coram eo matrimonium.

63 Qui ſe transfert de vna parochia ad aliam, ſine animo ibi habitandi, non poteſt coram parocho ſecūdæ parochiæ, matrimonium contrahere, etiam in mortis articulo.

64 Malitioſum impedimentum nō eſt admittendum, & pater non dicitur malitioſe impedire.

65 Matrimonium valet, & tenet, coram parocho excommunicato & ſchiſmatico.

66 Matrimonium contractum coram parocho caſualiter vocato, validum eſt.

67 Præſentia parochi inuiti & reluctantis, & doloſe adducti, ſufficit ad validitatem matrimonij.

68 Matrimonium contractum coram parocho, qui affectate clauſit aures, & non audiuit, nec intellexit verba contrahentium, validum eſt.

69 Matrimonium contractum coram teſtibus ambulantib. & tranſeuntibus, validū eſt, ſi verba contrahentium intellexerunt.

70 Matrimonium contractum coram parocho per vim grauem adductum, & compulſum validum eſt.

71 Matrimonium contractum coram parocho cui erat interdictum ab ordinario ne tali matrimonio aſſiſteret, validum eſt.

72 Matrimonium eſt validum, quando inuitus ad celebrationem ipſius accedit parochus, & contra ordinarij prohibitionem.

73 Matrimonium contractum in articulo mortis, ſine parocho, & teſtibus, eſt nullum.

74 Infideles ſponſi, qui ſe carnaliter cognouerunt, poſt conuerſio-

Digitized by Google

uerſionem tenentur cõtrahere, ſeruata formu Concilij.

75 *Traſentia parochi, & teſtium requiritur, ud legitimandum conſenſum contrahentium.*

76 *Matrimonium ſine parocho, & teſtibus contractum, non valet in foro conſcientiæ.*

77 *Captiui apud Turcas, & alias impoſſibiliter impediti contrahere coram parocho & teſtibus, ſecundum formam Concilij, poſſunt matrimonium valide contrahere.*

78 *Matrimonium contractum de præſenti, cum iuramento, non valet ſine parocho, & teſtibus.*

79 *Matrimonium contractum ſine purocho, & teſtibus, valet in vim ſponſaliorum.*

80 *Matrimonium clandeſtine contractum, per verba de præſenti, abſq; parocho & teſtibus, inter puberem & impuberem, habebit vim ſponſaliorum.*

81 *Matrimonium contractum coram vicario parochi, & eius vices generaliter gerenti, validum eſt.*

82 *Teſtes in matrimonio, licet non rogati probant.*

83 *Unus teſtis, etiam in quacunque dignitate conſtitutus, non ſufficit ad probandum matrimonium.*

84 *Teſtes non idonei, non ſufficiunt ad probandum matrimonium.*

85 *Contrahentes matrimonium abſq; denunciationibus, & teſtes, qui in eo aſſiſtunt, peccunt mortaliter.*

86 *Contrahentes matrimonium ſine publicationibus, grauiter ſunt puniendi, quando ſe carnaliter cognouerunt.*

87 *Contruhentes matrimonium ſine publicutionibus, & habentes ud illud iuſtum cauſam, non peccant, licet ſe carnaliter cognoſcant.*

88 *Conſtitutiones ſynodales, imponentes pœnam excommunicationis contrahentibus matrimonia clandeſtina, valida ſunt, nec corriguntur per Concilium.*

89 *Contrahentes matrimonium contra formam Concilij, poſſunt abſolui virtute bullæ cruciata.*

90 *Epiſcopus poteſt in totum remittere publicationes Concilij, et ordinarius dicitur Epiſcopus, in terminis Cõcil.*

91 *Vicarius generulis Epiſcopi eſt etiam ordinarius, & iure proprio poteſt remittere denunciationes ſecundum plures, alij vero tenent contrarium.*

92 *Epiſcopus (ſecundum aliquos) non poteſt delegare ſuo vicario facultatem remittendi publicationes.*

93 *Parochus non poteſt remittere publicationes ante contractum matrimonij ſecundum plures.*

94 *Parochus poteſt remittere denũciationes in articulo mortis, & in ulijs caſibus inſtantis periculi.*

95 *Cardinales titulati, Commendatarij, & Abbutes nullius diœceſis, & prælati exempti, dicuntur ordinarij, ad remittendas denunciationes Concilij.*

96 *Archiepiſcopus metropolitanus, circu ſubditos ſuffraganeorum, non eſt ordinarius in caſu illius text.*

97 *Vicarij foranei epiſcoporum non ſunt ordinarij in caſu dicti cap. 1. Concilij.*

98 *Iudices inferiores delegati ab epiſcopo, non poſſunt remittere denunciationes Concilij, niſi ud id habeant ſpecialem commiſſionem.*

99 *Epiſcopi & ulij prælati, non poſſunt diſpenſare vt matrimonia abſque parocho celebrentur, etiam in mortis periculo, vel alterius magni damni & præiudicij.*

100 *Papa poteſt diſpenſare, inſtante periculo, vt ſine parocho matrimonia celebrentur.*

101 *Epiſcopi ante Concilium poterant remittere etiam denunciationes.*

102 *Epiſcopus abſque iuſta & rationabili cauſa non poteſt remittere denunciationes Concilij.*

103 *Cauſu iuſta ad remittendas publicationes debet adeſſe per informationem, anteaquam omittantur.*

104 *Ordinarius remittens denunciationes abſque iuſta cauſa, peccat mortaliter.*

105 *Iuſta cauſa remittendi publicationes eſt, ſi matrimonium contrahatur inter pauperem & diuitem, inter nobilem & plebeium, inter ſenem & iuuenem.*

106 *Iuſtu cauſa etiam dicitur remittendi denunciationes, vicinitas temporis, in quo prohibitæ ſunt nuptiæ, ſecundum aliquos.*

107 *Iuſta etiam cauſa remittendi dictas denũciationes eſt, quando aliquis in mortis articulo vult contrahere cũ ſua concubina, cum qua antea filios habuerat.*

108 *Iuſta cauſa etiam dicitur remittendi publicationes, quando matrimonium contrahitur inter magnates.*

109 *Iuſta cauſa remittendi denunciationes non eſt timor parentum.*

110 *Iuſtu cauſa remittendi publicationes eſt, quando aliqui diu voluerunt contrahere, et illud omittunt propter verecundiam.*

111 *Iuſtu etiam cauſu remittendi denunciationes eſt, quando virgo eſt ſub tutela iniqui tutoris, qui eam viro diſpari conditionis trudere vult.*

112 *Iuſta cauſa etium eſt remittendi denunciationes, quando filij ſunt ſub poteſtate nouercali.*

113 *Licentia parochi, vt alius ſacerdos poſſit matrimonia celebrare, debet eſſe expreſſa.*

114 *Licentia ſufficit, quod ſit verbalis, nec eſt neceſſarium quod detur in ſcriptis.*

115 *Licentia non expirat morte concedentis.*

116 *Licentiam nõ poteſt dare parochus extra diœceſim vel parochiam.*

117 *Licentia debet præcedere ante matrimonium, & non ſufficit quod ſequatur.*

118 *Epiſcopus & ordinarius poſſunt dare prædictam licentiam ſolemnizandi matrimonium alio ſacerdoti non parocho.*

119 *Parochus, vel ordinarius excommunicatus & ſuſpenſus, toleratus tamen ab eccleſia, poſſunt dare alio ſacerdoti prædictam licentiam.*

120 *Matrimonium validum eſt, etiam ſi parochus cõcedat licentiam abſque interiore voluntate.*

121 *Qui inutiliter de facto contrahunt matrimonium, non remanent inhabiles ud contrahendum iterum ſeruata forma & ſolemnitate Concilij Tridentini.*

122 *Concilium poteſt reddere contrahentes inhabiles ad cõtrahendum.*

123 *Sponſi de futuro ſunt monendi, & non cogendi ad contrahendum matrimonium.*

124 *Clandeſtina matrimonia non ſunt irritanda à iudicibus, ſed nulla ſunt declaranda.*

125 *Parochus qui auctorauit matrimonium clandeſtinum, peccat mortaliter, & eſt ab ordinario puniendus.*

126 *Parochus qui auctorauit matrimonium ſine publicationibus contractum qualiter ſit puniendus.*

127 *Pœna impoſita de iure communi contra parochum, qui auctorauit matrimonium clandeſtinum, non ſunt ſublatæ per Concilium.*

128 *Teſtes interuenientes in ſponſalibus clandeſtinis de futuro ſunt puniendi, & qualiter.*

129 *Teſtes qui interueniunt in matrimonio clandeſtino, à iu-*

dice

Cardinalium: quia illius eſt interpretari cuius eſt condere.

18 Interpretationem, quam alij ad ſacrum Concilium dederunt, referre, non eſt in iure prohibitum.

19 c. ad id, de ſponſalibus, corrigitur per decretum ſancti Concilij Tridentini.

20 c. is qui fidem de ſponſalibus, corrigitur etiam per Concilium.

21 c. per tuas, de cõditionibus appoſitis, corrigitur per d. decretum.

22 c. 1. §. 1. de ſponſalibus impuberum, corrigitur per d. decretum.

23 Qui ſeruata forma Concilij Tridentini, cum aliqua contraxit matrimonium, quæ habebat maritum viuum, ſi poſtea ipſe moriatur, tenetur cum eo nouiter contrahere.

24 Contrahens ſponſalia de futuro cum conſanguinea, ſequuta copula, non incurrit excommunicationem.

25 Sponſalia de futuro per traductionem ad domum, non efficiuntur de præſenti, niſi illud fiat coram parocho & teſtibus.

26 Promittens contrahere cum vna ex tribus ſororibus, ſi poſtea cum vna illarum rem habuerit, nõ cenſetur ex hoc matrimonium contrahere.

27 Contrahentes in gradu prohibito, etiamſi poſtea ſublato impedimento cohabitent ſimul, non conualeſcit matrimonium.

28 Matrimonia præſumpta ceſſant hodie per Concilium Tridentinum.

29 Matrimonia vera & rata quæ dicantur, ſecundum Concilium.

30 Doctores tenentes, quod matrimonia contracta a filiisfamilias ſine conſenſu parentum, ſint nulla, referuntur & reprobantur.

31 Concilium Tridentinum non excludit conſenſum parentis de honeſtate.

32 Filia poteſt hodie exheredari, ſi cõtrahat matrimonium clandeſtinum, & per Concilium non corrigitur, l. 49. Tauri, contra alios.

33 Filius contrahens matrimoniũ ſine conſenſu patris, peccat mortaliter, quod non excludit Concil. Trid.

34 Concilium Trident. improbat matrimonia clandeſtina.

35 Matrimonium clandeſtinum poteſt hodie duobus modis conſiderari.

36 Matrimonium contractum ante, & poſt Concilium, ſine denunciationibus dicitur clandeſtinum.

37 Contrahentes matrimonium ſecundum formam Concilij, omiſſis publicationibus, incurrunt pœnam l. 49. Tauri.

38 Matrimonium clandeſtinum inualidum contrahentes, incurrunt d. pœnam.

39 In ſtatu damnationis eſt, qui priore vxore, cum qua contraxit, relicta, cum alia palam contrahit.

40 Lex canonica poteſt inducere nouam formam, & ſolennitatem in matrimonijs contrahendis.

41 Vtrum aliquis vltra Concilium poſſit ſtatuere circa matrimonium.

42 Publicationes requiſitæ in ſancto Concilio Trid. poſſunt fieri in qualibet parochia contrahentium.

43 Publicationes ſancti Concilij debent fieri in tribus diebus feſtiuis continuis, nec ſufficit ſi interpolentur.

44 Publicationes debent fieri expreſſo amborum contrahentium conſenſu, & non aliter.

45 Conſenſus contrahentium eſt examinandus à proprio parocho, ante publicationes.

46 Publicationes requiſitæ in ſancto Cõcilio, non ſunt de ſubſtantia matrimonij, contra plures.

47 Impedimentum legitimum ad impediendum matrimonium quale ſit, & qualiter proponendum.

48 Delator impedimenti eſt puniendus, ſi falſe proponatur.

49 Parochus poteſt propria ſua auctoritate interdicere matrimonium, quando coram eo impedimentum proponitur.

50 Matrimonia qualiter in facie eccleſiæ celebrentur.

51 Qui ſine iuſta cauſa factis publicationibus contrahere matrimonium recuſat, condemnandus eſt ad intereſſe partis.

52 Conſenſus quomodocunque exprimatur, ſufficit ad matrimonium contrahendum.

53 Verba Concilij Ego vos coniungo, non ſunt de ſubſtantia matrimonij

54 Quis ſit proprius parochus contrahentium, in cauſa Concilij Tridentini, declaratur, & quid de Epiſcopo, vel eius vicario nu. 55.

56 Proprius parochus peregrinorum, & alienigenarũ, quis dicatur extante Concilio Tridentino.

57 Parochus, licet nõ ſit ſacerdos, poteſt adeſſe matrimonijs.

58 Parochus non poteſt vices ſuas committere non ſacerdoti, etiam tempore peſtis.

59 Vicarius generalis Epiſcopi poteſt ſolennizare matrimonium.

60 Parochus viri, vel mulieris, ſufficit ad validitatem matrimonij.

61 Parochus ruralis, nõ eſt verus parochus ad validitatem matrimonij, ſi contrahentes in ciuitate habeant proprium parochum.

62 Licet virtute bullæ Cruciatæ aliquis poſſit eligere confeſſorem, non poterit eligere parochũ, ad contrahendum coram eo matrimonium.

63 Qui ſe transfert de vna parochia ad aliam, ſine animo ibi habitandi, non poteſt coram parocho ſecundæ parochię, matrimonium contrahere, etiam in mortis articulo.

64 Malitioſum impedimentum nõ eſt admittendum, & pater non dicitur malitioſe impedire.

65 Matrimonium valet, & tenet, coram parocho excommunicato & ſchiſmatico.

66 Matrimonium contractum coram parocho caſualiter vocato, validum eſt.

67 Præſentia parochi inuiti, & reluctantis, & doloſe adducti, ſufficit ad validitatem matrimonij.

68 Matrimonium contractum coram parocho, qui affectate clauſit aures, & non audiuit, nec intellexit verba contrahentium, validum eſt.

69 Matrimonium contractum coram teſtibus ambulantib. & tranſeuntibus, validũ eſt, ſi verba contrahentium intellexerunt.

70 Matrimonium contractum coram parocho per vim grauem adductum, & compulſum validum eſt.

71 Matrimonium contractum coram parocho cui erat interdictum ab ordinario ne tali matrimonio aſſiſteret, validum eſt.

72 Matrimonium eſt validum, quando inuitus ad celebrationem ipſius accedit parochus, & contra ordinarij prohibitionem.

73 Matrimonium contractum in articulo mortis, ſine parocho, & teſtibus, eſt nullum.

74 Infideles ſponſi, qui ſe carnaliter cognouerunt, poſt conuerſio-

Google

uerſionem tenentur cõtrahere, ſeruata forma Concilij.

75 Praſentia parochi, & teſtium requiritur, ad legitimandum conſenſum contrahentium.

76 Matrimonium ſine parocho, & teſtibus contractum, non valet in foro conſcientiæ.

77 Captiui apud Turcas, & alias impoſſibiliter impediti contrahere coram parocho & teſtibus, ſecundum formam Concilij, poſſunt matrimonium valide contrahere.

78 Matrimonium contractum de præſenti, cum iuramento, non valet ſine parocho, & teſtibus.

79 Matrimonium contractum ſine parocho, & teſtibus, valet in vim ſponſaliorum.

80 Matrimonium clandeſtine contractum, per verba de præſenti, abſq; parocho & teſtibus, inter puberem & impuberem, habebit vim ſponſaliorum.

81 Matrimonium contractum coram vicario parochi, & eius vices generaliter gerenti, validum eſt.

82 Teſtes in matrimonio, licet non rogati probant.

83 Unus teſtis, etiam in quacunque dignitate conſtitutus, non ſufficit ad probandum matrimonium.

84 Teſtes non idonei, non ſufficiunt ad probandum matrimonium.

85 Contrahentes matrimonium abſq; denunciationibus, & teſtes, qui in eo aſſiſtunt, peccant mortaliter.

86 Contrahentes matrimonium ſine publicationibus, grauiter ſunt puniendi, quando ſe carnaliter cognouerunt.

87 Contrahentes matrimonium ſine publicationibus, & habentes ad illud iuſtam cauſam, non peccant, licet ſe carnaliter cognoſcant.

88 Conſtitutiones ſynodales, imponentes pęnam excommunicationis contrahentibus matrimonia clandeſtina, valida ſunt, nec corriguntur per Concilium.

89 Contrahentes matrimonium contra formam Concilij, poſſunt abſolui virtute bullæ cruciatæ.

90 Epiſcopus poteſt in totum remittere publicationes Concilij, et ordinarius dicitur Epiſcopus, in terminis Cõcil.

91 Vicarius generalis Epiſcopi eſt etiam ordinarius, & iure proprio poteſt remittere denunciationes ſecundum plures, alij vero tenent contrarium.

92 Epiſcopus (ſecundum aliquos) non poteſt delegare ſuo vicario facultatem remittendi publicationes.

93 Parochus non poteſt remittere publicationes ante contractum matrimonij ſecundum plures.

94 Parochus poteſt remittere denũciationes in articulo mortis, & in alijs caſibus inſtantis periculi.

95 Cardinales titulati, Commendatarij, & Abbates nullius diœceſis, & prælati exempti, dicuntur ordinarij, ad remittendas denunciationes Concilij.

96 Archiepiſcopus metropolitanus, circa ſubditos ſuffraganeorum, non eſt ordinarius in caſu illius text.

97 Vicarij foranei epiſcoporum non ſunt ordinarij in caſu dicti cap. 1. Concilij.

98 Iudices inferiores delegati ab epiſcopo, non poſſunt remittere denunciationes Concilij, niſi ad id habeant ſpecialem commiſſionem.

99 Epiſcopi & alij prælati, non poſſunt diſpenſare vt matrimonia abſque parocho celebrentur, etiam in mortis periculo, vel alterius magni damni & præiudicij.

100 Papa poteſt diſpenſare, inſtante periculo, vt ſine parocho matrimonia celebrentur.

101 Epiſcopi ante Concilium poterant remittere etiam denunciationes.

102 Epiſcopus abſque iuſta & rationabili cauſa non poteſt remittere denunciationes Concilij.

103 Cauſa iuſta ad remittendas publicationes debet adeſſe per informationem, anteaquam omittantur.

104 Ordinarius remittens denunciationes abſque iuſta cauſa, peccat mortaliter.

105 Iuſta cauſa remittendi publicationes eſt, ſi matrimonium contrahatur inter pauperem & diuitem, inter nobilem & plebeium, inter ſenem & iuuenem.

106 Iuſta cauſa etiam dicitur remittendi denunciationes, vicinitas temporis, in quo prohibitæ ſunt nuptiæ, ſecundum aliquos.

107 Iuſta etiam cauſa remittendi dictas denũciationes eſt, quando aliquis in mortis articulo vult contrahere cũ ſua concubina, cum qua antea filios habuerat.

108 Iuſta cauſa etiam dicitur remittendi publicationes, quando matrimonium contrahitur inter magnates.

109 Iuſta cauſa remittendi denunciationes non eſt timor parentum.

110 Iuſta cauſa remittendi publicationes eſt, quando aliqui diu voluerunt contrahere, et illud omittunt propter verecundiam.

111 Iuſta etiam cauſa remittendi denunciationes eſt, quando virgo eſt ſub tutela iniqui tutoris, qui eam viro diſpari conditionis tradere vult.

112 Iuſta cauſa etiam eſt remittendi denunciationes, quando filij ſunt ſub poteſtate nouercali.

113 Licentia parochi, vt alius ſacerdos poſſit matrimonia celebrare, debet eſſe expreſſa.

114 Licentia ſufficit, quod ſit verbalis, nec eſt neceſſarium quod detur in ſcriptis.

115 Licentia non expirat morte concedentis.

116 Licentiam nõ poteſt dare parochus extra diœceſim vel parochiam.

117 Licentia debet præcedere ante matrimonium, & non ſufficit quod ſequatur.

118 Epiſcopus & ordinarius poſſunt dare prædictam licentiam ſolemnizandi matrimonium alio ſacerdoti non parocho.

119 Parochus, vel ordinarius excommunicatus & ſuſpenſus, toleratus tamen ab eccleſia, poſſunt dare alio ſacerdoti prædictam licentiam.

120 Matrimonium validum eſt, etiam ſi parochus cõcedat licentiam abſque interiore voluntate.

121 Qui inutiliter de facto contrahunt matrimonium, non remanent inhabiles ad contrahendum iterum ſeruata forma & ſolemnitate Concilij Tridentini.

122 Concilium poteſt reddere contrahentes inhabiles ad cõtrahendum.

123 Sponſi de futuro ſunt monendi, & non cogendi ad contrahendum matrimonium.

124 Clandeſtina matrimonia non ſunt irritanda à iudicibus, ſed nulla ſunt declaranda.

125 Parochus qui auctorauit matrimonium clandeſtinum, peccat mortaliter, & eſt ab ordinario puniendus.

126 Parochus qui auctorauit matrimonium ſine publicationibus contractum qualiter ſit puniendus.

127 Pęnæ impoſita de iure communi contra parochum, qui auctorauit matrimonium clandeſtinum, non ſunt ſublata per Concilium.

128 Teſtes interuenientes in ſponſalibus clandeſtinis de futuro ſunt puniendi, & qualiter.

129 Teſtes qui interueniunt in matrimonio clandeſtino, à in

dice

dice eccleſiaſtico & ſæculari ſunt puniendi, & eſt locus præuentioni.

130 *Ordinarius peccat, qui non punit tranſgreſſores Concilij.*

131 *Verba Concilij, ibi,* hortatur vt coniuges, *ſunt conſilij, & non præcepti.*

132 *Matrimoniũ conſummare ante benedictionem nuptialem, eſt peccatum mortale, ſecundum aliquos.*

133 *Secundæ nuptiæ non ſunt benedicendæ, etiam extante Concilio.*

134 *Sacerdos benedicens ſecundas nuptias, eſt puniendus arbitrio ordinarij.*

135 *Excommunicatio à iure impoſita ſolemnizanti matrimonium, non eſt ſublata per decretum Concilij.*

136 *Verba Concilij, ibi,* matrimonio coniungere, aut benedicere, *alternatiue ſunt intelligenda.*

137 *Parochus ſecundum Concilium debet habere librum, in quo deſcribantur matrimonia.*

138 *Matrimonium fuiſſe contractum poteſt probari alijs modis, quam per librum eccleſiæ.*

139 *Liber eccleſiæ, in quo deſcribuntur matrimonia, eſt legalis, & facit fidem.*

140 *Verba Concilij, ibi,* ſua peccata diligenter confiteantur, *an ſint de præcepto, vel de conſilio.*

141 *Qui contrahit matrimonium in peccato mortali, peccat mortaliter.*

142 *Matrimonium eſt validum ſine parocho & teſtibus, in terris, vbi Conciliũ non fuit publicatum, vel receptũ.*

143 *Vtrum qui vadunt ex partibus regni, vbi conciliũ fuit publicatum, ad partes, vbi non fuit publicatũ, teneantur illius formam ſeruare.*

144 *Proprius parochus contrahentium eſt ille, in cuius parochia mulier habet domicilium, donec marietur.*

145 *Matrimonium ante & poſt Concilium, poteſt contrahi per procuratorum.*

146 *Verba Concilij, ibi, omnino, idem importãt, quod verbum, ipſo iure.*

147 *Benedictio ſacerdotalis in templo eſt præſtanda à parocho mulieris.*

148 *Impedimẽtum matrimonij probatur per vnum teſtem, vel famam.*

149 *Filius natus ex matrimonio contracto inter conſanguineos, omiſſis denunciationibus Concilij, ignorantes impedimentum, non eſt legitimus.*

QVÆSTIO DCIV.

Vtrum iuramentum metu extortum ſit ipſo iure nullum. Communis contra communem.

1 IVramentum metu extortum non eſſe ſeruandum, probat nobis tex. in c. quamuis pactum, de pact. lib. 6. & in c. licet mulieres, de iureiur. & in c. cum contingat, eod. tit. Dubium tamen eſt, an iuramentum ſit ipſo iure nullum, an requirat relaxationem. Et iuramen-
2 tum eſſe nullum, tenet Franc. Curtius, nu. 13. Igneus, num. 21. in auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus venditio. Et hanc tenent communiter omnes legiſtæ, ſecundum Corneũ, ibi, col. pen. & idem teſtatur Matthæus de Afflictis, deciſ. 262. nu. 2. Menchaca, controuerſ. illuſtr. c. 25. nu. 27. Cachetanus, in deciſ. Pedem. 179. num. 16. (qui alios refert) & Boerius, deciſ. 100. num. 14. & alios refert & ſequitur Ioannes Botta, conſil. 2. nu. 11. & Decius, conſ. 379. vbi dicit eſſe magis communem opinionem, quod data enormiſſima læſione, non requiratur relaxatio iuramenti.

Contraria tamen pars (imo quod iuramentum obliget ipſo iure, & requiratur relaxatio) eſt verior, & tenenda opinio, & hanc probat text. in l. ſi vero, & in c. verum, de iureiur. quamuis Curtius, ſupra, dicat non eſſe text. qui hoc probet. Et hanc ſententiã tenet glo. cum ab ea relatis, in d. c. quamuis pactũ, & ibi Archidiaconus, Ioan. Andreas, Ioãnes Monachus, Dominicus, & Georgius, quam ſequitur Matth. de Afflict. deciſio. 322. nu. 9. & Rolandus, conſ. 59. nu. 27. lib. 1. & Pinelus, in l. 2. de reſcindenda, 3. p. c. 1. nu. 8. & quod ita ſeruetur in practica docet Gutierrez, in auth. ſacramenta puberum, nu. 96. col. 2. C. de reſcindenda, & illam dixit cõem canoniſtarum, & theologorum, Fortunius, de vltimo fine, illatione 22. in princ. & illam tenet gloſ. in c. Abbas, quod metus cauſa, quam communiter ſequuntur doctores, ſecũdum Antonium de Petra, in l. 1. nu. 279. ff. de iureiuran. & hanc partem dixit communem Abb. col. 2. Alciatus, num. 15. in d. c. cum contingat, dixit etiam communem Couarr. in 4. decret. 2. par. cap. 3. §. 5. num. 2. & lib. 1. variarum. c. 7. & 8. & Molina, lib. 2. de Hiſpanorum primogen. c. 1. nu. 13. qui dicit, quod contrarium ſeruatur in practica; quod in hoc caſu non ſit neceſſaria relaxatio iuramenti. Sed contrarium verius eſt, etiam ſi contractus ſit nullus, & dolus adſit in læſione, vt reſoluit Gutierrez, ſup. cuius opinio verior eſt; quam intellige proce-
3 dere, etiam ſi metus eſſet detectus, & probatus, ſecundum Matthæum de Afflict. vbi ſupra, nu. 4. & hæc opinio erit etiam ſeruanda de iure ciuili, ſecundum Cor-
4 neum, vbi ſupra. Et ratio eſt, quia contractus per metum celebratus, eſt mero iure validus, text. in l. ſi mulier, §. ſi metu coactus, ff. de acquir. hered. ibi, *Si metu coactus adiero hereditatem, puto me heredem fore. Quia quamuis ſi liberum eſſet, noluiſſem, tamen coactus volui, ſed per prætorẽ abſtinendus ſum.* l. 29. tit. 11. p. 3. quod
5 tamen limita, quando contractus eſſet nullus, & iuramentum metu ad eius validitatem interponeretur, vt tenet Couar. vbi ſupra, plures allegãdo: quãuis in hoc contrarium teneat Abb. Alciatus, & Peruſinus, quos ipſe citat. & vltra eum Felin. in c. 2. nu. 35. de ſponſal. commendans ſententiam Abbatis, cum quo etiam tenet idem Felin. in c. 2. nu. 2. & in c. ſi vero, col. fi. ner. hanc concluſionẽ, de iureiur. & Hippolytus. in l. pen. nu. 69. ff. de quæſtio. & diximus, in quæſt. 502. ex quibus videbatur poſſe ſuſtineri Cardinalis opinio, in c.
6 Abbas, de ſponſal. qui dicit, matrimonium quocunq; metu contractum, eſſe verum matrimonium, licet reſcindatur ab eccleſia, ex eo, quia geſta per metũ ſunt ipſo iure ualida, ut in d. l. ſi mulier, §. ſi metu. Sed ſalua illius pace, illa opinio non eſt uera, ſed omnino fal-
7 ſa: quia in matrimonio contrahendo requiritur libera uoluntas, c. gemma, c. cũ locũ, de ſponſ. c. ſufficiat, 27. q. 2. & deficiente conſenſu ceſſat, matrimoniũ, prout
8 ceſſat interueniente metu mortis, ſtupri, vel carceris, vel grauis infamiæ, vt in c. cum dilecti, de his, quæ vi metusve cauſa fiunt, c. veniens, el 1. & 2. de ſpõſalib. Et tale matrimonium eſſe nullũ iure poſitiuo, & iure diuino, & naturali, tenet Veracruz, in ſpeculo coniugiorum, art. 8. fol. 49. litera A. quam opinionẽ ſequitur Menchaca, ſupra, & dicit cõem Couar. loco citato, & Crauetta, conſ. 253. nu. 1. & Cachetanus, deciſ.

179.

170.nu.18. Alciat.conſ.162.nu.9. Menoch. conſ. 21. num.169. & aſſignat rationem Bursa. ſup.nu.13. & ita tenendum & iudicandum eſt, vt etiam tenet Alexander Carrerius, de ſponſalibus,c.9. vbi aſſignat rationem differentiæ quare metus annullet matrimonium ipſo iure, non vero alios contractus. Quæ opinio procedit etiam hodie, licet præſumptus conſenſus ex mutua cohabitatione intercedat, quia non reconualeſcit matrimonium, ex tex. in cap.1. ſeſſ.24. de reformat. per quem tex. præſumptus cõſenſus ex mutua cohabitatione non ſufficit, nec purgat metum, vt tradit Spino, in ſpeculo teſta.gl.15.princ.nu.61. quẽ ſequitur Zenedo, ad decretales.2.part. collectan.93. nu.5. & Gutier.lib.1. canonicar.c.18.nu.7. Vnde cũ certiſſimũ ſit, quod metus, & coactio, excludant conſenſum, admoneo iudices eccleſiaſticos, vt contra vo-
9 luntatem contrahentes non compellant, coactione præciſa, ad contrahendum matrimonium (licet verba de contrahendo præceſſerint) quia poteſt contingere, quod ſponſus lite moleſtatus, vel coactionis formidine, matrimonium inuitus contrahat, & ſic, præbeat anſam contrahendi matrimonia nulla, & qd deinde oriantur difficiles exitus, quod excludit text. in c.requiſiuit, 17. de ſponſalibus. ibi, *Monenda eſt potius quam cogenda, cum coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere*, quem tex. ita intelligit Ferretus conſ.171. amplians etiam ſi iuramentum de contrahendo interueniat, qui reſpondet ad contrarietatem
10 tex. in c.ex literis, eod. tit. & Couar. in 4. decretalium. 1.part.c.4.nu.5. Sarmiento, lib.1. ſelectar.ca.5. nu.5. Veracruz, in ſpeculo coniugiorum. 3.par.art.2. in append. in 1.notabili, & Segura de Aualos, in directorio iudicum eccleſiaſticorum.2.par.c.15.num.6. contra Gutierrez, de iuramento confir. 1.par.c.15. num.
11 4. qui tenet, ſponſos eſſe præciſe compellendos: quod verum non eſt, ex mente tex. in d. c.requiſiuit, & melius enim eſſet, vt neque præciſe, nec cauſatiue compellerentur, ſi conſtiterit de contraria voluntate, diſſentiendo contrahere ſimilia matrimonia, & Dominicus de Soto, in quarto ſententiarum, diſt.27.q.2.art.
12 1. in fi. verſ. ad ſecundum, qui tenet, quod in foro exteriori, non eſt aliquis compellendus ad contrahendum, per tex. in c.præterea, de ſponſalibus, quem tex. bene intelligit Veracruz, ſupra, ar.21. per totum, qui
13 recollegit 17. modos, per quos diſſoluuntur ſponſalia de futuro, & alias cauſas tradit Greg. in l.7. titu.1. par.4. verb. *recuſatio*, & Matienço, in tub. de matri. gl. 1.n.43. Angles, in ſumma, de eſſentialibus matrimonij, fol.290. Moccius, de contractib. c. de ſponſalib. fol.196. verſ. pro declaratione, qui etiam ſequitur opinionem Soti, vbi ſupra. Nec prædictis aliquid obſtat
14 tex. in d.c.ex literis, quia ille tex. nõ loquitur indiſtincte, & generaliter, ſed cauſatiue, vt clare inſinuant verba illius tex. ibi, *Compellas vt ipſam in vxorẽ recipiat, & maritali affectione, pertractet, niſi rationabilis cauſa obſtiterit.* Cui deciſioni conſonat l.7.tit.1.par.4. ibi, *A premiar pueden los Obiſpos, o a quello che tienen ſus lugares, a los deſpoſados, que cũplan el caſamiento, eſto es, quando el vno de los deſpoſados quiere de partir el caſamiento, y el otro lo quiere cumplir: fueras ende ſi alguno dellos puſi eſſe ante ſi excuſation a tal que deuieſſe valer.* & ſic ex illis iuribus clare manifeſtatur, quod propter rationabilem cauſam debet iudex a compulſione ceſſare, & hæ cauſæ illius arbitrio relinquuntur, & in caſu dubio tam in procedendo, quam in definiendo debet ab hac compulſione deſiſtere: maxime ſi grauia fuerit ſponſi, vel ſponſæ pertinacia diu exiſtentis in excommunicatione, ac alias cenſuræ eccleſiaſticæ cõ-
19 temnantur, cum excommunicatio debeat eſſe medicinalis, & non mortalis, vt traditur, in c.1. de ſentent. excommun. lib.6. vel aliter (& melius) poteſt tex. ille intelligi in d.c.ex literis, vt tãtum procedat & loquatur reſpectu viri, recuſantis matrimonium contrahere poſtquam ſponſalia præceſſerunt, ad quod præciſe eſt compellendus, vt in illo tex. diſponitur. At vero contrarium deciditur in d.c.requiſiuit, vbi ceſſat cõpulſio, quia, loquitur reſpectu fœminæ: & ſic reſoluit Romanus Pontifex, quod magis eſt monenda, quam cogenda: quia reſpectu illius nullam iniuriam, nec aliquod damnum ſponſus patiatur, prout in feminis contingit, viris reluctantibus ſponſalia contrahere. Qui intellectus veriſſimus eſt, & pro eo fuit in curia Romana iudicatum, quod quidem nõ innouatur per
16 ſacrum Concilium Tridentinum, in c.1. ſeſ.24. de reformatione, & ornatu huius quæſtionis, referre libuit aliqua dubia, quę ſępe occurrunt circa intellectum & interpretationem illius tex. & quæ in varijs locis, &
17 apud varios doctores ſcripta ſunt: nam licet Concilij interpretatio ad Pontificem maximum ſpectet, & ad illuſtriſſimos Cardinales illius vicem gerentes, vt tradit Ant. Cuchus, lib.2. inſt. mai. tit.3. de Concil. œcumen. nu.60. quia hi demum interpretari canones poſſunt, qui condendi auctoritatem habent. l.fin. C. de legib. l. in prætorijs. ff. de præt. ſtip. c.cum veniſſent, vbi glo. ver. iudicari, de iudicijs. l.4.tit.33.par.6. l.4.tit.4. lib.1.ord. tamẽ interpretationem, & declarationem, quam alij dederunt, prohibitum nõ eſt referre, vt docet ipſe Cuchus, ſup. lib.5.tit.11. de ſacram. matrim. nu.87. verſ. & quamquam, ob idque pluſquam centũ & viginti dubia, quæ ex deciſione Concilij Tridentini, in d.c.1. oriũtur referam, prout ab ſcriptoribus diuerſis, & nouioribus tradita ſunt.

19 Dubium primum oritur, vtrum per illum tex. corrigatur hodie deciſio tex. in c.ad id, de ſponſalib. vbi probatur, matrimon. metu cõtractum per ſpontaneã contrahentium cohabitationem conualeſcere, vt tradit gl. per tex. ibi in c.conſultationi, de ſpõſalib. Quã dubitationem affirmatiue reſoluit Spino, in ſpeculo teſtamentorum, gloſ.15. prin. nu.59. cum ſequentib. & Nauar. in manuali lat. c.22. nu.66. Soto in 4. diſt. 28.q.1.art.2. & Maſchardus vol.2. de prob. concluſ. 1032.nu.7. Gutierrez, lib.1. canonicarũ quæſt. c.18. nu.7. Didacus Perez, in l.1. titu.1. lib.5. ord. pag.41. verſ.5. Menochius lib.3. de præſump. præſumptione 1.num.20. & 99. contrarium tamen conatur defendere Ledeſma. de matri. quæſt.47.art.4. pag.223. verſ. ſie. vltima difficultas.

20 Secundo dubitatur vtrum per illum tex. corrigatur deciſio tex. in c.18. qui fidẽ, c.veniens, el 2.c.cõſultationi, de ſponſalib. c.1. de deſpõſatio. impuberum, quibus probatur, ſponſalia de futuro per copulam effici matrimonium de præſenti, & corrigi reſoluunt plurimi. Didac. Perez, in l.1.tit.1.lib.5.ord. pag.41. in prin. Segura, in directorio iudicum eccleſiaſtic. 2. par.c.15.nu.43. in princ. qui atteſtatur, de declaratione illuſtriſſimorum Cardinalium, qui præſunt declarationi

tationi, & interpretationi ſacroſancti Concilij Trid.
de qua etiam teſtes ſunt locupletiſſ. Salzedo, ad prac.
Bernardi Diaz, c. 73. additio. 2. verſ. & memoria qui-
dam teneo, & Maſcard. in proœmio tracta. de probat.
vol. 1. quæſt. 10. nu. 7. Azeuedo, in l. 1. tit. 1. lib. 5. reco
pil. num. 6. & Matienço, in ſub. nu. 43. tit. 1. lib. 5. reco
pil. à num. 53. Guchus, lib. 5. inſtit. tit. 11. nu. 104. &
105. & nouiſſime Tho. Triuiſanus, in deciſ. ſuis, lib.
1. deciſ. 20. per totam, Spino, in ſpeculo teſtamen. glo.
15. princ. nu. 55. cum ſequentib. Nauat. conſi. 38. n. 2.
& 4. tit. de ſponſalib. lib. 4. qui omnes atteſtantur de
dicta declaratione illuſtriſs. Card. & eam refert Ioan.
Gutierr. in can. quæſtio. c. 18. nu. 4. & idem tenet ipſe,
in tract. de iuramento confirmatorio, 1. p. c. 51. à nu.
12. Ioan. Petrus Bimius, conſi. 62. nu. 35. qui alios al-
legat, Veracruz, in appendice ad ſpeculum, quæſt. 9.
col. fi. pag. 45. Cordoua, in ſumma de romance. q. 52.
Nauar. in Manua. latino, c. 25. nu. 144. Menoc. lib. 3.
præſumptionum, præſumpt. 1. nu. 99. Ledeſma, de ma
trimo. quæſt. 45. art. 5. dubio 4. verſic. aduerte tamen,
vbi refert declarationem, & Nauarr. in Manua. lati. c.
25. num. 144.

Tertio, vtrum etiam corrigatur tex. in c. tuas, de cō
21 ditio. appoſi. vbi ſponſalia contracta ſub conditione
honeſta per ſubſequentem copulam, fiunt pura, & ve
rum matrimonium, affirmatiue reſoluit Didacus Pe-
rez, in l. 1. tit. 1. lib. 5. ord. pag. 41. verſ. 2. Menoc. lib.
3. de præſumpt. præſumpt. 1. nu. 14. 80. & 99. & vide
Matienςum, in rubr. nu. 63. tit. 1. lib. 5. recopil.

Quarto, vtrum etiam corrigatur text. in c. 1. §. 1. de
22 deſponſatio. impub. lib. 6. (cum ſimilib.) vbi matrimo
nium contractum inter impuberes, poſtea legitima ſu
perueniente ætate, per copulam, munera, oſculum, am
plexus, & alia ſigna, conſenſum exprimentia, effici-
tur matrimonium de præſenti, & validum, & quod
per illum text. corrigatur, reſoluit Didacus Perez, in
l. 1. titu. 1. lib. 5. ord. pag. 41. verſ. 6. & Menoch. lib. 3.
præſumptio. præſumpt. 1. nu. 53. & 99. Spino, in ſpe-
culo teſtamentor. gl. 15. princ. num. 61. Matienςo, in
rubr. tit. 1. lib. 5. recop. gloſ. 1. à num. 57. & vtrū quan
do hoc caſu, & ante ætatem fuit contractum corā pa-
rocho & teſtibus, & ſeruata ſolennitate Concilij, po
ſtea adueniente ætate, ſufficiat ſecrete ratificare dictis
modis, vel expreſſe, vel ſit præciſe neceſſarium iterū
contrahere, ſeruata & repetita dicta forma, Gutierrez,
de iuramen. confirmat. 1. par. c. 51. nu. 18. tenet, quod
ſufficiat ſecrete ratificare. Contrariū tenet Matienςo,
vbi ſup. proxime, & ipſe Gutierr. (palinodiam cātan-
do) in cano. quæſt. c. 18. per totum, & in alia impreſſio
ne anni 1586. d. tract. de iuramen. confirm. ad finem
operis, idem dixit & tenet, & quod ſit præciſe neceſſa
rium, adueniente legitima ætate ratificare matrimo-
nium coram parocho & teſtibus, & cum ſolennitate
Concilij.

Quinto dubitatur, vtrum ille qui ſeruata ſolēnita
23 te huius tex. contraxit cum quadā muliere, cuius vir
dicebatur mortuus, & præmiſſa mortis informatione,
& cum licentia ordinarij, veniens poſtea primus vir,
& petens, & accipiēs vxorem ſuam, vere mortuus eſt,
& ſecundus & ipſa volunt ad ſuum matrimonium re
dire, debeant neceſſe coram parocho & teſtibus, ſe-
cundum formā huius tex. iterum contrahere, vel ſuffi
ciat prima ſolennitas & contractus. Late diſputat Di-
dac. Perez, in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin. pag. 17. verſ. circa
præmiſſa, & reſoluit eſſe neceſſariū de nouo contrahe-
re, ſecundū formam Cōcilij, & vide Matienςū, in l. 1.
rubr. tit. 1. lib. 5. recop. nu. 31. & 36. vbi idem reſoluit.
24 Dubitatur 6. vtrum hodie conſanguineus contra-
hens ſponſalia de futuro cum conſanguinea, ſequuta
copula incurrat excōmunicationem ipſo iure, de qua
in clem. vnica, de conſang. & affinit. Spino in ſpecu-
lo, gloſ. 15. princip. nu. 56. negatiue reſoluit.
25 Dubitatur 7. vtrū ceſſet & hodie opinio illa, quod
ſponſalia de futuro per traductionem ad domum effi
ciantur de præſenti, Spino in ſpeculo, gl. 15. princ. nu.
65. & Didac. Perez, in l. 1. tit. 1. li. 5. pag. 41. verſ. 4. &
Menoch. d. præſumpt. 1. nu. 55. & 99. ceſſare tenent.
Et quid ſi traducat ſponſus ſponſam ad domum, co-
ram parocho & teſtibus, ingerendo ſe actis nuptiali-
bus & matrimonialibus, vtrum ſit verum matrimo-
nium, etiam hodie, attento ſancto Cōcilio. Spino vbi
ſup. num. 66. tenet quod ſic.
26 Dubitatur 8. vtrum etiam ceſſet hodie communis
illa opinio, quod ſi quis promittit ſe ducturum vnam
ex tribus, certam igitur de incertis, & poſtea ſe carna-
liter immiſceat cum vna illarum, præſumatur & cenſea
tur cum illa verum matrimonium contrahere, Dida-
cus Perez, d. l. 1. pag. 41. verſ. 3. & Menoch. d. præſum
ptio. 1. num. 13. & 99. tenent quod ceſſat.
27 Nono dubitatur, vtrū ceſſet cōis illa opinio, quod
contrahentes in gradu prohibito, ſi poſtea ſublato im
pedimento ſimul cohabitant, ſcientes eſſe ſublatum,
conualeſcit matrimonium. Didacus Perez, l. 1. tit. 1.
28 lib. 5. pag. 41. verſ. 7. dicit quod ceſſat. Et in genere,
quod omnia matrimonia præſumpta ſint hodie per
Conciliū ſublata, tenet Menoch. d. præſump. 1. nu. 99.
Maſcard. d. concl. 1032. nu. 7. & alij, & Nauar. in ma-
nuali lati. c. 25. num. 144. Matienςo, in rubr. tit. 1. lib.
5. recopil. num. 36. Nauar. in c. ſtatuimus, num. 75. &
76. 19. q. 3. Cuchus, lib. 5. inſt. tit. 11. num. 165. & di-
ximus ſup. num. 8. in fine.

Dubitatur 10. vtrum quū prius matrimonium fuit
contractum in facie eccleſiæ, & cum ſolennitate hu-
ius text. fuit tamen nullum propter impedimentū oc-
cultum, quod ignorabant contrahentes tēpore con-
tractus, impetrata poſtea diſpenſatione, poſſit de no-
uo ſecrete contrahi abſque parocho & teſtibus, vel ſit
etiam neceſſarium iterum ſolenniter, & ſecundū for-
mam Concilij contrahere. Couarr. in 4. 2. par. ca. 6. in
princi. num. 8. verſ. ex quibus, Soto, in 4. diſt. 28. q. 1.
art. 2. verſ. tertia cōcluſio. Nauar. in manua. lati. c. 22.
nu. 70. dicit, quod ita fuit declaratū à Pio V. & quod
frequenter pœnitentiaria in declaratione vtitur, & af-
firmatiue reſoluunt, ſufficere ſecrete contrahere, &
abſq; forma Concilij.

Contrarium, & negatiue, tenet Spino in ſpeculo te
ſtamen. gloſ. 15. princ. nu. 62. Ioann. Gutier. in cano.
quæſt. c. 18. nu. 3. & 8, (qui videantur,) & Cordubam,
in ſumma de romance. q. 51. Gutier. de iuram. confir.
1. p. c. 51. nu. 21. & 24. Nauar. in manu. lati. c. 16. nu.
17. in princ. Ludouicus Lopez, in inſtruct. conſcien-
tiæ, 1. p. c. 85. verſ. auctore autem, & c. 86. verſ. primo
etiam, Matienςo, in l. 1. tit. 1. lib. 5. recop. gloſ. 1. n. 3.
in fi. Veracruz, in appendice ad ſpeculum, dub. 10. ex
pag. 45. Segura, in directorio iud. eccleſiaſt. 2. p. c. 15.
à num. 39. Pedraza, in ſumma, in 3. præcepto decalo-

gi.

gi,fol.30.verſ.12.ſi caſa,ibi,verdad es.Zenedo,in collectaneis ad decretales,collectaneo 58.num.4.& vide Matiençum, in rub.gloſ.1.nu.3 n.63.64.& 65. tit.1. lib.5.recop.qui idem tenet.Ledeſma,de matrimonio, quæſt.45.art.5.fol.194.& 195. verſic.aliud dubium, tenet ſufficere, quod fiat ſecrete, & atteſtatur ita eſſe declaratum ab illuſtriſs.Cardin.Cuchus, lib.5.inſtit. tit.11.num.65.refert contrarias opiniones, & in fine iſtam amplectitur.

29 Vndecimo,ibi, *Rata & vera eſſe matrimonia*, *&c.* vt in c.1.& 2.de clandeſt.deſponſ.c.ſufficiat,27.q.2. c.illud,30.quæſt.5.l.2.tit.3.par.4.Concil.Colonienſe,de matrimonio,c.de ritibus, Concil.Floren.§ 7.de ſacramen.Patiſ.con.53.num.1. & conſi.54.nu.5.lib. 4. Boerius,q.107. Cæphalus,conſil.286.nu.16. Maſcard.de probat.vol.2.concl.1026.nu.11.Abb. & omnes,in c.j.de cland.deſponſatione. S.Thom.in 4.diſt. 28.ar.3.Decius,conſ.163.num.3. & conſ.231.nu.6. Couar.in 4.2.par.c.6.in princ.num.7. Renatus Copinus,de ſacra politia forenſi,lib.2.tit.7.num.7. in margine,Cuchus,lib.3.inſtitutionum iuris cano.tit.8.verſi. nolim tamẽ,Paleotus,in tract. de nothis & ſpurijs, c.5.ex num.5.verſ.propterea,& c.19. num.5.verſic. quoniam tamen,Vitoria, de ſacram.matrim.nu.266. in princ.Matienço,in l.1.tit.1.lib.5.recopil.glo.1.ex num.4.& ibi Azeuedo,nu.45. Menoch.in conſ.199. nu.57.volum.2.latiſſime Gutierr. lib.2.pract.quæſt. quæſt.4.num.2.

30 Duodecimo,ibi,*Quique falſo affirmant*,*&c.* hi ſunt inter alios Caſſaneus,in Catalogo gloriæ mundi.12. part.conſid.36.Oldendorpius, in 4.claſſe actionum, actio.a 6.Corraſius,lib.j.miſcella.c.17.à num.6. & in l.qui liberos,ff.de ritu nuptiar.num.54.& lib.2. epiſtolarum,epiſt.29. Duarenus,ad tractatum, ſolu.matrimo.in præfatio.2.in qua agit,quomodo nuptię contrahantur,Gentianus Heruetus,in oratione,quam de clandeſtinis matrimonijs habuit in Concil. Trident. Molineus,ad Alex.in conſ.97.lib.1. Eraſmus,lib.de matrimonio Chriſtiano, paulo poſt princi. & Molin. ad Decium,in ca.cum eccleſia ſanctæ Mariæ, ſup.nu. 36.de conſtitut.& in conſ.231.nihilominus ſanctiſſime à ſacroſancto Concilio dicta opinio damnatur, & ante eum contraria magis communis verior & receptiſſima erat, vt eſt videre apud Anton.Gubertũ, lib. 1.quæſt.iuris,c.12.Antoninm Contium, in commentarijs ad edictum regis Galliarum,de clandeſt.matrimonijs.Menoch.de arbitrat.iudicum cauſis,lib.2.caſu 453.nu.8. vbi plures adducit, Baeçam,de non meliorandis dotis cauſa filiabus,c.18.à nu.7. Didacũ Perez,in l.1.tit.1.lib.5.ord.noui. pag.3. verſ.conſtat ẽt, Gutier.in canoni.quæſt.c.20.nu.1.& 2. & li.2.pract. c.1.per totum.idem Menoch.conſ.69.à num.20.vol. 1.optime Couarr.in 4.2.p.c.3.§.8.nu.5. Veracruz,in ſpeculo coniugiorum,art.2. verſ.ex hoc ſequitur,pag. 28.Viuius in communibus opinionibus, oppoſ.327. nu.8.Matienço,in l.2.tit.1.lib.5.recop.glo.2.

31 Dubitatur 13.vtrum leges patris, vel conſanguineorum conſenſum requirentes ad matrimoniũ,procedant hodie poſt Concilium, vel debeant referri ad honeſtatẽ,vel ad neceſſitatẽ.Vide Gutier.lib.2.pract. quæſt.q.5.per totam, Mantic.de coniect.vlt.volunta. lib.11.tit.18.num.17, Veracruz, in d.pag.28. verſ.ſi alius,Matienço,in l.2.tit.j.lib.5.recop.gl.2. nu.1.Spino,in ſpeculo teſtamen.gl.14.princ.à num.80.

32 Dubitatur 14.vtrũ ea hoc poſſint filiæ,& filii legitime a parentibus exheredari, & validę ſint leges ita diſponentes,ẽt ſi contrahant in facie eccleſiæ. Soto,in 4.diſt.29.q.1.ar.4.ex verſ.extant autem in Hiſpania, Cordoua,in ſum.quæſt.171. verſ.el ſegundo punto, Palatius Rubeus,in repetit.c.per veſtras, de donatio. inter vir.& vxor.notab.3.§.3.nu.9. & §.8.affirmatiue reſoluunt,& Azeuedo,in l.1.tit.1.lib.5.recop.nu. 53.in fi.Contrarium tenet Couar.in 4.2.par.c.3.§.8. à nu.5. Guillermus Benedic.in c.Raynutius,verſ.qui cum alia matrimonium,nu.9.de teſtam. Matienço,in l.1.tit.1.glo.4.lib.5.recop.Sarmiento,lib.1.ſelectarũ interpret.c.11.nu.8. Viuius d.oppoſ.327.nu.2.& 6. Rebuffus,reſponſio.7.verſ.ſuper ſtatuto. Salon,in 2. 2.q.5.de dominio, art.5.§.quęſtio hæc in primis, Molina lib.2.de Hiſpanorum primog.c.16.à nu.6. Pariſius,conſ.29.art.6.vol.3. Alex.conſ.97.per totũ, lib. 1.Nata,conſ.355.Matienço,in dialogo relatoris, 3.p. c.31.nu.9.Gutierrez,lib.2.pract.quæſt.q.1.à num.2. & q.3.per totã, Spino,in ſpeculo teſtam.glo.20. princip.à nu.66.Olanus,in antinom.litera P.nu.10. Nauar.in manu.lati.c.14.nu.15.& nos diximus (contra Azeuedo,)ſupr.in quæſt.5.nu.15. & quid ſi indigno nupſerint, tradit Iulius Clarus, lib.5.recep.ſenten.§. fi.quæſt.81.nu.5.Didacus Perez,in l.1.tit.1.lib.5.ordi.pag.36.col.2.ad med. Tiraq.de nobil.ca.20. num. 176.Xuarez,in l.2.tit.*de los caſamientos*,à nu.28. Molina,d.c.16.à nu.7.& Gutier.d.lib.2.quæſt.1.à nu.5. & diximus in d.quęſt.5.

nono illud.Segura,in direct.2.par.cap.15.nu.j.cum
ſequent.Maſcard.de probat.vol.j.in proœmio, q.10.
nu.71.Spino,in ſpeculo gl.15.in prin.nu.72.& à nu.
79.cum ſeq.Azeuedo,in l.j.tit.j.lib.5.nouæ recopil.
nu.11.cum ſeq. & num.16.Et verba duarum declara-
tionum refert Ledeſma de matrimon.q.45.ar.5.verſ.
eſt quartum dubium,pag.180.col.2. Vega, in ſylua
lib.6.caſu 122.Veruntamen eſt,quod Segura,vbi ſu-
pra,proxime,num.6.& 7.conatur defendere,& affir
mat,quod hodie poſt Cõcilium ſponſi de futuro ſunt
monendi, & leuiter non cogendi. Cuius contrarium
(eum reprobando)tenet,& fundat Gutier.d.c.18.ca-
nonicarum.num.10. & nos diximus & declarauimus
ſup.num.12.

124 Dubitatur 98.vtrum iudices debeant irritare ma
trimonia clandeſtina contracta contra formam præci
ſe neceſſariam huius tex.vel ea irrita & nulla declara
re. Et non debere irritari, ſed declarari irrita & nul-
la, ea declaratione illuſtriſſimi Card. reſoluit Salze-
do,d.c.73.additio.2.verſ.ex dictis ſequitur. Vide Ma
tiençum,in rub.tit.j.lib.5.recop.nu.55.

125 Ibi, *Inſuper parochum, &c.* De pœna parochi in-
tereſſentis matrimonio clandeſtino, eſt tex. in c.cum
inhibitio.§.fin.de clandeſtin.deſponſa.& vide Bern.
Diaz,in pract.crim.cano.c.73.a nu.j. & ibi eius addi
tionat.addi.2.vbi in ver.peccaret tamen, tenet,quod
peccat grauiter. Vide etiam Couar.in 4.2.par.c.6.in
prine.num.13.& l.4.tit.3.par.4. & Spino,in ſpeculo,
glo.15.nu.26.late Didacum Perez,in l.j.tit.j lib.5.or
din.pag.50.col.2.verſ.eſt & alia,& Franciſcum Mar
cum,in deciſio.delfinali.714. num.j.tom.j. Matien-
çum,in l.j.gloſ.7.tit.j.lib.5.recop.vbi latiſſime de pœ
126 nis ipſorum contrahentium. Et vtrum ſit puniẽdus
quando auctorauit matrimonium ſine denunciatio-
nibus, ignoranter tamen,cogitans præceſſiſſe. Et ad-
ditio.2.Bern.Diaz,in d. verſ.peccaret tamen, reſoluit
quod ſic, ſed tunc leuiter. Et quid in hoc vltimo ca-
ſu, in bona fide contrahentibus: ipſe ibidem, in fin.
quod non ſunt puniendi.Et idem tenet Segura,in di
recto.2.par.c.15.num.40.

127 Et vtrum per pœnam arbitrariã huius tex. ceſſent
iam pœnæ iuris communis,præcipue d.c.cum inhibi
tio.§.fi.& Salzedo,d.additio.2.verſ.8.nõ eſt,& Segu
ra d.c.15. nu.34.reſoluunt non ceſſare. Contrariũ,&
ceſſare tenet Matien.in d.l.j gl.7. num.2.in fin.

128 Dubitatur 99.vtrum parochus, & teſtes interue-
nientes in ſponſalibus clandeſtinis de futuro, debeãt
puniri ſecundum formam huius tex. & negatiue re-
ſoluunt Salzedo,in d.c.73.addit.2. verſ. nono illud,
Veracruz,in appendice,q.9.fol.4.& 113.& 117.Cor
doua in ſumma *de romance*,q.52. Ioan.Gutier.in tra-
ctatu de iuramento confirmat.j.par.c.51.nu.6.vbi at
teſtatur ita eſſe declaratum a congregatione illuſtriſſ.
Card.idem tenet Couar.in 4.2.par.d.c.6.in prin.nu.
22.& Spino,in d.gl.15.nu.84.& Azeuedo, in l.j.tit.
j.lib.5.recop.à num.10.

129 Ibi, *Nec non & ipſos contrahentes, &c.* Dubitatur
100.Si ſint laici ipſi,vel teſtes, quis erit iudex compe
tens ad punitionem illorum? Et Azeuedo,in l.j.tit.j.
lib.5.recop.nu.46. reſoluit eſſe locum præuentioni,
inter iudicem eccleſiaſticum & ſecularem. Vide eum
ibidem,num.42.verſ.ſed quanam ratione,& Gutier.
lib.2.pract.quæſt.q.2.per totam, & Menchacam,de
ſucceſſio.creat.lib.3.§.26. num.29.& Couar. in 4.2.
par.c.6.in prin.num.21.

130 Ibi, *Arbitrio ordinarij*.Dubitatur 101. Vtrum pec
cet ordinarius nõ puniẽdo tranſgreſſores, Veracruz,
in appendice,dubio 11.& Salzed.in addit.2. verſ.7.
ex his reſoluunt,quod ſic.

131 Ibi, *Hortatur, vt coniuges ante benedictionem, &c.* Dubitatur 102. Vtrum hoc ſit conſilium, vel præceptum. Nauar. in man. lati. c. 22. nu. 83. verſ. trigeſimo quinto peccat, & Lancelotus Conradus, in templo omnium iudicum, lib. 1. c. 12. nu. 21. tenet, quod eſt conſilium.

132 Dubitatur 103. vtrum conſummare matrimoniũ ante benedictionem nuptialem ſit peccatum mortale: affirmatiue reſoluunt Palud. in 4. diſtin. 28. q. 2. & multi theologi & canoniſtæ, quos refert Syluester, in ſumma, verb. debitum coniugale, q. 9. & Nauar. in manual. lati. c. 16. nu. 38. quos vide. Sed cõtrarium reſoluit & decidit Caiet. in opuſcul. in quib. quæſit. de matrim. q. 1. & Ledeſma, de magno ſacramẽto matrimonij, q. 45. art. 5. verſ. magis tamen, pag. 186. col. 2. vbi late diſputat ad vtramq; partem. Vide etiam Stephanum de Gaeta, in ſua ſolemni repetitione, in cap. ad limina ſancti Petri. 30. q. 1. §. 4. nu. 546. vol. 1. repetitio. canonicatum. Et Nauar. in d. c. 22. nu. 83. & in d. c. 16. nu. 38. & Spino, in ſpeculo teſtamentorum, glo. 15. prin. nu. 19. Matienço, in rub. num. 98. tit. 1. lib. 5. recop. Cuchus, lib. 5. inſtit. titu. 11. num. 120. Et vide optimam remiſſionem apud Zenedum, in collecta. 49. ad decretales, num. 3.

133 Dubitatur 104. vtrum tex. in c. 1. de ſecundis nuptijs, in quo diſpoſitum eſt ſecundas nuptias non eſſe benedicendas, corrigatur per hunc tex. & Menochius, de arbitrarijs, lib. 2. centur. 5. caſu 417. per totum, tenet, quod non. Vide omnino Moccium, de cõtractibus, tit. de matrimonio, col. 4. num. 9. & 10. fol. 186. Lancelotum Conradum in templo omnium iudicum, lib. 2. c. 12. nu. 21. Nauar. in manu. lat. d. c. 22. nu. 83. verſ. 35. peccat, Didacus Perez, in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordina. pagin. 11. in prin. Rebuffum, in repetitio. c. extitpandæ. §. quia vero, de præb. fol. 402. ſpeculum coniugiorum, 1. parte, art. 12. & in appendice, dubio 13. pag. 61. Matiẽço, in rub tit. 1. lib. 5. recop. n. 134.

134 Dubitatur 105. vtrum ſacerdos eas benedicẽs, ſit puniẽdus. Menoch. & Lancelotus vbi ſupra, quod ſic arbitrio iudicis, ex communi ſententia doctorum.

135 Ibi, *Quod ſi quis parochus, vel alius ſacerdos, ſiue regularis, &c.* Dubit. 106. Vtrum excommunicatio ipſo iure impoſita regulari ſolemnizãti matrimonium, vel benedicenti, ſine licentia parochi ſit ſublata per pęnã huius tex. Nauar. in conſ. 1. tit. de pęnis, lib. 5. per tot. diſputat & concludit, quod non.

136 Ibi, *Matrimonio coniungere, aut benedicere, &c.* Dubitatur 107. vtrum ad incurrendam pœnam huius text. ſufficiat alterum iſtorum facere. Salzedo, in pract. Bern. Diaz. c. 73. addit. 2. verſ. vndecimo ex dicto Concilio, affirmatiue reſoluit.

137 Ibi, *Habeat parochus librum, &c.* Vide omnino circa deciſionem huius tex. Menoch. conſ. 188. nu. 49. lib. 2. Gutier. lib. 2. pract. qq. q. 4. nu. 9. Nauar. in manua. lat. c. 22. nu. 69. verſ. quinto quod parochus.

138 Dubit. 109. vtrum ex hoc quod in dicto libro nõ reperiatur ſcriptum contractum fuiſſe tale matrimonium, probetur nõ fuiſſe contractum. Reſoluit (cum pluribus) ipſe Menoch. conſi. 199. nu. 3. lib. 2. quem omnino vide, & cogita ſuper ſua opinione. Et de omnibus alijs modis probãdi matrimoniũ, vide Maſcardum (ad ſaturitatem) in tract. de probatio. vol. 2. conclu. 1022. cum pluribus ſequent. Simonem de Pręτis, cõſ. 171. per totum, lib. 1. Menoch. de arbitrarijs, lib. 2. cent. 2. caſu 205.

139 Dubitatur 110. vtrum huiuſmodi liber ſit legalis, & faciat fidem. Citando hunc tex. reſoluit (cum pluribus & per plura) quod ſic, Caualcanus, deciſio. 12. num. 23. par. 2. facit tex. in leg. 2. ff. de auctoritate tutorum.

140 Ibi, *Sua peccata diligenter confiteantur, &c.* Dubitatur 111. Vtrum hoc ſit etiam conſilium, vel præceptum, diſputat Ledeſma, de matrimonio, lib. 42. ar. 3. verſ. difficultas autem, pag. 80. col. 2. & quæſt. 45. art. 5. pag. 184. col. 1. in fin. verſi. quarta concluſio, apud quem late videbis reſolutum.

141 Dubitatur 112. vtrum ſit peccatum mortale, cõtrahere matrimonium, vel conſummare in peccato mortali, & quæ diſpoſitio ſit neceſſaria in contrahentibus & miniſtris. Et vide Matien. in rubr. num. 135. titu. 1. lib. 5. recopil. & Cuchum lib. 5. inſtit. titu. 12. num. 32.

142 Ibi, *à die primæ publicationis, &c.* Dubitatur 113. Vtrum in terris, vbi non eſt publicatum ſanctũ Concilium, vel iam quod fuerit publicatum, non tamen fuit receptum, obſtet matrimonijs clãdeſtinis, vel iſto caſu validum ſit, ſecũdum formam iuris communis, & ſine parocho & teſtibus. & Nauar. in conſ. 53. nu. 1. tit. de ſponſalibus. & conſi. 3. nu. 1. & 10. tit. de clandeſtina deſponſatione, & lib. 4. Renatus Copinus, de ſacra politia forenſi, lib. 2. tit. 7. num. 3. & Ledeſma, de matrimonio, q. 45. ar. 5. verſ. eſt vltimum dubium, pag. 197. diſputant & reſoluunt non obſtare, & validum eſſe matrimonium, ſine parocho & teſtibus, idẽ tenet Vega, in Sylua, caſu 161. lib. 3. & vide de hoc ipſum Nauat. in conſ. 1. tit. de conſtitutio. q. 3. 4. & 5. & 6. & 7. & quaſi per totum conſilium, lib. 1. vbi latiſſime inuenies per plures quæſtiones diſputatũ, circa obſeruantiã, validitatem, promulgationem, receptionem, & obligationem, ſacroſancti & œcumenici Concil. Triden.

143 Sed quid erit in illis, qui ex partibus regni, & locis vbi fuit publicatum, vel receptum Concilium, vadunt ad partes regna & vbi non fuit publicatũ, vel nõ eſt receptum. De quo vide Ledeſmam, vbi ſupra, proxime, verb. tota autem difficultas, vbi diſtinguit tres caſus, vt ibi per eum.

144 Dubitatur 115. Vtrũ dicatur proprius parochus, in caſu huius text. non ſolum ille in cuius parochia mulier habet domicilium, ſed etiam vbi habitat ex aliqua cauſa, vt in domo vel monaſterio aliquo, cauſa ibi commorandi donec mariteiur, vel cauſa addiſcendi virtutes, famulandi, aut per aliquod temporis ſpatium aliquid ibi faciendi. Et in viro, quando eſt ſcholaris, doctor, miles, mercator, vel officialis, & q d ſimile; & ſtatim non ſunt receſſuri, Caualca. dec. 12. nu. 22. verſ. & aduertendum. 2. p. quod ſic. Secus tamen ſi ſtatim ſunt reuerſuri, vt aduenæ euntes ad nũdinas, ad mercatum, ad domum parẽtum, ad villam, vt ibi per eum, & nos etiam diximus in quæſt. 458. num. 35.

145 Dubit. 116. An poſt Concilium poſſit contrahi matrimonium, per procuratorem. Cuchus, lib. 5. inſt. tit. 11. nu 35. quod ſic, & nos reſoluimus in quæſtione 406. num. fin. vbi reprobamus opinionem Ledeſmæ.

Digitized by Google

146 Ibi, *omnino*, id eſt, ipſo iure. Vide abunde ſatis de hoc Matiençum, io rubrica, tit. 1. li. 5. recop. num. 55. qui interpretatur hanc dictionem in terminis ipſius Concilij, & vide de huius dictionis mille priuilegijs, & ſignificantibus, Rebuffum in l. pecuniæ. 178. (per totaio.) ff. de verborum ſignificatio. in pag. 810. & eſt tex. in l. fin. C. locaio. vbi gloſſ. verb. cadat, & Antonius Gomez. 3. tom. var. c. 2. à num. 4. col. 2.

147 Dubitatur 118. Vtrum benedictio ſacerdotalis in templo dari debeat, à parocho viri vel mulieris. Paulus Fuſcus, de viſitat. lib. 2. cap. 3. num. 21. Caualcanus, 2. p. deciſ. 12. ex num. 21. refert congregationem Cardinalium ſub Pio V. declaraſſe, requiri parochum mulieris, & non viri, quod declarat Zeoedo 2. par. ad decret. collectaneo. 81. num. 8.

148 Dubitatur 119. qualiter impedimentum matrimonij probetor, an per famam, vel per vnum teſtem, tradit Menochius, de arb. caſu 243. Nauarr. in c. ſacerdos, num. 27. de pœn. diſt. 6. & in manuali. c. 22. nu. 83. & Maſcard. vol. 2. prob. concl. 1031. ex no. 2. Gutiertez, lib. 1. canon. c. 11. num. 28. Zenedo, ſupra.

Ibi, *Pro decretis Concilij*; vbi dicitur quod epiſcopus, procedat tanquam delegatus ſedis Apoſtolicæ, *vi* de Zenedum. 2. par. collect. 157. num. 1.

149 Dubitatur 120. vtrum filius natus ex matrimonio cootracto ioter conſanguineos, ignorantes impedimẽtum conſanguioitatis, ſit legitimus hæres parentibus, quando publicationes Concilij Tridentini fuerunt omiſſæ. & partem negatiuam reſoluit Guilleo. de Ceruantes, in l. 6. Tauri, num. 21. & 22. qui ſic iotelligit d. c. 1. Concilij, quod quidem de iure communi erat ſancitum in c. cum inhibitio, §. ſi quis, de clandeſtioa deſpóſ. & in l. 2. tit. 15. p. 4. Et nos diximus io q. 697. nom. 8. quæ omnia ſunt menti tenenda, quia alibi ita declarata, & in vno codice congeſta, & expedita, non inuenies, & idcirco quia quotidianæ & vtilia ſont, & ad ſaluberrimum dicti Concilij decretum coocernentia, ſingulis dicti tex. verbis omnia dubia decerpendo, volui hic inſerre.

S V M M A R I V M.

1 *L. 29. tit. 1. p. 3. inducitur pro prima opinione.*
2 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
3 *Iuramentum metu extortum non obligat.*
4 *L. 28. tit. 11. p. 5. adducitur pro hac opinione.*
5 *Intellectus ad c. verum, de iureiur.*
6 *Reſolutio quæſtionis traditur remiſſiue.*

QVÆSTIO DCV.

Vtrum veniens contra iuramentum, metu extortum, ante relationem, peccet mortaliter. Communis contra communem.

PReterea pro confirmatione quæſtionis præcedentis facit, quia venieos contra iuramentum metu extortum, ante relaxationem, peccat mortaliter. Ita tenet ſanctus Thomas. 2. 2. quæſt. 98. art. 3. & alios plures refert Couarr. dicens communem in ca. quamuis pactum, 3. p. §. 4. num. 3. & in 2. p. c. 3. §. 5. de pact. in 6. & io lib. 1. variarum. cap. 4. num. 7. & hanc dicit
2 communiorem, & veriorem Gutierrez, de iuramento confirmato. 1. p. c. 57. num. 19. & 20. pro qua opinione adduci poteſt lex 29. titul. 11. p. 3. ibi, *maguer liga que lo fizo por fuerça*. Et ſic conſtat valere contractum & iuramentum, & per conſequens peccare mortaliter venientes cootra eum, abſque relaxatione.

2 Sed contrariam opinionem (imo quod non peccet mortaliter) tenet gloſſ. Auchar. & Abb. (per tex. ibi) in cap. verum, de iureiurando, gloſſ. in cap. auctoritatem. 15. quæſtione 6. & Fortunius, de vltimo fine, illatione 22. col. 7. verſ. verum. & eſt communis opinio ſecundum Imolam, in d. l. verum. dicit tamen Couarr. io d. §. num. 4. quod opinio illius gloſſ. non eſt communis, neque tenenda, neque conſulenda, vt defendit etiam Ioan. Gutierrez, ſupra, dicens, quod prima opinio ſit verior, & in animæ iudicio ſecurior, quam ſequitur Matthæus de Afflictis, deciſione 263. num. 2. & 322. num. 6. & 393. num. 11. Nauarr. in c. acceptam. num. 11. de reſtitutione ſpoliatorum, Gregorius, verb. *Iurando*, in l. 28. tit. 11. p. 3. qui bene loquitur, à qua opinione recedendum non eſt in iudicando & conſulendo. Eſt tameo aduertẽdũ, quod duę limitationes, ex ſex, quas Felinus tradit, in d. c. ſi vero, ad communem ſupra traditam, ſcilicet, quod iuramẽtum metu extortum obliget, & quod non requirat relaxationem, ſuſtineri non poſſunt, ex traditis in principio huius quæſtionis, & in fine præcedentis, & ad tex. in d. c. verum, reſponde ſecundum ſanctum Thomam & Gutierrez, ſupra. Et quod iuramentum metu vel vi extortum, non obliget, videntur inſinuare verba legis. 28. tit. 11. part. 5. ibi, *por miedo por fuerça, o por enganno, prometiendo vn hombre à otro de dar o de fazer alguna coſa maguer ſe obligue ſo cierta pena, iurando, dezimos que no es tenudo de cumplir lo que prometio, ni de pagar la pena*, vbi Greg. verb. *jurando*, aſſignat intellectum & concordiam inter illam legem, cum l. 29. tit. 11. p. 3. & dicit vlterius Caietanus, ſup.
5 2. 2. quæſtione 89. art. 7. verſ. ſed hic grauiter, quod verba tex. in d. c. verum, de iureiurando. ſi recte inſpiciantur, potius probant tráſgreſſorem iuramenti (quá uis meticuloſi,) peccare mortaliter. Et ad tex. in authent. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus venditionem (in quo nititur communis opinio legiſtarum) reſpondit eleganter Corneus, ibi, col. penult. & melius Fortunius, dicta illatione 22. in verſ. ſexto infero, vbi reprobat limitationes traditas per Felinũ. Io vero diſtingoe, & reſolue quæſtionem cum Gregorio ibi, vbi doctiſſime loquitur, & proſequitur hanc quæſtionẽ.

S V M M A R I V M.

1 *Filius legitimatus per ſubſequens matrimonium, reputatur legitimus quo ad omnia.*
2 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, in nihilo differt à filio legitimo.*
3 *Monſtroſum eſſet, quod filius legitimatus aliquando ſit naturalis tantum, aliquando legitimus, & naturalis ſimul.*
4 *Fictio inductiua non cadit in his quæ iuris ſunt, ſecus eſt in fictione translatiua.*
5 *Reuerſus poſtliminio excludit ſecundo genitos.*
6 *Legitimatio retrotrahitur ad tempus natiuitatis quoad omnes effectus.*
7 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, poteſt ad ſacros*

eros ordines promoueri.

8 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, poteſt ad dignitates & epiſcopatum promoueri, abſque diſpenſatione.*

9 *c. 1. ſeſſ. 22. Concilij Tridentini, declaratur.*

10 *Conceſſa in ſpiritualibus, cenſentur multo magis conceſſa in temporalibus.*

11 *Lex quæ inducit aliquem actum fictum, dat illi omnes qualitates, quæ reſultarent ex actu vero.*

12 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium, eſt plenior et efficacior quacunque alia.*

13 *Lex, ſi vnquam, procedit in filio legitimato per ſubſequens matrimonium.*

14 *Maioratus ad filium maiorem primogenitum debet pertinere.*

15 *Proximitas debet conſiderari tempore ſucceſſionis, non vero tempore natiuitatis.*

16 *Qualitas adiuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi.*

17 *Viuente patre non datur ſucceſſio, neque conſideratur proximitas.*

18 *Lex 1. tit. 13. p. 4. declaratur.*

19 *Filius legitimatus per ſubſequens matrimonium, eſt vere legitimus per legem partitæ.*

20 *Diſpoſitio legis, & diſpoſitio teſtatoris, differunt.*

21 *Conceſſio feudalis facta alicui pro ſe, & filys ſuis, procedit in filio legitimato per ſubſequens matrimonium.*

22 *Legitimatio imitatur naturam.*

23 *c. tanta, qui filij ſint legit. declaratur.*

24 *Filius legitimatus maior natu, ſi concurrat cum filio legitimo, & vterque procedant ab eadem matre, præfertur in maioria omnibus.*

25 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur, & defenditur.*

26 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium, non retrotrahitur in præiudicium alterius, cui antea fuit ius quæſitum.*

27 *Fictio non debet præferri veritati.*

28 *Qualitas requiſita in aliquo tempore, ſi illud tempus tranſeat, nihil operatur.*

29 *L. quoties, C. de rei vendicatio. ponderatur pro hac opinione.*

30 *L. 1. C. de conſulib. adducitur pro hac opinione, & l. 1. & 2. de præfect. prætorio, lib. 12.*

31 *Inter habentes eandem dignitatem præfertur antiquior.*

32 *Licentiatus prius graduatus præfertur doctori, qui poſterius gradum doctoris aſſequatur.*

33 *Filius legitimus, viuente patre, habet quoddam ius ſucceſſionis in bonis maioratus.*

34 *Primogenitus dicitur filius qui prius naſcitur legitimus*

35 *Legitimatio eſt natalium reſtitutio.*

36 *Reſtitutio natalium non trahitur retro in præiudicium legitimorum.*

37 *Ratio potiſſima, propter quam filius legitimatus nō præfertur filio legitimo in maiorats, traditur.*

38 *c. ſi pro te, de reſcrip. adducitur pro hac opinione.*

39 *Filius legitimus non poteſt effici illegitimus, & per conſequens nec filius legitimatus, in præiudicium alterius.*

40 *Regreſſus non datur de priuatione ad habitum.*

41 *Initium naſcendi conſiderare debemus, vbi de natalibus quæritur.*

42 *Legitimatio eſt ordo præpoſterus, & macula eſt impreſſa origini.*

43 *Legitima natio eſt ordinata proceſſio ſecundum viam naturæ.*

44 *Ordo naturæ eſt attendendus.*

45 *Effectus non poteſt eſſe prior ſua cauſa.*

46 *Verba ſemper debent intelligi vere, & naturaliter, non ciuiliter.*

47 *Filius legitimatus non dicitur natus de legitimo matrimonio.*

48 *Conditio voluntaria debet adimpleri in forma ſpecifica.*

49 *Ratihabitio retrotrahitur, niſi actus medius abſit à coniuncto extremorum.*

50 *Verba ſunt in potentiori ſignificatu accipienda.*

51 *Legitimatio non retrotrahitur, ſi agatur de voluntate teſtatoris interpretanda.*

52 *Reſolutio quæſtionis traditur ad quæſtionem propoſitam.*

53 *Linea ſemel occupata, ſemper continuanda eſt.*

54 *Excluſus ſemel ſemper remanet excluſus.*

55 *Doctores antiquos & modernos tenentes hanc opinionem referimus.*

56 *Fundamentis contrariæ partis breuiter reſpondetur.*

QVÆSTIO DCVI.

Vtrum filius naturalis, natu maior, legitimatus per ſubſequens matrimonium, præferatur filio legitimo ſecundo loco nato. Communis contra communem.

QVæſtio præſens ita inter iuris profeſſores eſt controuerſa & difficilis, ſcabroſa, & obſcura, quod cum difficultate diſcerni poſſit, pœnam ſit communior opinio, vt refert Socinus iunior, conſilio trigeſimonono, numero 67. & conſil. 63. numero 56. volu. 3. Sed vt in tanto conflictu opinionum veritas manifeſtetur, pro vtraque parte aliqua fundamenta referam. Et in primis, ſi caſus quæſtionis contingat, quod ad ſucceſſionem maioratus (in qua vel ex conſuetudine, vel ex teſtatoris voluntate, primogenitus ſuccedit) cōcurrant ex vna parte, filius primo natus ex concubina (legitimatus tamen per ſubſequens matrimonium) & filius legitimus, ſecundo loco genitus & procreatus, quis illorum veniat admittendus. In qua quæſtione videtur dicendum, filium primo natum, & per ſubſequens matrimonium legitimatum, præferri debere ſecundo genito legitimo: quia ipſe legitimus
1 reputatur, ex tex. in c. tanta, qui filij ſint legitimi. §. aliquando, Inſtit. de nuptijs. §. quibus, Inſtit. de hereditatib. quæ ab inteſtato deferuntur. l. 1. tit. 13. l. 2. titul.
2 15. par. 4. & legitimatus in nihilo differt à legitimo, vt in authent. quibus modis naturales efficiantur legitimi. §. reliqui, ibi, *Semel eos efficientes legitimos, damus habere ſucceſſiones illas, quas habent hi qui ab initio legitimi ſunt*, & in §. illud, ibi, Nihil à legitimis filijs differentes. Secundo fulcitur iſta opinio, quia ſi legitimatio non retrotraheretur ad tempus natiuitatis, ſequeretur maximum inconueniens, quod aliquando filius legitimatus fuit naturalis tantum, & non legi-
3 timus, aliquando naturalis, & ligitimus ſimul, quod eſſet monſtroſum, cum vna eademque res non poſſit diuerſo iure cenſeri, tex. in l. eum qui ædes. ff. de vſucapionib. & notat gloſſ. in c. cum inhibitio, de clandeſt. deſponſ. & tradit Tiraq. in l. vnquam, in prin. n. 232. C. de

328

C.de reuocand. donat. Gomec.in l.12. Tauri,nu.63.
4 Et ratio fundamentalis eſt, quia licet fictio inductiua
non poſſit cadere in his quæ iuris ſunt, fictio tamen
translatiua loci habet de tempore ad tempus, in his
quæ mere iuris ſunt, vt retro quem fuiſſe in poteſta-
te patris, vel retro fuiſſe legitimum, & retro in ciuita-
te fuiſſe, qui ab hoſtibus redijt, l.retro, ff.de captiu.&
5 poſtlim.& ſic, ſicut poſtliminio reuerſus, excludit ſe-
cūdogenitum, & remotiorea, vt in l.ſi quis filio, §.ſed
ſi pater, & in l.ſi necem, §.ſi deportatus, ff.de bonis li-
bertorum, l.qui ex liberis, §.1, de honor.poſſeſ.ſecun-
6 dum tabulas: ita & eodem modo, & per legitimatio-
nem, quæ retrotrahitur ad tempus natiuitatis, & ſic
debet eſſe quoad omnes effectus, vt in l.potior, ff.qui
pot.in pig.hab.l.neceſſatio, §.quod ſi pendentes, ff.de
periculo & commodo rei venditæ. Rurſus confirma-
7 tur hæc opinio, quia legitimatus per ſubſequens ma-
trimonium, poteſt ad ſacros ordines promoueri, vt in
d.c.tanta, gloſ.in c.innotuit, de elect. gloſ.in d.c.cum
8 inhibitio, quoad epiſcopatum, & dignitates extendi-
tur, & procedit abſque aliqua pontificis diſpenſatio-
ne, vt docet glo.in d.c.cum inhibitio, vbi Antonius,
& doctores, quos refert & ſeqtur Boerius, deciſ.159.
& dicit communem opinionem Decius, in d.c.cum
in cūctis, & Cæphalus, conſ.82.nu.5.& ſequitur Co-
uar.de ſponſal.2.par.c.8.§.2.nu.24. Et obiter ſic po-
teſt intelligi text. Concilij Trid.in c.2.ſeſſ.22. quem
9 tex.declarat Flaminius, lib.8.de reſignatione benefi-
ciorum, quæſt.5.num.4.in 2.par.& ſic quod in ſpiri-
10 tualibus cōceditur, multo magis in temporalibus con
ceſſum videtur, vt in c.per venerabilem, in prin.qui fi
lij ſint legit.c.ſolitæ, de maiorit.& obed. Præterea fa-
11 cit pro hac opinione, quia quando lex, vel canon indu
cit aliquem actum fictum, loco alterius veri, intelligi
tur tribuere actui ficto, omnes qualitatea & effectua
quæ reſultarent ex actu vero: & ita probat text.in leg.
Cornelia, ff.de teſtam.vbi doctores: maxime, quia ap-
pellatione legitimi nati (etiam in materia ſtricta) ve-
nit legitimatus per ſubſequens matrimonium, ita Bu-
trius, in d.c.innotuit, vbi Abb. Decius, in c.cum in cū
ctis, de elect.num.11.& in conſi.155.Iaſ.conſi.168.
vol.4.Boerius, deciſ.159.num.5. Pariſius, conſil.13.
num.40.& in conſi.15.vol.2.Et ratio eſt, quia huiuſ-
12 modi legitimatio eſt plenior & efficacior quacunque
alia legitimatione, vt reſoluit Pariſius ſupra, conſ.13.
num.40.& 15.Vlterius confirmatur hęc ſententia, ex
traditis per Salicetum, in l.ſi totas, C.de inoffic.dona-
tionibus, vbi dicit, quod donatio quæ reuocatur, ſi do
nator ſuſceperit filios ex legitimo matrimonio, vt in
13 l.ſi vnquam, C.de reuocandis donatio.& in l.8.tit.5.
par.5.vbi Greg.habet etiam locum, ſi filij fuerint legi
timati per ſubſequena matrimonium. Ita Bald.in l.1.
C.eod.tit. Cacheranus, deciſ.121.& num.5.vbi alios
refert, quia etſi ab initio non ſint legitimi, vt in d.c.
tanta, retrotrahitur talis legitimatio per ſubſequens
matrimonium ad tempus natiuitatis, vt notāt Docto-
14 res poſt gloſ.ibi. Vlterius confirmatur hæc ſententia,
quia iura primogenituræ debet peruenire ad filiū ma-
iorem, & proximiorem, ſed iſte filius legitimatus eſt
15 maior natu, & proximior, tempore ſucceſſionis, ergo
illi debet deferri maiora. Antecedens probatur ex l.
conſanguineos, §.2.ff.de ſuis & legit.heredibus, & vt
ſciatur quis ſit proximior, inſpiciendum eſt tempus
mortis, non vero natiuitatis, l.poſt conſanguineum, §.
proximum, ff.de ſuis & legit.hered.l.1.ff.vnde legiti-
mi, §.proximus, Inſtit.de legitima agnatorum ſucceſ-
ſio.l.in fraudem, §.1.ff de his quib. vt indig.l.non in-
telligitur, §.quando, ff.de iure fiſci. Et ſic, cum tempo
re mortis patris (cui ſucceditur in maioria) filiua legiti
matua ſit maior, & tunc tēporis vere legitimus, ſequi-
tur quod ipſe, & non aliua debet ſuccedere; quia qua-
16 litas adiuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus
verbi, text.in l.in delictis, §.ſi extraneus, ff.de noxalib.
l.Titius, de militari teſtam. Vnde cum vocetur ad ma
ioriam primogenitus legitimua, debet intelligi de eo
17 qui eſt primogenitus, & legitimus tempore ſucceſſio
nis, cum viuente patre nullum ius ſit filijs quęſitum.
Vltimo facit pro hac ſnia, text.de iure regio, in d.l.1.
18 tit.13.par.4.ibi, *ſean legitimos*, quia, ſum, eſt, fui, deno
tat proprietatem & eſſentiam, gloſ.in l.mercia appel-
latione, ff.de verbor.ſignifi. & ſic legitimatus, vere &
proprie dicitur legitimus, & per illam legem patriæ
dicit Ioan. Garcia, de nobilit.gl.21.nu.62.in fi. quod
19 in Hiſpania nulla dubitatio eſt, quin filij legitimati
per ſubſequens matrimonium vere ſint legitimi: ergo
ſi ſunt vere legitimi, ſequitur quod ſint præferendi in
maioria reliquis filijs. Nec prędictis obſtabit quod di
ctę deciſiones & iura procedunt in diſpoſitione le-
gis, quaſi ſecus ſit in diſpoſitione teſtatoris (prout eſt
20 noſtræ quęſtionis explanatio) quia reſpondeo, quod
idem eſt in diſpoſitione teſtatoris, vt conſtat in cōceſ
ſione feudali facta alicui pro ſe & filijs, ex legitimo ma-
trimonio procreatis, vel legitime natis, quod idē eſt,
vt tradit Curt.iun.conſi.64. Socin.iun.conſi.77.vol.
21 3.Iſernia, in c.1.§.naturales, ſi de feudo fuer.contro-
uer.inter dom.& agnat.vbi tradit, quod ſi tenor inue
ſtituræ dicat: Inueſtio te, & deſcendentes ex corpore
tuo legitime deſcendentes; veniūt legitimati per ſub
ſequena matrimonium: quia talis legitimatus, & ma
trimonium contractum poſt natiuitatem trahitur re-
tro, vt perinde habeatur ac ſi eſſet natus legitimus. Et
illa videtur eſſe intentio Pontificis, in d.c.tanta, cum
22 legitimatio naturam imitetur, vt tradit gl in §.filiū,
in auth.quib.mod.natur.efficiantur, col.7.nec verba
23 tex. in d.c.tāta, ibi, *legitimi habeantur*, ſunt fictitio mo
do intelligenda, ſed proprie, & vere, reſpectu legiti-
mationia, quaſi dicat Pont fex, quod legitimatus per
ſubſequens matrimoniū, eſt vere legitimus. Sed quia
ex vi matrimonii cauſatur legitimitas, retrotrahitur
ad tempus natiuitatis ipſius. Quem intellectum ad il-
lum text.aſſignat Fortu.Garcia, in l.Gallus, §.& quid
ſi tantum, nu.226.ff.de lib.& poſthu.vbi amplectitur
noſtram ſententiam, quem ſequitur Couar.in 4. 2.p.
c.8.§.2.nu.26.quam opinionem tenuerunt etiā Abb.
in d.c.tanta, Alex.in §.quidam recte, nu.162. Iaſ.con
ſi.168.vol.4.quam dicit communem opinionem Prę
poſitus, in d.§.naturales, Ripa, in l.ex facto, § ſi quis
rogatus, nu.47.ff.ad Trebel.Alciat.lib.3.de verbor.ſi
gnif.num.12.vbi dicit, quod ita tenent omnes, quos
& alios refert Roland.à Valle, conſ.fi.nu.15.vol.2.&
(vltra eum, & ab eos relatos) idem tenet Guillermus
Armens, in ſua diſputatione in hac ſpecie facta, quem
retulit Ioan.Andreas, in ca.ſine culpa.1.q.2.quęſtio-
nis principalis, de reg.iur.lib 6. Ricardus Malumb.
quem refert Albericus, in l.cum quis, C.de natur.lib.
Collectaneus, in d.c.tanta, Salicet.in l.quoties, nu.9.
C.de

Digitized by Google

C.de rei vendica. Florianus, in l.in delictis,§.ſi extra-
neus,ff.de noxal. Antonius Roſelus, in tract. legitima
tionis,lib.1.col.15.verb.vltimo eſt videndum, Boet.
deciſ.159.in fi.Felin.in c.prudentiam,col.3.verſ.pri-
mogenitus,de offic.deleg.& alios refert Matienço,in
l.10.tit.8.gloſ.3. num.11.lib.5.recop. Menchaca,de
ſucceſſionum progreſſu, lib.1.§.2.num.89. & late in
lib.3.c.42.per totum, idemque in primogenitura te-
net Ioan.Lecirier,lib.1.quæſt.14.num.19. Tiraqu.de
primoge.quæſt.34.num.47.Gregorius, in l.2.tit.15.
par.2.verb.*ſino el hyo mayor*, col.3.ad fi.quos pro hac
ſententia refert Molina, lib.3.de Hiſpan.primog.c.1.
24 num.6.vbi hanc opinionem dicit eſſe veram, in filio
primogenito legitimato, ex ſubſequenti matrimonio,
ex quo etiam filius ſecundogenitus legitimus natus
eſt,in qua re nulla eſt dubitatio, cum vterque ab eadẽ
matre procedant,vt probat tex.in l.cum quis,C.de na
turalib.liber.

25 Sed his,& alijs non obſtantibus, in quæſtio.princi
pali contraria opinio verior & receptior eſt, imo qđ
filius legitimus,ſecũdo loco genitus, præfertur in ma
ioria filio legitimato maiori per ſubſequẽns matrimo
nium,quia ille prius habuit ius quæſitum ad prædictũ
maioratum obtinendum, quod ius ex ſuperueniẽti
26 cauſa ab eo auferri non poteſt, maxime quia ipſe le-
gitimatus non eſt vere legitimus à die natiuitatis,ſed
à die quo matrimonium fuit contractum, & tunc ex
vi matrimonij habetur tanquam legitimus,per quan-
dam retroractionem,quæ non debet operari in tertij
præiudicium,vt in l.2.& 4.ff. de natalib.reſtituendis,
27 quia alias fictio præferretur veritati, contra legem,
filium quem pater,ff.de liber.& poſthum.ibi: *Ne ima
gine naturæ veritas obumbretur*,l.fideicommiſſum,75.
ff.de conditionib.& demonſtrationib.ibi, *Adoptionis
commento non excluditur*. Et ſic licet quoad ſui com-
modum filius legitimatus vere ſit legitimus, non ta
men in damnum illius filij,qui prius abſque aliqua fi
ctione legitimus eſt. Secundus cõfirmatur noſtra ſen-
28 tentia,quia qualitas in aliquo tempore requiſita(ſi il-
lud tempus tranſeat) licet poſtea ſuperueniat,nihil o-
peratur,tex.in l.obligari,§.tutor. ff.de auctor.tut.l.ma
trem,C.de probatio.l.his verbis,§.interdum, vbi no-
tat Angelus,ff.de heredi.inſtit. Ergo cum maioria &
legitimitas ſint qualitates præciſæ ad ſucceſſionẽ ma-
ioratus, (quæ debent concurrere tempore natiuitatis)
ſequitur quod nihil operatur,licet ex poſt facto ſuper
ueniant,maxime cum iam eo tẽpore ſucceſſio ſit pręo-
occupata à filio ſecundo legitime procreato, qui eo tẽ
pore eſt maior,& legitimus ſimul, & à nemine pręfer
29 tur.Pro qua opinione adduci etiam poteſt tex.l.quo-
ties,C.de rei vendic. vbi ad perfectionẽ venditionis,
translationiſq; dominij,duo ſimul requiruntur, ven-
ditio,& rei traditio,& licet vnus prius emat fundum,
& alter ex poſt facto faciat idem,cui traditio prius fa
cta fuerit,præfertur, & in detinendo dominio potior
erit: pro qua opinione facit text.ſingularis, in l.1.C.
30 de conſulibus,lib.12.vbi inter habentes eandem di-
31 gnitatem,ille prius debet antecedere, qui prius eſt a-
deptus dignitatem. Ex qua lege(obiter)reſoluendum
eſt dubium,de quo diebus elapſis inter aliquos docto
res huius ciuitatis Toleti fuit agitatum, an licentia-
32 tus prius graduatus,præferatur doctori,qui poſterius
gradum doctoris aſſequutus fuit, quãdo ipſe licentia-
tus ex poſt facto laurea doctoris fuit inſignitus. Et do
ctorem eſſe præferendum,conſtat ex ſupradictis,cum
prius illæ duæ qualitates in eo reperiãtur, licet ex poſt
facto licentiatus antiquior doctor fiat,pro qua ſenten
tia, ita fuit iudicatum,& eam tenet Ceruãtes, in l.12.
Tauri,nu.85.(qui neminem allegat) Sed in hoc con-
trariam opinionem dicit communem (pluribus cita-
tis) Antonius Gabriel,lib.6.communium, tit.de maio
rit.& obed. concluſ.1.fol.390. & Iacobus Philippus
Porcius,lib.5.cõſiliorum,conſ.22. Boer.in tract.de au-
thoritate magni ſenatus,nu.98.vbi additionator alle
gat tex in l.1.& 2.C.de præfectis prætorio.lib.12. Et
pro hac opinione, quod licentiatus antiquior, poſtea
factus doctor, præferatur doctori iuniori, conſuluit
Sforcius Oddi.cõſ.14. quæ opinio verior & receptior
eſt de iure, & pro ea eſt iudicãdum, niſi ordinationes
& conſtitutiones vniuerſitatis diſponãt contrarium,
prout in hac ciuitate Toletana. Tertio pro hac opinio
ne principali facit, quia filius legitimus dicitur habe
33 re(etiam viuente patre) ius ſucceſſionis, & quandam
ſpem conſiderabilem & probabilem. text.in l.in ſuis,
ff.de liber.& poſthum.l.in ſuis,ff.de ſuis & legit.here
dib. l.2. ff.ſi quis à parente fuerit manumiſſus, l.cum
ratio,ff.de bonis damnatorum: quod maxime proce-
dit in ſucceſſione bonorum maioratus, in qua conſi-
deratur naſcẽdi initium, ita vt is qui primo legitimus
34 naſcitur,ſit primogenitus, & eidem ius ſtatim quæra
tur,quod ita efficaciſſimum eſt, vt à nemine ex aliqua
cauſa ſuperuenienti auferri poſſit, argum.text.in l.id
quod noſtrum,ff.de reg.iur.vbi doctores. Quæ opinio
35 ex eo etiam fulcitur,& comprobatur, quia legitima-
tio eſt quædam natalium reſtitutio, vt in auth.quibus
modis natur.effi.legit. §.liceat igitur,col.6.quæ qui-
36 dem reſtitutio nũquam trahitur retro in præiudiciũ
alterius,vt in l.2.& 4.ff.de natalibus reſtituendis,l.in
C.de repudianda hereditate,vbi notat gl.text.in d.au
then.quib.mod.§.liceat igitur, & in §.ſit igitur licen-
37 tia:maxime quia iſta legitimatio, de qua nos loqui-
mur, procedit principaliter fauore matrimonij, & ſic
vbi concurrit aliud primum matrimonium,ceſſat fa-
uor: cum alias vigeret in damnum & præiudicium al
terius matrimonij, & mulieris legitimæ, & filiorum,
qui omnes reperientur valde decepti,ſi naturalis legi
timatus,ex poſt facto deberet ſuccedere,& præferri fi
lio legitimo,& ex legitimo matrimonio proprie & ve
38 re habito & procreato. Quarto pro hac opinione po-
teſt induci text.in c.ſi pro te, de reſcriptis, lib.6.& in
c.quamuis,eod.tit.vbi ſi Papa cõceſſit alicui gratiam,
per quam mandabatur ſibi prouideri de beneficio va
caturo in tali eccleſia, & talis gratia fuerit reuocata,
& alteri cõceſſa, licet poſtea primus fuerit ad gratiam
reſtitutus,non pręfertur ſecundo,cui fuit iam ius quę
ſitum. Quinto (& ſubtiliter) pro hac ſententia facit;
quia filius legitimatus tantum diſtat à filio legitimo;
39 quantum filius legitimus à filio legitimato, ſed filius
ſemel legitimus, nullo iuris ordine poteſt effici illegi
timus,vt in l.iura ſanguinis, ff.de reg.iur. l.ius agna-
tionis,ff.de pact.ergo à fortiori, filius legitimatus non
poteſt effici legitimus in alterius præiudicium, cũ de
40 priuatione ad habitum non detur regreſſus. Sexto ful
citur hæc opinio ex text.in c.innotuit (vbi Baldus) de
electio.vbi probatur,quod vbi de natalibus quęritur,
41 eſt initium naſcendi ſpectandum;per tex.in l.quid ex

go,ff.de his qui notantur infamia, vbi ipſe Bald.dicit, quod qui moritur cum filijs legitimatis ex ſequenti matrimonio,non dicitur decedere cum filijs legitime natis,quia legitimatio eſt ordo præpoſterus,& inacu-
42 la eſt impreſſa origini, quod ſecus eſt in filio legitimo,qui ea legitimo matrimonio naſcitur: nam legiti
43 matio eſt ordinata proceſſio, ſecundum viam naturæ,quia præcedit matrimonium vt cauſa, deinde na-
44 ſcuntur filij legitimi,& ordo naturæ eſt attendendus, qui ſemper debet ſuũ effectum præcedere, l.moribus,
45 §.prius,ff.de vulgar.& pupil. quia alias effectus eſſet prior ſua cauſa,quod nec iuri,nec rationi cõgruit. Se cundo confirmatur hæc opinio,ex tex.in l.f.C.de his qui veniam ætatis impetrauerunt, vbi verba ſemper
46 debent intelligi vere & naturaliter, nõ vero ciuiliter, & per fictionem, & ſic diſpoſitio teſtatoris facientis mentionem de filijs legitime natis, requiritur ad ſuccedendum in maioratu, quod legitime ſit conceptus, quia alias non poteſt dici legitime natus.Ita notat Baldus in l.Paulus,lect.1.(per illum text.) ff.de ſtatu hominum.Curt.ſen.conſil.73.idem in l.filium,ff.de his qui
47 ſunt ſui,vel alieni iuris,vbi dicit,quod quantumcunque quis legitimetur, non dicitur natus de legitimo matrimonio,quem ſequitur Ruyn.conſi.92.num.13. vol.3.qui allegat tex.in l.nuper, C.de natural.liber.
48 maxime quia conditio voluntaria debet adimpleri in ſpecifica forma.tex.in l.qui heredi,l.Mæuius, ff.de cõdit.& demonſtr.doctores in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,ff.de lib.& poſthum.& ſic, licet legitimatus per ſubſequens matrimonium æquipolleat vero legitimo, non tamen in eo poteſt prædicta conditio adimpleri in ſpecifica forma: cum ſpecifice non fuerit natus legitimus tempore natiuitatis: quia ex quo principium non fuit habile in legitimato,ſequens prouiſio nõ debet referri ad illud,ita Bald.in l.f.C.ad Macedon.vbi
49 dicit, quod ratihabitio retrotrahitur, niſi actus medius abſit à cõiuncto extremorum, l.tria prædia,l.qui ſellam,ff.de ſeruitut.ruſticorum: & licet filius legitimatus per ſubſequens matrimonium,ſit(prout nunc) proprie & vere legitimus,nõ tamen prout tunc, & ſic in præteritum, inſpecto & conſiderato tempore natiuitatis, vnde verba teſtatoris ſimpliciter prolata,intelligenda ſunt de filio nato ex vero matrimonio,non de filio legitimo iuris interpretatione, argumen.tex.in l. hoc legatum,ff.de leg.3.l.filiusfamilias, & §.fi.de donat. vbi verba ſunt in potentiori ſignificatu accipien-
50 da, conſiderando ſemper cauſam propriam & immediatam,l.1.§.fi.ff.de incendio, naufragio,& ruina. & ſic optime reſoluit Bald.in l.fi.q.10. de milit.teſtam. Alex.in l.Lucius,nu.17. vbi Aug.& Imola,ff.de vulgari,Ripa,in l.ex facto,§.ſi quis autem,nu.4.ff.ad Trebell.quod vbi agitur de voluntate teſtatoris interpre-
51 tanda, legitimatio per ſubſequens matrimonium non retrotrahitur in præiudicium filiorum legitimorum, quibus aute legitimationem erat ius quæſitum . Et ſic
52 ea omnibus ſupradictis reſoluendum eſt,quod in maioratu,ſi natus ſit primo filius naturalis,& poſtea pater cum alia cõtrahat matrimonium , & ex illo habeat filium legitimum,quod licet mortua vxore contrahat matrimonium cum concubina,talis filius legitimatus per ſubſequens matrimonium , non excludit à maioratus ſucceſſione filium ſecundo genitum,ex vxore legitima, cum illa bona non ſint de ſucceſſione patris,

iure hereditario,nec ius canonicum intendit per legitimationem ſubſequentem inferre præiudicium filio
53 legitimo,cui in vita patris erat ius quæſitum,cum ipſius linea in primo origine natiuitatis erat præoccupata,& ſic ſemper continuanda,& perpetuãda eſt in omnes deſcẽdentes illius, & legitimatus qui à principio
54 fuit excluſus, ſemper remanebit excluſus, vt in c.1.de natura ſucceſſionis feudi . Quam concluſionem dicit communem Couar.practic.quæſt.c.38.nu.6.Molina, lib.3.de Hiſpanor.primoge.c.4.nu.13.& c.6.nu.29. Ex quibus omnibus cõſtat euidenter hanc eſſe veriorem & receptiorem opinionem,à qua in diſputando,
55 & conſulendo non eſt recedendum, quam ſequitur Ioannes Andreas,& Ricard.Malumb.in reg.ſine culpa,de reg.iur.lib.6. quem ſequuntur Henricus Cardinalis, & Anchar.nu.12.in d.c.tanta. Iaſ.in l.quoties, num.40.C.de rei vendic.& in d.l.Gallus,§.& quid ſi tantum,in 1.lect.nu.89. Albericus, in l.cum quis, C. de natural.liber.quos & alios refert & ſequitur Duennas,reg.350.nu.14. & dicit communem opinionem Ciſuentes,in l.40.Tauri,in princ. & cõmunem etiam appellat Caſtillo,in l.12.Tauri,num.20.vbi Palatius Rubeus,nu.28.Antonius Gomez,num.63.& 64.vbi adducit aliqua fundamenta, & pro hac opinione conſulit Curt.iun.conſ.27.nu.6.& in conſ.64. Curt.ſen. conſ 73.Alex.conſ.5.vol.6.Cæphalus,conſ.82.num. 16.& 111.num.12. & dicit communem opinionem Ruyn.conſ.92.nu.16.quos ſequitur(alijs citatis) Rolandus,conſ.100.num.42. vbi reſpondit fundamentis in contrarium adductis,& ſequitur Tiraq.in tract. primog q.34.nu.43.& hanc amplectitur Couar.in 4. 2.par.c.8.§.2.num.18.dicens frequentiori doctorum calculo eſſe approbatam, & Greg.in l.1.tit.13.par.4. gloſ.magna,poſt medium, Molin.lib.13.de Hiſpanorum primog. c.1.nu.7.vbi dicit, quod hæc opinio eſt proculdubio vera,& communis,& amplectenda in iudicando, & conſulendo, & vltra eum , hanc ſequitur Matienço,in l.10.tit.8.lib.5.recop.glo.3.nu.12. vbi Azeuedo,nu.25.Gutierr.in §.ſui,nu.79. de heredum qualit.& differ.vbi eam dicit communem, quam etiã ſequitur Spino,in ſpeculo teſtam.glo.15.nu.126.vbi dicit,quod hæc opinio eſt vera & tenenda, quã etiam ſequitur nouiſſime Guillen.de Ceruantes, in d.l.12. Tauri,num.79.& Rojas,in epitome de ſucceſſionib. c.11.nu.16.Ioan.Garcia,de nobilitate, gl.21 nu.63. & Peregrin.de fideicommiſſis,art.24.nu.35.Quæ opi
56 nio tanquam res indubitata tenenda eſt, quia omnia fundamenta pro contraria parte adducta procedunt quoad commodum filij legitimati, in bonis hereditarijs,ſecus vero in bonis maioratus in præiudicium filij legitimi , cui in primo ſuo ſtatu creationis ius fuit quæſitum , quod ex cauſa ſuperuenienti auferri non poteſt, vt ſupra diximus. Et probat lex fin.C.de nupt. Tiraq.in l.ſi vnquam, verb.donatione largitus, num. 230.& verbo,ſuſceperit liberos,nu.155. & in tractatu ceſſante,limit.12.num.15.

QVÆSTIO DCVII.

Vtrum per illa uerba, quiſquis mihi heres erit, inducatur clauſula codicillaris. Communis contra communem.

PEr hæc verba, *Quiſquis mihi heres erit*, inducitur clauſulam codicillarem, tenet gl.in l.ex duobus, §.ſi-

Digitized by Google

§.filium, verſ.patris, ff.de vulgari, cuius ſententiam dixit communem Aretinus, col.1. ibi in verſic. ſed iſta ſolutio.

Sed contrariam partem tenet Bart. ibidem per tex. (pleriſque expreſſum) in l.ſi plures gradus, ff.de leg.3. & hanc eſſe communem firmat Ripa, in l.3. in princ. num.9. ff.de leg.1. quæ opinio eſt tenenda.

QVÆSTIO DCVIII.

Vtrum heres intra tempus conficiendi inuentarium, poſſit conueniri pro male ablatis. Communis contra communem, & quid iure regio.

HÆres non poteſt conueniri intra tempus conficiendi inuentarium, tex. in l.fi.§.donec, C.de iure delib. quod eſt intelligendum etiam in bonis male ablatis, vt tenent omnes ſecundum Cynum, & Albericum, in d.§.donec.

Sed contrariam opinionem teſtatur ibi Paulus cōmunem, & ab omnibus doctoribus receptam, circa quam vide Greg. in l.7.tit.6.par.6.verb. *mandando algo*, qui idem tenet. Et ratio eſt, quia illa iura non procedunt reſpectu debiti (& ſic circa creditores) ſed tantum reſpectu legatariorum, qui ſolum agunt de cauſa lucratiua. Et licet Gregor. ibi, contrarium teneat, illius tamen opinio eſt reprobata, quia loquitur contra tex. expreſſum, in l.fi.tit.13.par.1.l.13.tit.9.par.7. ita tenet Paz, in ſua prax.4.par.1.tom.ca.1.nu.44. & Gutierr. de iuramento confirm.2.par, c.4.num.18. & vide Duennas, reg.277.limitat.1.

QVÆSTIO DCIX.

Vtrum exceptio confecti inuentarij ſit proponenda per heredem ante ſententiam, vt non teneatur vltra vires hereditarias, vel ſufficiat in executione ipſius. Communis contra communem.

EXceptiones dilatorias, ante litem conteſtatā proponi debere, probat text. in l.exceptionem, C.de probatio. l.ita demum, C.de procurato. Peremptorias autem, quocunque tempore (modo ante ſententiam) poſſe proponi diſponit text. in l.peremptorias, C.ſententiam reſcin.non poſſe. Hoc viſo dubium eſt, de quo in quæſtione propoſita, in quo tempore ſit proponenda exceptio inuentarij confecti, vt heres nō patiatur executionem vltra vires hereditarias. Et quod illa ſit proponenda ante ſententiam, & non poſt, tenet Imola, in l.rei iudicatæ, §.ſi in iudicio, nu.6. ff ſolu.matrim. Eandem opinionem tenet Zaſius, in l.Neſennius, §.fin.in fi. ff.de re iudi. idem Zaſius (vbi eleganter agit,) lib.2. reſponſorum, c.1.num.12. & 13. & hanc fatetur eſſe communem opinionem Albericus, in l.fi.num.18.C. de iure deliberandi.

Sed contrariam opinionem (imo quod poſſit opponi poſt ſententiam, in ipſa executione) tenent Bart. in l.cui fideicommiſſum, num.1. ff.de confeſſis, vbi Zaſius, nu.fi. hanc teſtatur eſſe communem, & dixit cōmunem idem Zaſius, in d.§.fi. & Alex. appellat etiam cōmunem, in d.§.ſi in iudicio, nu.4. Iaſ. in l.1.nu.17. ff.de iur. & fact.igno. de quo articulo optime loquitur Paulus, & Cortaſius, in d.§.donec, Grego. in l.7.tit.6.par.6.verb. *quanto montaren*, qui reſoluit, quod ſit magis communis opinio, quod illa exceptio poſſit opponi per heredem in executione ſententiæ: quæ opinio veriſſima, & æquitate plena mihi videtur, ne alias heres ſine dolo & culpa conueniatur vltra vires hereditarias, & hæc exceptio erit hodie de impedientibus viam executiuam, quæ admittenda eſt in vtroque foro.

QVÆSTIO DCX.

STatutum diſpoſuit, quod contra factum, nec inſtrumentum ſuum, quis nec eius heres venire poſſit. Teſtator obligauit fundum illius, quem poſtea heredem fecit, dubitatur an talis heres poſſit fundum vendicare, mortuo teſtatore. Et partem affirmatiuam tenet gl. fin. in l.fi.§.in computat. C.de iure delib. cuius Barto. ſententiam doctores ibi commendant, & ex ea deducunt, quod ſtatutum diſponens idem quod ius commune, non eſt aliter intelligendum quam ius commune, etiamſi ſic intelligendo iuri communi nihil addatur. Et cum hac concluſione tenent ibi Bart. & cæteri communiter, vt (poſt eos) teſtatur ibi Iaſ. nu.12. & dicit etiam communem Franciſcus Curtius, conſ.105, colum.fi. vbi illud tenet, ſi ſtatutum diſponeret illud quod ius commune, vt probat text. in l.cum à matre, C.de rei vendic. l.ſi creditoribus, C.de ſeruo pignore dato manumiſſo.

Sed his non obſtantibus, illius gloſ. opinionē, quaſi omnes reprobare aſſerunt Cynus, & Alberic. num.21. in d.l.fi. vbi Alex. in §.in computatione, num.10. refert Raynerium dicentem, totum mundum reprobare illam gloſſam, & ſic ſatis clare iunuit eſſe communem opinionem in contrarium, contra illam. Et de materia huius quæſtionis vide quæ diximus in quæſtione 274.

QVÆSTIO DCXI.

Vtrum in reuocatione priuilegiorum ſit neceſſaria expreſſio clauſulæ derogatoriæ. Communis contra communem.

QVando priuilegium habet clauſulam derogatoriam, non requiritur in ſequenti priuilegio indiuidua expreſſio illius priuilegij clauſulæ, ſed ſufficit quod in ſecundo dicatur, non obſtante priuilegio, etiam habente clauſulam derogatoriam: nam per hoc primum cenſebitur reuocatum. Ita Federicus de Senis, conſ.47. cuius opinionem teſtatur eſſe communem Socinus, in l.ſi mihi, & tibi, §.in legatis, num.5. ff.de legat.1.

Sed contrariam ſententiam aſſerit communem Felinus, in c.accedentes, num.4. de reſcriptis, vbi dicit, quod ſi Anania vidiſſet doctores quos citat, non diceret primam partem communem. Quam nihilominus teſtatur communiorem Gomecius, in cap.1.num.63. de conſtitutionibus, in 6.pag.58. & vide per nos tradita in quæſtione 211. Prima tamen opinio in praxi obtinuit, & ab ea non eſt recedendum in iudicando, & conſulendo.

Digitized by Google

QVÆSTIO DCXII.

Vtrum contumax audiatur mero iure, vel per reſtitutionem. Communis contra communem, & quid iure regio.

VIdimus ſupra in quæſt.266.& 412. varias eſſe doctorum opiniones in hoc articulo, quis dicatur verus contumax, vel fictus, cuius effectus ſit prout diximus in d.quæſt.412. quia fictus contumax admittitur ad appellandum, etiam ſine reſtitutione, verus autem non appellat, niſi venerit iudice ſedente pro tribunali, vt in l.diuus, ff.de in integ.reſt. Hoc viſo, dubiũ eſt, an in caſu, quo verus contumax admittatur, ſit admittendus mero iure, an per reſtitutionem. Et debere admitti mero iure, & quod non ſit neceſſaria reſtitutio, teſtatur communiter velle doctores Bal.in d.l.diuus, lectura 1.col.2.verſ.ſed doctores noſtri communiter, cuius ſententiam comprobat, l.5.tit.16.lib.3.ordinamenti, l.4.tit.22.p.3. vbi Grego.verb.*alçar*, tenet hãc partem tanquam veriorem, aſſerens tamen doctores tenere communiter contrarium in d.l.diuus. Et ratio eſt, quia circuitus eſt vitandus, l.dominus teſtamento, ff.de condictio.indeb. vbi gloſ.fin. Et primam opinionem ſequitur Azeuedo, in l.10.tit.17.lib.4.recop. nu.83.Greg.in l.9.tit.23.par.3.

QVÆSTIO DCXIII.

Vtrum legatus de latere poſſit beneficia laicorum iuris patronatus præſcriptione acquiſita conferre. Communis contra communem.

LEgatus de latere beneficia iuris patronatus laicorum conferre non poteſt, clericorum autem optime. Ita probat tex.(cum ibi notatis) in c.cum dilectus, de iure patron. & tradic Boer.de legati poteſtate, nu. 22.vol.14.tractatuum, & eſt cõis opinio, vt reſtatur Anania, nu.8.in d.c.cum dilectus (quam extende etiã ad beneficia iuris patronatus mixti, per ea quæ habentur in c.2.de præb.lib.6.) limita tamen, quotieſcunque ius patronatus fuerit laicorum acquiſitum dotatione, aut fundatione: nam tunc bene poterit conferri, ſecus autem ſi eſſet acquiſitum præſcriptione. Ita tenet Feder.de Senis, conſ.65. quem ſequitur Abb.in d.c.dilectus, num.fi.de offic.delega. & Roch.de Curt.de iure patron.verb.honorificũ, q.3.nu.10. & Villadieg.1.p. q.9.nu.21.in tracta.de leg.vol.14.tract. & Dec.conſ. 117.nu.2.& conſ.149.num.6. vbi hanc fatetur communem opinionem, & eam tenet Barbacia (inter conſilia Alexan.) conſ.74.vol.4.nu.27. vbi Molineus ad eum teſtatur, quod veritas, & communis obſeruantia ſe habet in contrarium. Hodie vero, beneficia eccleſiaſtica, etiam laicorum, qualiter ſint ab ordinarijs conferenda diſponit text.in c.9.ſeſſ.25.Concilij Tridentini, & prouiſio aliter facta erit nulla, vt in d.c.5.d.ſeſſic.25. quem ſic intelligit Azeuedo, in l.5.tit.6.lib.1. recop.num.2.& Gutierr.conſ.11.nu.11.in fi. Et vide c.13.ſeſſ.14.& quæ dicemus in quæſt.ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Concordia inter opiniones contrarias refertur.*
2 *Ius patronatus præſcriptione acquiri poteſt, quando eccleſia eſſet patrona.*
3 *C.9.ſeſſ.25.Concilij Tridentini, declaratur.*
4 *Ius patronatus acquiritur ex dotatione, vel fundatione, vel ex multiplicatis præſentationibus: per antiquiſſimum temporis curſum.*
5 *Ius patronatus acquiritur præſcriptione immemoriali, cũ alijs adminiculis.*
6 *Præſentatio debet effectum ſortiri, vt ius patronatus acquiratur.*
7 *Ius patronatus de iure antiquo præſcribebatur per 40. annorum ſpatium.*
8 *Iuris patronatus probatio difficilis reputatur.*
9 *Ius patronatus probatur per plures ſcripturas antiquas, in quibus ſit mentio iuris patronatus.*
10 *Ius patronatus probatur per literas ordinarij inſtituentis, licet non conſtet de præſentatione.*

QVÆSTIO DCXIV.

PRæhabita præcedẽti communi opinione, dubium eſt, an ius patronatus poſſit præſcriptione acquiri, & non poſſe, tenet Archidiaconus, in c.hortamur, 71. diſtinct.(poſt longam diſputationem) quem ſequitur Abb.in c.querelam, nu.9.de electione, (& alibi ſæpe.) Et hanc partem tenent plures allegati per Rochum de Curte, de iure patron.verſ.ipſe velis, nu.85.& eam tenet Selua, de benefic.3.p.quæſt.11.nu.69. vbi hanc innuit eſſe communem, dicens ita tenere doctores.

Sed contrariam partem tenent Ioannes Andreas, & Antonius in d.c.querelam (per text.ibi) & gl.verb. conſuetudine. Et eſt communis opinio, ſecundũ Decium, conſ.117.col.pen.verſ.2. non obſtat, vbi dicit communem opinionem, & in praxi ſeruari, & in conſi.124.vol.2.& 116.& 134.nu.4.& Rochus de Curte, de iure patron. verb.ipſe velis, num.81. & 86. vbi aſſignat rationes, & Lambertinus, lib.1.artic.9.q.10. princ.in 1.p.Menoch.conſ.90.nu.26.& hanc opinionem nullum habere ſcrupulum, nec aliquam difficultatem tenet Ioannes Botta, conſ.3.nu.7. Corn.conſ. 47.nu.3.vol.3.Rolandus à Valle, conſ.47.nu.32. qui etiam dicit communem, & quod ita ſeruatur in practica. Et eam dixit communem Ripa, in rubr. de iudic. nu.79.& Bald.de præſcript.1.p.quintæ part.princip. q.9.nu 1.& 3.vol.8.Couar.pp.quæſt.c.36.nu.6.& in reg.poſſeſſor, 2.p.§.10.num.3. Padilla, in l.ſi aquam, nu.53.C.de ſeruitutibus. Poteris tamen has lites cõ-
1 ponere, ſecũdum Ripam, vbi ſupra, quod hæc vltima opinio intelligatur quando eccleſia fuiſſet alias patrona: prima vero, qñ non fuiſſet. Et ita intelligit Abb. vbi ſup.& Rochus, ſupra nu.87. dicentes communẽ,
2 Ius patronatus præſcriptione acquiri poſſe, quando alias eccleſia eſſet patrona. Et hanc concordiam expreſſe fatetur communem Couarr. ſupra in d.reg. poſſeſſor, nu.2.& 3. vbi late agit de hoc articulo. Hodie ve-
3 ro, ex noua deciſione ſacri Concilij Tridentini, cap.9.
4 ſeſſ.25. nemo poteſt acquirere titulum iuris patronatus, niſi ex fundatione, vel dotatione, vel ex multiplicatis præſentationibus, & per antiquiſſimũ temporis curſum, qui hominũ memoriam excedat, & ſic requiritur immemorialis præſcriptio, cũ multiplicatis præſentationibus. In communitatibus vero, vel vniuerſitatibus, plenior probatio ad docendũ verum titulum

requi-

requiritur, vt ſatis denotant verba illius text. ibi, *nec immemorialis temporis probatio aliter eis ſuffragetur,*
5 *quam ſi præter reliqua ad ea neceſſaria, præſentationes etiam continuatæ, non minori ſaltem quam quinquaginta annorum ſpacio, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, authenticis ſcripturis probentur.* Et ſic in hoc caſu non ſufficiet immemorialis præſcriptio de per ſe, niſi quo adiuuetur cum præſentationibus continuis, per quinquaginta annorũ ſpatiũ, & quod magis eſt, quod om
6 nes illæ continuæ præſentationes ſortiantur effectum, alias enim de nihilo ſeruirent, & ita aduocati debent eſſe cauti circa probationem iuris patronatus, ex præſcriptione immemoriali, quia debent attendere ad illius tex. deciſionem, & non ad communẽ opinionem, de qua ſupra, ex traditis per Padillam, in d. l. ſi aquam, num. 33. qui reſoluit, quod per ſpacium 40. annorum
7 præſcribebatur titulus iuris patronatus, idem docet Nauar. conſ. 4. nu. 5. lib. 3. in tit. de iure patronatus, & Couar. in locis allega. & nouiſſime Maſcardus, vol. 2. probationum, concl. 958. qui tradit quinque modos
8 probãdi ius patronatus, cuius probatio difficilis à doctoribus reputatur, vt docet Archidiaconus in c. vnico, de iure patron. in 6. & Paulus de Citadinis, in tracta. de iure patronatus, par. 6. quæſt. 17. nu. 27. & Lambertinus in d. tract. 2. p. lib. 24. in 10. art. nu. 5. & 10.
9 & Burſatus, conſ. 324. nu. 1. vol. 1. qui tenet quod ius patronatus probatur pluribus ſcripturis, & inſtrumẽtis antiquis, in quibus fiat mentio iuris patronatus, vt conſuluit Crauetta, conſil. 228. nu. 17. & 322. nu. 2. &
10 Alban. conſ. 6. nu. 21. & 22. & conſ. 84. nu. 5. Secundo modo probatur ius patronatus per literas ordinarij inſtituentis, licet non conſtet de præſentatione, vt tenet deciſio Rotæ 413. alias 11. de iure patronatus, in nouis, & Lambertinus & Citadinis, ſupra, quos ſequitur Maſcardus, ſupra, nu. 12. congerens alios plures modos, quibus recte probatur ius patronatus, & nouiſſime Flaminius Pariſius, de confidentia beneficiorum, q. 28. nu. 207. & 210. vbi declarat eleganter decretum Concilij Trid. dicens per illum tex. derogari alijs iuribus & modis probationum, & quod ita ab omnibus eſt vſu receptum, & ſeruatur in praxi, quę verba ſunt ſingularia, & menti tenenda.

QVÆSTIO DCXV.

Vtrum ſubſtitutio pupillaris facta à pluribus, ſimpliciter requirat ad implementum conditionis, in perſonis omnium, vt ultimo moriente ſit locus ſubſtituto. Communis contra communem.

SVbſtitutio pupillaris facta pluribus ſimpliciter, requirit ad implemẽtum conditionis in perſonis omnium, adeo vt vltimo moriẽte ſit locus ſubſtituto. Ita tenet gloſ. & Bart. in l. ſi pater impuberis, ff. de vulgari, & eſt communis opinio ſecundum Iaſ. nu. 5. & ſecundum Corraſium, nu. 8. in l. penul. C. de impub. & dicit communem Curt. iun. conſ. 12. & 156. & magis communem Pariſius, conſil. 43. nu. 23. lib. 2. & Curt. (in apoſtil. ad Alex.) in l. quidam teſtamento, vbi dicit quod ab hac opinione non eſt recedẽdum in iudicando, & conſulendo. Et quamuis Bart. in l. heredes mei, §. cum ita, nu. 5. ad Treb. & in d. l. penult. voluerit cõtrarium, illius opinio in illis locis communiter reprobatur, ſecundum Iaſ. d. num. 5.

1 Sed his non obſtantibus opinionem Bart. d. §. cum ita, & in l. penult. ſequitur ibi Decius, col. fi. num. fin. & eam cõmuniter approbari teſtatur Curt. iun. in d. l. penult. nu. 18. & Ripa in d. §. cum ita, nu. 118. & reuera Iaſ. fuit deceptus, quoniam Bart. opinio vbique recipitur. Vera tamen reſolutio in hac contrarietate eſt, quod opinio glo. & Bart. & communis in d. l. ſi pater, eſt tenenda, videlicet, quod requiratur ad implementum conditionis, in perſonis omnium, ita quod ſi aliquis ex inſtitutis remaneat, nunquam erit locus ſubſtituto. Hoc tamen limitandum eſt ex doctrina Bart. in d. §. cum ita, & in d. l. penul. niſi conditio adimpleatur in perſona vnius, qui vltimus eſt, quoniam alij deceſſerunt iam extra pupillarem ætatem: quo caſu licet non ſit adimpleta conditio, niſi in perſona vnius, qui ſolus intra pubertatem deceſſit, vti pupillaris requirit, nihilominus dẽat admitti ſubſtitutus, quidquid velit Iaſ. vbi ſupra, & nouiſſime poſt hæc ſcripta duas communes opiniones cõtrarias refert Sfortius Oddi, conſ. 43. nu. 41. qui omnino eſt videndus pro intellectu & ornatu huius quæſtionis, & illius materia.

QVÆSTIO DCXVI.

Vtrum teſtator poſſit prohibere, quod fructus non computentur in Trebellianicam. Communis contra communem, & quid iure regio.

REſoluimus in quæſt. 30. non poſſe teſtatorem prohibere filijs primi gradus Trebellianicæ detractionem, ſequẽdo magis communem & receptam ſententiam, nunc autem ſe offert pulchra dubitatio, an poſſit prohibere quod fructus non computentur. Et partem affirmatiuam tenent doctores profitentes non poſſe teſtatorem prohibere detractionem Trebellianicæ, quos in d. quæſt. 30. retulimus, quæ ſententia fuit Baldi, in l. iubemus, ad Treb. (per illum tex.) quã ſequitur Picus, in l. in quartam, num. 271. ff. eod. vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem & æquiorem & magis fauorabilem, quam dicit communem Iaſ. in l. Marcellus, num. 55. ff. eod. tit. Ripa, in l. nemo poteſt, num. 52. ff. de leg. 1. Socin. iun. conſ. 131. num. 58. & conſ. 137. nu. 7. vol. 1. Dec. conſ. 814. Pariſius, conſi. 43. num. 26. lib. 3. & dicit etiam communem Gozad. conſ. 97. num. 14. pro qua opinione conſuluit Socin. iun. conſ. 131. vol. 1. & dicit ſecundum illam fuiſſe iudicatum in d. l. in quartam, nu. 87. & hanc tanquam æquiorem & magis communem ſequitur Borra, vt teſtatur Caſſ. tit. de teſtamen. deciſ. 2. quam etiam ſequitur Couar. in c. Raynutius, §. 11. nu. 9. de teſt. & Michael Craſſus, lib. receptar. ſentent. §. Trebellianica, num. 4. in fi. vbi refert duas communes.

Sed contrariam opinionem (imo quod teſtator poſſit diſponere quod fructus in Trebellianicam imputentur) tenet Cynus in d. l. iubemus, & hãc dicit communem Picus, in d. l. in quartam, num. 273. quam etiam ſequuntur doctores, tenentes quod teſtator poſſit prohibere Trebellianicam, quos in d. quæſt. 30. retulimus. Prima tamen opinio tam de iure communi, quam regio verior eſt et tenenda, ex l. fi. tit. 11. par. 6. ibi, *maguer el teſtador lo huuieſſe mandado de otra guiſa.*

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Diſtinctio in quaſtione principali proponitur.*
2 *Authentica, ſi quis litigatorum, C. de epiſcop. audientia, declaratur.*
3 *Actio oritur ex ſententia confirmante, non ex prima confirmata.*
4 *Appellatio ſuſpendit, & extinguit effectum primæ ſententiæ.*
5 *Actio ſemel extincta non reuiuiſcit.*
6 *Lex 1. §. fi. ff. ad Turpillianum, expenditur pro hac ſententia.*
7 *Lex 9. tit. 16. lib. 3. ordinamenti, & l. 7. tit. 17. lib. 4. recop. declaratur.*
8 *Executio ſententiæ confirmatoriæ, vel tranſlata in rem iudicatam, pertinet ad iudicem ordinarium.*
9 *Iudex appellationis reuocando ſententiam iudicis ordinarij poteſt exequi ſuam.*

QVÆSTIO DCXVII.

Vtrum quando ſunt duæ ſententiæ conformes, agatur ex ſententia confirmata, vel ex confirmante. Communis contra communem, & quid iure regio.

PRo declaratione quæſtionis præmittendum eſt,
quod duæ ſententiæ non poſſunt tranſire in rem
iudicatam, text. in l. ſingulis, ff. de exceptio. rei indica-
tæ, & ſic dubitatur, ex qua ſententia agi debeat, & gl.
verb. *vel iniuſtam*, in l. eos, in princ. C. de appellationi
1 bus, tenet, quod aut eſt confirmata prima ſententia ta
cite veluti ex lapſu temporis, & tunc agitur ex prima:
in quo gloſſam ſequuntur doctores, ſecundum Ange
lum, vbi ſupra, nu. 2. Aut expreſſe per ſecundam ſen-
tentiam fuit prima confirmata, & tunc agitur ex ſecū
da, iuxta eandem gloſ. quod etiam tenet gloſ. verb. te
neri, in l. ſi quis priore, vbi Bart. num. 4. ff. ad Treb. gl.
etiam, verb. priore, in d. §. ſed ſi quis, vbi Chriſtopho-
rus, num. 4. Angel. num. 2. in fi. Cynus, quæſt. 7. Bart.
num. 10. Salicetus, num. 8. in d. l. eos, dicunt eſſe com
munem opinionem, & dicit etiam communem Alex.
in d. l. à diuo Pio, in princ. col. 10. verſ. tamen commu
nis ſententia, ff. de re iudic. quam etiam ſequitur Gre
gor. in l. 1. tit. 27. p. 3. verb. *los mayorales dellos*, Idem
Iaſ. in l. res iudicata, nu. 12. ff. de re iudic. dixit etiam
communem Iaſ. num. 11. & 14. & Ripa, num. 15. ibi.
& tenet illam ſententiam gloſ. verb. diſcurſa, in c. pa-
ſtoralis, §. prætetea, ff. de offic. deleg. Bald. in l. tale pa-
ctum, §. qui prouocauit, num. 10. ff. de pact. qui dicit,
quod legiſtæ tenent illam, & quod canoniſtæ tenent
contrariam, vbi diſputat pro vtraq; parte. Et pro ſen-
tentia, & opinione legiſtarum facit text. ita in auth. ſi
quis litigatorum, C. de epiſcopali audientia, ibi, *& ſi
inuenerit iudicium recte factum, etiam per ſententiam
ſuam propriam hoc confirmet, & executioni proprieta-
tis tradat quæ iudicata ſunt*, l. additos, in fi. & in l. præ-
cipimus, §. ex officijs, C. de appellat. & facit text. opti-
mus, in l. 27. tit. 15. p. 3. quæ opinio communiter reci-
pitur ex Bart. in l. à diuo Pio, nu. 15. ff. de re iudic. ſe-
cundum Alex. ibi, nu. 20. & diſputat late Maranta, de
ord. iudic. 6. p. in 3. actu princ. nu. 6. & dicit commu-
3 nem Bernardus Diaz, reg. 676. Et ratio eſt, quia actio
oritur ex ſententia confirmante, non vero ex prima
confirmata, vt notat glo. ſup. verb. vel iniuſtam, & do
ctores in l. eos, C. de appella. vbi Bald. num. 2. & Sali-
cetus, num. 6. teſtatur communem poſt Bart. in d. l. 1.
vbi Alex. num. 5. affirmat eſſe magis communem opi
4 nionem, maxime quia per appellationē extinctus fuit
effectus primæ ſententiæ, text. in l. furti, §. ſed ſi furti,
ff. de damno infecto, vbi Paulus, num. 5. quem ſequi-
tur Barboſa, in l. diuortio, §. ſi vir, nu. 52. ff. ſolu. matri
mo. & facit etiam text. in l. ſi quis filio exheredato, §.
irritum, ff. de iniuſto rupto. Et ſic, licet prima ſenten-
5 tia confirmetur per iudicem appellationis, cum illius
effectus fuerit extinctus interpoſita appellatione, non
poteſt amplius reuiuiſci, arg. tex. in l. qui res, §. aream,
ff. de ſolutionib. cap. quærit, 4. diſtinct. & eſt optimus
6 text. in l. 1. §. fi. ff. ad Turpillianum, ibi, *quia prouocatio
nis remedio extinguitur pronunciatum*, & ita ex illo
text. notat Baldus, in d. l. tale pactum, §. qui prouoca-
uit, ff. de pactis, qui adduxit plura fundamenta, & il-
lum text. declarat Azeuedo, in d. l. 6. tit. 17. lib. 4. reco
7 pil. num. 5. & pro hac ſententia videtur facere text. in
l. 9. tit. 16. lib. 3. ordinamenti, vbi notat Didacus Pe-
rez, col. 1301. ibi, *ſi el juez de el alçada fallare que el
juez inferior iuzgo bien, cōfirme ſu iuyzio, y remita alas
partes al alcalde que bien iuzgo*, & in 7. tit. 17. lib. 4. re
cop. ibi, *confirme el iuyzio y embie amas las partes*, ex
quibus verbis colligit Gutierrez, pp. quæſt. lib. 1. quæ
8 ſtio. 97. nu. 3. quod executio ſententiæ confirmatæ,
pertinet ad iudicem confirmantem, quia alias non eſ
ſet neceſſaria prædicta remiſſio, ſed (ſalua pace gra-
uiſſimi & doctiſſimi viri.) cōtrarium manifeſtatur ex
illis verbis, quia ſi iudex confirmans tenetur remitte-
re executionem ad iudicē à quo, bene ſequitur quod
ipſe iudex à quo eſt verus executor, & non iudex ap-
pellationis: quia ſi ipſe poſſet, non eſſet neceſſaria ta-
lis remiſſio, vt clare colligitur ex dictis legibus, ibi, *re
mita a las partes al alcalde que bien iuzgo*, vt habetur
in d. l. 9. & in l. 7. ibi, *confirme el iuyzio y embie amas
las partes al alcalde que lo iuzgo*, & hoc procedit, ſi ſen
tentia fuerit confirmatoria prioris, vel ſi prima fuit
tranſlata in auctoritatem rei iudicatæ, vt clare diſpo-
nit tex. in l. 6. tit. 17. lib. 4. quæ comprehendit vtrum-
que caſum, ibi, *Ordinamos que deſpues que el juyzio ſe
diere por el alcalde, y fuere confirmado, y paſſado en coſa
juzgada, que el alcalde que diere el juyzio lo haga cum-
plir y executar*, & ſic ad iudicem ordinarium ſpectat
executio prædictæ ſententię, de iure regio, non autem
ad iudicem appellationis, in illis duobus caſibus. Et
illud idem diſponitur in l. fi. tit. fin. lib. 5. ordinamen-
ti veteris, ibi, *ſi la ſentencia que el alcalde diere fuere con
firmada por el juez ſuperior, faga la execucion de ella
el alcalde que la pronuncio*. Et ſic prædictæ leges non
ſunt contrariæ, ſed conformes, adeo vt iudex appella-
tionis non poſſit executioni tradere prædictam ſen-
tentiam confirmatoriam, vt dubie intendit probare
9 Gutierr. ſupra, num. 7. vbi reſoluit, quod eſt commu-
nis practica, quod quotieſcunque confirmatur ſen-
tentia remittatur eius executio ad iudicem ordina-
rium, qui illam protulit, at vero ſi ſententia reuocetur,
iudex appellationis exequetur ſuam ſententiam, ſiue
ex eiſdem actis proceſſus, ſiue ex nouis probationi-
bus reuocetur, & ita practicatur in hac ciuitate
Toletana, in ſententijs prolatis à iudicibus ordi-

dinatijs, quæ poſtea reuocantur à iudice, *de las al, adas*, quæ opinio clare comprobatur, ex d.l.27.tit.23. p.3.ibi, *Y ſi entendiere qua ſe al, o con derecho, mejore el juyzio, e juzgue el principal, e nole embie à aquel alcalde que juzgo mal*, & illud tenet Azeued. in d.l.6.titu. 17.lib.4. recop.num.4.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium à tortura non eſt incipiendum.*
2 *Ex confeſſione facta in tortura ſine legitimis indicijs, licet poſtea in eadem confeſſione permanſit reus, non poterit condemnari.*
3 *Tortura repeti non poteſt ſine nouis indicijs:*
4 *Tortura repeti poteſt ſine nouis indicijs quando fuerunt vrgentiſſima, & manifeſta prima indicia.*
5 *Torturæ repetitio eſt arbitraria.*
6 *Contraria ſententia in quæſtione principali proponitur.*
7 *Lex 4. tit. 30.p.7. expenditur pro hac vltima opinione.*
8 *Suſpendere torturam poſſunt iudices, & iterum eam proſequi.*
9 *Licentiatus Peredo de Velarde prætor in regali Cancellaria Granatenſi, laudatur.*

QVÆSTIO DCXVIII.

Vtrum iudicium criminale à quæſtionibus incoari poſſit, & an reus ſemel tortus poſſit iterum torqueri ſine nouis indicijs. Communis contra communem, & quid iure regio.

1 NOn eſſe à quæſtionibus incoandum, docet nos text. in l.1. (cum alijs) ff. de quæſtin. Quod adeo verum eſt, quod ſi quis (non præcedentibus indicijs
2 legitimis) per tormenta confeſſus fuerit delictum, etiã ſi in eadem confeſſione permanſerit, nõ poterit ex tali confeſſione condemnari. Ita gl. in l. penul. ff. de quæſtionibus, quam dicit communiter approbatam Hippolytus, in d.l.1.nu.4. Thomas Grammat. conſ. crim. num.10. Boerius, deciſio.90.nu.10. Gomez Arias, in l.74. Tauri, nu.15. vbi optime loquitur, & Anto. Gomez, 3.tom. variarum, c.13.nu.25. vbi hanc dicit veram, & communem opinionem, & tenendam in iudicando & conſulendo. Et ex hac doctrina dicit Hippolytus, in l. pennlt. de quæſtion. nu.10. quod liberauit duos homines à pœna mortis in ciuitate Bononiæ, & conſequutus fuit maximum commodum, & honorẽ; quam ſententiam declarat Rolãdus, conſ.17.nu.147.
3 vol.3. Hoc viſo dubium eſt, an quando indicia ſunt à principio, ex quibus reus fuit tortus, poſſit ex eiſdem iterum torqueri. Et quidẽ poſſe, videtur probare text. in l. repeti, ff. de quæſt. quod intellige etiam ſi de nouo alia indicia non oriantur, vti tenet communis opinio, ſecundum Curt. iun. conſi.60.num.26. quam ſententiam communem, & veriorem dicit Anton. Gomez, ſupra nu.26. quæ maxime procedit, quando pri
4 ma indicia fuerunt vrgentiſſima, & manifeſta, quia tunc ſine dubio tortura repeti poteſt, & ita practicatur, ſecundum Bart. in l. vnius, §. reus, nu.2. ff. de quæſtionibus, quem ſequitur Socin. conſ.54, nu.14. lib.3. pro qua ſententia conſuluit Franciſcus Purpuratus, conſi.571. vol.2. Thom. Grammat. conſil.21.nu.5. & dicit Brunus, de indic. & tort. nu.62. in fine, quod licet verum ſit de iure, quod ſemel tortus non debet iterum torqueri, niſi perueniant noua indicia, tamẽ conſuetudo obſeruat contrarium. Pro qua ſententia facit
5 q à repetitio torturę eſt arbitraria iudici, vt tenet Bart. ſupra, in d.§. reus, quem ſequitur Boer. deciſ.163. nu. 10. Grammaticus conſi.21.nu.25. & alios refert & ſequitur Iulius Clarus, lib.5. ſententiarum, §. fi. quæſt. 64.nu.46. Greg. verb. *præſumptiones, o ſoſpecas*, in l.2. tit.30. par.7. in fine gloſſæ.

6 Sed contrariam opinionem in quæſtione principali (imo quod ſine nouis indicijs non poſſit reus torqueri) iterum aſſerit communem Abb. in reg. cum in contemplatione, nu.8. de regulis iuris, & ſequitur Dinus, in d.l. repeti, cuius opinio communiter approbatur per doctores, vt dicit Albericus, in rubr. C. de quæſtionibus, num.8. vbi dicit quod ita ſeruatur. Quam etiam opinionem dicit communem Alex. conſ.5.nu. 4.lib.1. Villalobos, in ſuo ærario communium, litera T.nu.119. Afflictus, ſup. prima parte conſtitutionum regni, rubr.27.nu.41. vbi dicit, quod ita vidit obſeruari à bonis iudicibus, & Gandinus, de malefic. tit. de quæſtionib. num.2. ſubdens, quod ita ſeruatur in practica, & idem refert Hippolytus, in d.l. repeti, num.8. Roſius, tit. de tortura, nu.42. & alios referunt Gomecius, & Iulius Clarus, ſupra, & hæc eſt magis communis opinio, & tenenda. Pro qua videtur facere, text. in
7 l.4. tit.30.p.7. (per locum ab ſpeciali) vt ſentit Greg. ibi, verb. *otro vez*, & Ciſuentes, in l.79. Tauri, verſic.
8 ſed ſi non perſeuerauerit. Solent tamen cauti iudices ſuſpendere torturam, & dimittunt reum cum proteſtatione, quod illum deponi iubent animo repetendi, & ſic ex poſt facto poſſunt ad torturam procedere, maxime ſi contra reũ negantem à principio fuerunt multum vrgentia, & manifeſta indicia. Et ita vidi practi-
9 cari, à grauiſſimo licentiato Peredo de Valerde, quondam huius ciuitatis Toleti moderatore (me præſente, & aſſociante,) *en el pleyto contra Alonſo Gomez carcelero que fue de la carcel real*, & ſic merito illius practica eſt amplectenda, quia eſt vir valde expertus, & maxime in caſibus criminalibus in iure peritus, vnde merito per regiam maieſtatem nuper fuit electus cauſarum criminalium Prætor, in regali Granatenſi Cancellaria.

SVMMARIVM.

1 *Milites, & nobiles non poſſunt torqueri.*
2 *Clericus torqueri non poteſt, niſi ſit infamatus de crimine.*
3 *Clericus per laicum torqueri non poteſt de mandato ſui epiſcopi.*
4 *Lex 56.tit.5.p.1. declaratur, pro hac ſententia, & approbatur Abbatis opinio.*
5 *Conſuetudo excuſat à pœna excommunicationis.*
6 *Laicus poteſt torquere clericum de mandato ſui epiſcopi, in defectu clericorum.*

QVÆSTIO DCXIX.

Vtrum clerico in caſibus, in quibus torqueri poteſt, ſit tortura adhibenda per laicum. Communis contra communem, & quid iure regio.

Mili-

1 M Ilites torqueri non poſſe probat text. in l.mili-
tes,C.de queſtionibus,l.2.tit.30.p.7. vbi Greg.
verb.*cauallero*, l.24.titu.21.p.2.l.4.tit.2.lib.4.ord.l.
13.tit.7.lib.2.recop.& vide Greg.in l.49.tit.5.p.5.&
notat Ang. de malefic.verb.fama publica, num.202.
& Hippolytus,in l.edictum,nu.3.ff.de queſtionibus,
Romanus, ſing.385.vbi notabiliter dicit, quod ſi de
facto tortura adhibeatur, & confiteatur delictũ,nihil
valere,quem(alijs citatis)refert & ſequitur Rolandus
(loquens in doctore)conſ.31.num.3.vol.3.& princi-
palem concluſionem tenet Ciſuentes, in l.79.Tauri,
vbi refert perſonas priuilegiatas, quæ de iure torque-
ri non poſſunt, & Tiraq.de nobilitate, c.20.nu.140.
Otalora,in eodem tract.5.princ.c.fi. num.4.Couarr.
lib.2.variarum,c.9.nu.4.Guillermus Bened.in c.Ray
nutius, verb.mortuoq; teſtatore, el 1.fallẽ.8.nu.222.
Baeça,de inope debitore,c.16.nu.16. Olanus,in anti
nomia iuris,verb.nobilis,nu.22. Azeuedo, in l.5.tit.
16.lib.2.recop. & in l.4.tit.2 lib.6.recop. qui addu-
cit 11.caſus,in quibus nobilis poteſt torqueri,& vide
Plaçam,de delictis, lib.1.c.6.nu.9. & Ioan.Garciam,
de nobilitate gloſ.1.nu.10. Paz,in ſua praxi 5.partis,
1.tom.c.3.§.12. nu.43.vbi nu.49. reſoluit eſſe com-
2 munem opinionem clericum torqueri non poſſe, idẽ
que tenet Abb.in c.cum in cõtemplatione, de regulis
iur.in Decretalibus,(niſi de crimine infamatus ſit,)cu
ius opinionem dixit communem Simancas, de catho
licis inſtitutio.tit.65.nu.47. & Didacus Perez,in l.j.
tit.3.lib.1.ordina. & dicit etiam communem Bernar-
dus Diaz,in pract.crimin.c.135.in princ. & Greg.in
in d.l.2.titu.30.p.7.verb.*cauallero*,in fi.Et vltra om-
nes hanc dicit communem opinionem Imola, in c.1.
col.2.depoſiti,& Caſſaneus, in conſuetudinibus Bur
gundiæ, rubr.1.§.5.num.6. Iulius Clarus,lib.5.rece-
ptarum ſententiarum,§.fi.quæſt.64.verſ.ſed an cleri-
cus,Gratian.reg.226.num.91.Padilla,in l.1.nu.9.C.
de iuris & facti ignor. & ab hac opinione non eſſe re-
cedendum in iudicando & conſulendo, reſoluit Can
tera, in ſuis quæſtionib. criminalib. quæſt. 11. nu.1.
in fi.Salzedo(qui alios refert)in additionibus ad Ber-
nardum Diaz,d.c.135.litera A. qui recedit ab hac cõ
muni opinione, & reſoluit contrariam eſſe in puncto
iuris veriorem,ſequendo Alciatum, in ca.1.nu.43.de
offic.ordin.& Simancas,ſupra,tit.65.nu.48. Funda-
menta tamen Alciati,dicit leuiſſima Bernardus Diaz,
vbi ſupra, in princ.nu.1. & ſic à communi opinione
non eſt recedendum in iudicando, & conſulendo, vt
tradit Abb.antiquus,in d.c.j.depoſiti, quem ſequitur
Feli.in c.de hoc,de ſimonia,nu.2. & Boerius deciſio.
163.& Cardinalis(appellans etiam cõmunem)in d.c.
1.& Hippolytus,ſingul.55. Ex quibus veriſſima con
cluſio eſt, quod clericus ſi fuerit infamatus de crimi-
ne,poſſit torqueri, alias ſecus, licet contra eum reſul-
tent aliqua indicia.Quibus ſic ſuppoſitis,dubium eſt,
3 an clericus poſſit torqueri per laicum, de mandato ſui
epiſcopi: & non poſſe, tenet glo.in c.fi.in fi.23.queſt.
5.& gloſ.fin.in c.ille qui, 5.quæſt.5. & in c.fi.35.di-
ſtinct. & in c.quia iuſta.§.presbyteri, el 1.5.quæſt.6.
quia mandans, & mandatarius in excommunicatio-
nem inciderent, vt tenet Abb.nu.6.(poſt Antonium,
& Ancharanum)in c.vniuerſitatis,de ſentent.excom
municationis,Decius,in d.c.dilecti,in princ. & Ber-
nardus Diaz,ſupra,num.6.& eſt communis opinio ſe
cundum Ripam,in d.c.decernimus, num.99.de iudi
cijs.Syluest.verb.excommunicatio, 6.§.11.& Siman
cas,ſupra,c.65.nu.49.idemque dicendum eſt de ver-
beratione,vt tenet gloſ.in d.c.1.33.quæſt.5. & proba
4 tur in l.56.tit.5.p.1.ibi, *E no deuen mandar eſtas co-
ſas à los legos que las fagan porque el perlado que lo mã
daſſe,y el lego que lo fizieſſe, amos ſerian excomulgados*,
& ſic illa lex approbat opinionem Abbatis,ſupra,nu-
me.6.& eius rationem.

Sed contrariam opinionem tenet idem Abb.in c.
vniuerſitatis,in 3.notab.de ſententia excommunica-
tionis,num.6. & hanc opinionem eſſe in practica re-
ceptam dicit Cantera,ſupra,nu.1.in fine, & dicit cõ-
munem obſeruantiam Bernardus Diaz, ſupra, nu.7.
ex mẽte Abbatis,ſupra,idem,in c.vt famæ, nu.8.quæ
5 conſuetudo à pœna excommunicationis excuſat, ſe-
cundum Aufrerium,de poteſtate ſeculari ſuper eccle-
ſiaſticas perſonas, reg.3. num.12. vol.14.tract.quod
eſt de mente Felini,in d.c.vniuerſitatis, idemque te-
net Paz,ſupra, nu.49. (qui neminem allegat pro hac
opinione,nec pro contraria) quod tamen intelligit in
6 defectum clericorum, ne alias delicta remaneant im-
punita. Et ita vidi obſeruari in duobus caſibus con-
tingentibus in hac ciuitate Toletana, & cum caſus
contingat, conſideranda eſt diſpoſitio d.l.parti,
quę à nemine ex doctoribus allegatur, nec ponde-
ratur.

QVÆSTIO DCXX.

*Vtrum ſit de ſubſtantia conſuetudinis, quod ſit ſcripta.
Communis contra communem, & quid iure regio.*

D Iximus in quæſt.584.in fine,non eſſe de ſubſtan
tia & eſſentia legis,quod ſit ſcripta. Nunc autem
dubitatur, an ſit de ſubſtantia conſuetudinis, quod
ſit ſcripta. Et partem negatiuam fatetur eſſe commu-
nem opinionem Rochus, in rubrica, de conſuetudi-
ne,num.2.

Sed contrariam ſententiam (imo quod ſit de ſub-
ſtantia conſuetudinis quod non ſit ſcripta) dicit com
munem Bart.in l.2.num.5. C.quæ ſit longa conſuetu
do,& pro hac facit text.in §.ex non ſcripto. Inſtit.de
iure naturali gentium,vel ciuili,ſed ille tex.non loqui
tur in conſuetudine,ſed in vſu, in quo eſt differentia,
quia vſus ſonat factum, & conſuetudo ius, vt tradit
Greg.in procemio,tit.2.p.1.per illum tex. ſed pro opi
nione Bart.eſt text.expreſſus de iure regio,in l.4.d.tit.
2.p.1.ibi,*coſtumbre es derecho,o fuero, que nos es eſcri-
to,el qual an uſado los hombres luengo tiempo.*

QVÆSTIO DCXXI.

*Vtrum vinum vetus pro nouo ſolui poſſit,inuito credito-
re. Communis contra communem.*

A N vinum vetus pro nouo reddi, vel ſolui poſſit
(inuito creditore) dubitat gl.in l.cum quid, ff.
ſi cert.pet. quę determinat non poſſe,argumento duo
rũ iurium,quib.probatur creditorẽ non eſſe cogendũ
accipere rẽ meliorem à debitore, cuius glo.opinionẽ
ſequitur ibi Alber.nu.7. Bal.col.2.verſ.quærit glo.Sa
licetus(poſt Richardũ) nu.5.qui hoc intelligũt,ſi cre

ditor velit expectare vinum nouum, idem tenet ibi Angel.col.3.in princ. & hanc opinionem tenuiſſe Cynum & eſſe communem, & magis communem affirmat Curt.ibi,num.8.col.2.

Sed contrariam partem (imo quod vinum vetus, inuito creditore, pro nouo ſolui poſſit) tenet ibidem Bart. (dum tamen non ſit deterius nouo,) quam ſententiam tenuerunt (ante eum) Iacobus de Rabenis, Petrus, & Oldradus, & Paulus, ibi, col.2. Socin.col.3. & Bartoli opinionem, dicit ibi magis communem Alex. col.1. idem dixit Iaſ.nu.10. & eſſe communem affirmat, num.6. in 1. lectura, & in 2. nu.10. & eam dixit communem Alciatus, nu.11. & Purpuratus, nu.41. & pro hac opinione facit, quod id quod plus eſt, vtrique tanti eſt, l.eum furti, ff.de in litem iuran. præterea, qui tenetur aliquid facere, illud melius faciendo liberatur, ita gloſ.verb.perueniſſe, in l.penult. ff.ſi ex noxali cauſa agatur. Ruſus pro hac opinione poteſt induci tex.in d.l.cum quid, nam cum potuiſſet tex.ibi dicere, vinum pro vino reſtitui non poſſe, maluit dicere, nouum pro veteri reſtitui non poſſe, quaſi à contrario ſenſu dicat, vetus pro nouo reſtitui poſſe, quod argumentum fortiſſimum eſt, in iure l.1.§. huius rei, ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſdictio, maxime quando non reſultat prauus intellectus. Et hanc opinionẽ (dicens communiorem) ſequitur Moccius, in contractibus, c.de naturalibus mutui. nu.5. à qua eſt recedendum non eſt in iudicando & conſulendo. 2

QVÆSTIO DCXXII.

Vtrum ſtatutum excludens feminas, ſit fauorabile ſtantibus maſculis. Communis contra communem, & quid iure regio.

STatutum excludens feminas à ſucceſſione parentum (exiſtentibus maſculis) ſitne abſolute fauorabile, ſine aliqua diſtinctione, in dubium verti ſolet. In qua difficultate quatuor refert opiniones Soc.iun. cõſi.1.num.46.lib.1. Et quod ſit indiſtincte fauorabile, facit, quia principalis intentio conditorum fuit, vt in perſonis maſculorum familiæ conſeruarentur, vt in l.1.in fi.ff.de ventre inſpiciendo, ibi, *vt ordinum dignitas, familiarumq; ſalua ſit*. Et licet hoc vergat in odiũ feminarum, quo nomine poſſit ſtatutum odioſum iudicari, vt in l.maximum vitium, C.de liber.præter. verum eum per maſculos dumtaxat familiæ conſeruentur, vt in princip.Inſti.de legitima agnator.ſucceſſio. & in §.1.Inſtit.de patria poteſtate, videtur fauorabile iudicandum abſolute, prout referunt voluiſſe Dyn. in l.1.C.ad l.Iuliam, de adult.quæſtio.fin. cuius opinionem teſtatur eſſe communem Anania, conſ.69. & illam dicit communem Dec.nu.6. Alciatus, num.19. in l.venia, C.de in ius vocando.

Sed contrariam ſententiam (imo quod non ſit indiſtincte fauorabile tale ſtatutum, ſed odioſum ex parte feminarum, & fauorabile ex parte maſculorum) tenuit Paulus, in l.ſi quis nec cauſam, in principio, nume.5.ff.ſi certum petatur, & (ante eum) hanc partem defendit Bald.in d.l.venia, prope finem, & ibi Franciſcus Curt.nu.18. qui hanc dicit magis communem opinionem, dicens obſeruari in praxi ſicut euangelium, & ſequitur Gozadinus, conſ.37.num.12. Alex. conſil.128.nu.3.lib.1. Gregorius, in l.5.tit.13.par.6. verb.*mugeres*, (per illum text.) & hanc dicit communiorem opinionem, & illã ſequitur (pluribus citatis) Mieres, de maioratu, 2.p.quæſt.6.num.95.col.5. vbi etiam refert tertiam opinionem, dicens hãc vltimam in iudicijs eſſe ſequẽdam. Et ſi velis cognoſcere quando aliqua diſpoſitio ſit principaliter fauorabilis, vel odioſa, vide elegantem diſtinctionem Aretini, in d.l. venia, num.3. dicentis, quod ſi agatur de re diuiſibili, poteſt diſpoſitio ex vna parte dici odioſa, & ex altera fauorabilis: ſi vero de re indiuiſibili, tunc oportet venire ad coniecturas, vt appareat, quæ fuerit principalis intentio ſtatuentium. Quæ omnia ſunt menti tenenda. 1

QVÆSTIO DCXXIII.

Vtrum de iure digeſtorum competat exceptio non numeratæ pecuniæ. Communis contra communem.

SI quis ſpe futuræ numerationis, centum ſe accepiſſe eſſet confeſſus, non numeratæ pecuniæ exceptionem ei competere, nemo eſt qui neget, quoniam illud compertiſſimum eſt ex §.vnico, Inſti.de literarum obligationibus, & in §.idem iuris, Inſtit.de exceptionibus: quibus conſonat text.de iure regio, in l.56.tit.5.p.5. vbi late proſequitur Gregorius. Sed an iura Digeſtorum hanc exceptionem agnouerint, dubium eſt non facile, quoniam ad illa quoque iura hanc exceptionem retulit gloſ.in l.non figura, ff.de actionibus & obligat. pro qua ſolet expendi text.in l.2.§.creditum (ſecundum vnum intellectum) ff.ſi cert.pet. quẽ conſtat eſſe communem, ſecundum Iaſ.in l.1.in princ.ff. de verbor.oblig. quam opinionem (ſequendo Accurſium, contra omnes) tenet Acoſta, in l.ſi ex cautione, num.2.C.de non numer.pecu.

Sed cõtrariam partem (imo quod exceptio illa non fuerit cognita de iure Digeſtorum, tenent Petrus, & Barto.in d.l.non figura, quorum opinionem conſtat eſſe communem ex Emanuele Acoſta, in d.l.ſi ex cautione, col.3.& 4.nu.2. quã etiam tenet Cynus, in l.generaliter col.2.C.illo tit. Fulgoſius, in l.cũ fidem, & in d.l.generaliter, nu.9.& ibi Paul⁹, col.3. Fortunius, in l.ſi vnus, §.pactus ne peteret, num.10.ff. de pactis, vbi aſſignat rationem. Verior tamen videtur ſententia Accurſij, ex fundamẽtis traditis per Acoſtam, ſup. maxime per tex.in §.1. Inſtit.de literarum obligatio. & vide quæ diximus, in quæſtione 38. vbi late proſequimur hanc materiam, tam de iure communi & ciuili, quam canonico, & regio.

SVMMARIVM.

1 *Res furtina condici poteſt.*
2 *Rem ſibi dari nemo poteſt petere, præterquam à fure.*
3 *Fur & moroſus æquiparantur.*
4 *Qui eſt dominus alicuius rei, non poteſt amplius effici dominus.*

QVÆSTIO DCXXIV.

Vtrum condictio furtiua competat domino. Communis contra communem.

Maxi-

MAximum dubium eſt apud doctores, an condictio furtiua cōpetat domino. Et glo. in l. ſi quis nec cauſam, §. res pignori, ff. ſi cert. pet. (vbi Barto. ex
1 ſententia Butricarij) eleganter diſtinguit, quod aut condictio conſideratur ex parte agentis, & tunc poſſit res furtiua condici, ratione dominij: aut ex parte conuenti, & tunc ratione poſſeſſionis condici poteſt. Cuius diſtinctionem probat ibi Paulus, & eam eſſe cōmunem teſtatur Socinus, col. fi. & etiam Riminaldus, ibi, col. 5. & dixit ibi communem Curtius, col. 1. Butigella, col. 5.

Sed contrariam ſententiam (imo quod reſpectu actoris, etiam detur condictio contra furem) tenet ibi Fulgoſius, & hanc eſſe communem contra Bart. teſtatur ibi Iaſ. col. 2. & eam defendit Curtius, & etiā Gomecius, num. 28. & in §. ſic itaque diſcretis, Inſtit. de
2 actio. pro quibus optime facit tex. in d. §. ſic itaq;, vbi ponitur regula, quod nemo poteſt petere rem ſibi dari pręterquam à fure, vt igitur exceptio ſit bona, oportet intelligere text. vt à fure poſſimus petere rem dari nobis, etiam ratione dominij. Praeterea facit, quia fur,
3 & moroſus æquiparātur, vt in l. inter ſtipulantem, §. Stychum qui deceſſit, de verbor. oblig. Igitur vt in odium à moroſo res iam perempta peti conceditur, vt in l. ſeruum, §. fi. ff. eod. tit. ita contra furem permittitur, vt ratione translationis dominij conueniatur, li-
4 cet videatur impoſſibile, vt ſemel dominus, iterum à fure dominus conſtituatur, vt in l. ſequitur, §. lana, ff. de vſucapionibus.

QVÆSTIO DCXXV.

Vtrum exceptio non ſolutæ gabellæ poſſit opponi in quacunque parte litis. Communis contra communem, & quid iure regio.

EXceptionem excommunicationis poſſe opponi in quacunque parte litis, & ea poſita impedire vlteriora proceſſus, probat nobis tex. in c. pia, de exceptionibus, lib. 6. clem. 1. eod. tit. Dubium tamen eſt, an ſit idem in exceptione banni, vel non ſolutæ gabellæ, quod ea poſita impediatur proceſſus, vlterius tamen non oppoſita, valeat? Et valere proceſſum ea nō oppoſita, & eſſe idem quod in exceptione excommunicationis, voluit Barto. in l. eleganter, §. ſi quis poſt, nu. 6. ff. de condict. indeb. vbi Alex. nu. 5. in fi. teſtatur opi- 1
nionem Barto. communiter teneri. Pro qua opinione poteſt induci text. de iure regio, in l. 19. tit. 17. lib. 9. 2
recop. vbi gabellarius tenetur petere gabellam, & donec ab ipſo petatur, venditor eſt tutus in foro animę, maxime ſecundum conſuetudinem Hiſpaniæ, vt tradit Angles, in floribus theologicarum, tit. de vectigalibus, in 1. dubio.

Sed contrariam ſententiam (imo quod proceſſus factus cum bannito, vel non ſoluente gabellam, ſit ipſo iure nullus etiam non oppoſita exceptione) tenuit Iaco. de Arena, quem refert & ſequitur Ioannes And. in additio. ad Speculatorem, tit. de probatione ſententiæ, §. iuſta, verſ. item eſt nulla, cuius opinionem dixit eſſe cōmunem Alex. in l. 1. §. 1. nu. 2. ff. ad Treb. & hāc communem contrariam dicimus à Iaſ. in d. l. eleganter, §. ſi quis poſt, nu. 6. in fi. pro qua ſententia adduci etiam poteſt tex. in l. 31. tit. 19. lib. 9. recop. vbi ſeruata ſolemnitate illius legis, gabella debetur in foro conſcientiæ, licet non petatur, vt docet Couarr. in regula, peccatum, 2. par. §. 5. num. fi. Menchaca, de ſucceſſionum creatione, lib. 3. §. 28. num. 28. Soto, lib. 3. de iuſtitia & iure, quæſtione 6. artic. 7. & Menochius, caſu. 397. quos refert & ſequitur Laſarte, *de alcaualas*, capite 18. num. 39.

QVÆSTIO DCXXVI.

Vtrum per pœnam impoſitam ab ſtatuto, tollatur pœna impoſita de iure communi. Communis contra communem.

PEr pœnam impoſitam ab ſtatuto, non eſſe receſſum à pœna iuris communis, tenuit Bart. in l. 1. ff. vi bonor. rapt. idem tenuit Bal. in l. in eum, C. de furt. & hanc dicit veram, & communem opinionem Abb. in c. de cauſis, col. penul. verſ. aduerte altius, de offic. deleg. dixit etiam communiter teneri Cynus, in l. qui ſepulcri, C. de ſepulcro viol. prout eum refert Ioannes Baptiſta de ſancto Seuerino, in repetitio. l. omnes populi, num. 177. ff. de iuſtitia & iure.

Sed contrariā ſententiam (imo quod cenſeatur eſſe receſſum à pœna iuris communis) tenet Bald. in l. data opera, col. 6. C. qui accuſ. non poſſ. Albericus. 1. parte ſtatutorū, q. 8. Corneus, conſ. 114. lib. 2. & pro hac opinione conſuluit Franciſcus Purpura, conſil. 465. num. 1. vol. 2. & dixit ſeruari per totum mundum. Decius (poſt Albericum, & Paulum) in d. c. de cauſis, nu. 14. in fi. Et hæc eſt magis communis, & æquior, ſecundum Hippolytum, in pract. crim. §. ſequitur, nu. 6. & hanc videtur ſequi Henricus Boteus, in tract. de Synodo, 3. p. ar. 1. concluſ. 13. nu. 236. vbi refert hanc cōmunem contrariam, & dicit hanc tenere omnes DD. Carrerius, in ſua practica, in §. circa itaque, num. 14. pag. 519. & tradit hanc communem contrariam Auiles, in cc. pp. cap. 17. verb. *hes dura*, num. 19. & Iulius Clar. lib. 5. ſenten. §. fi. queſt. 85. verſ. debet, & pro hac opinione eſt tex. in l. qui cum vno, §. qui poteſt. verſ. nam exequi, ff. de re militari, quę opinio verior & æquior eſt, & tenenda.

SVMMARIVM.

1 *Tranſmiſſio, quæ fit ex potentia ſanguinis non habet locum in filio emancipato.*
2 *Pater filio emancipato pupillariter ſubſtituere non poteſt.*

QVÆSTIO DCXXVII.

Vtrum diſpoſitio l. ſi. C. de repudianda hereditate, procedat in filio emancipato. Communis contra communem, & quid iure regio.

LEgem fi. C. de repud. hereditate, in quantum diſponit, filium abſtinentem, à paterna ſucceſſione, poſſe intra triennium reuocare abſtentionem, habere locum in filio emancipato (ſublata hodie differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis) aliqui tenuerunt, inter quos ſignanter Paulus, in lege ſi emancipata, Cod. de iuris, & facti ignorantia,

rantia, quæ ſententia placuit gloſſæ, verbi paternam, in d.l.fi.quam communiter teneri firmat Iaſ.in d.l.ſi emancipata,num.2.

Sed contrariam ſententiam(imo quod prędicta lex fi.etiam hodie nōn habeat locum in filio emancipato) tenuit gl.in d.l.ſi emancipata,quam ibi ſequitur Bar. & eſſe communem opinionem firmat Alex.in d.l.fi. num.4. & eam dicit communem Guillermus Bened. in c.Raynutius,de teſtam.verb.mortuo itaque teſtatore,el 2.nu.135.& Guillermus Maynerius, in l.nemo
1 poteſt mutare,nu.110.ff.de reg.iur.pro qua ſententia optime facit,quod tranſmiſſio quæ fit ex potentia ſuitatis,non habet locum in emancipato,vt eſſe communem opinionem teſtatur Alexan.col.penult.& Corn. nu.4.in l.ſi fratris,C.de iure delib. & in l.ſi emancipati,C.de collatio. Aretin.in l.ventre, nu.9.ff.de acquit. hered. & dixit etiam communem Iaſ.in l.ſi filius qui patri, num.16.ff.de vulgari, idem in l.ſi emancipata, col.2.C.qui admitti. Alexan.in l.ſub conditione,ff.de lib.& poſthum.dicit etiam communem Ioannes Crotus,nu.98.Fortunius Garcia, num.224.in l.Gallus,§. & quid ſi tātum,cod.tit.& Iacobin.de ſancto Georg. in l.fi.col.2.C.de repudianda hered.ſuper quō tamen relinquit Bart.cogitandum, in d.l.ventre, & videtur tenere contrarium, in l.quod dicitur, §.ſuum heredē, ff.de acquit.heredi.& in auth.ingreſſi, nu.5. C.de ſacroſanc.eccleſ. Præterea facit pro hac opinione,quod
2 nec hodie licet patri filio emācipato pupillariter ſubſtituere,vt voluit Bart.in d.l.moribus,nu.7.ff.de vulgar. cuius opinionem dicit communem Segura, in l. cohered.§.cum filiæ,num.8.de vulgari, & eſt text.de iure regio,in l.5.tit.5.par.6. vbi notat Gregor.verb. *en ſu poder*,allegans Couarr.in cap.Raynutius, §.5.de teſtamentis.

SVMMARIVM.

1 *Qui non vult conferre, non videtur bonorum poſſeſſionē repudiare.*
2 *Legatum non cenſetur repudiatum,etiamſi legatarius dicat ſe nolle legatum ad ſe pertinere.*
3 *L.filij matrem, §.1.ff.ad Treb.declaratur, & limitatur in num.6.*
4 *Bartolus de contrarietatē arguitur.*
5 *Lex 8.tit.6.p.6.declaratur pro hac vltima opinione.*
6 *Verba enunciatiua non diſponunt.*
7 *Tempus ad adeundam hereditatem eſt deſignandum à iudice.*
8 *Iudex poteſt tempus legale ad adeundam hereditatem abbreuiare.*

QVÆSTIO DCXXVIII.

Vtrum dicens,nolo adire hereditatem, videatur repudiare. Communis contra communem, & quid iure regio.

DIcens ſe nolle adire hereditatem,non videtur illam repudiare,niſi annus poſtea labatur. Ita Bar. (poſt gloſſam)in l.cum ignorantia, C.de iuris & facti igno.idem in l.fi.C.de repud.hered.1.quæſt. idem in l.ſi quis ſuus, nu.5. ff.de iure delib. & ibi Paul.nu.5. Angel.in repet.l.qui ſe patris,nu.3. C.vnde lib.& ibi hanc opinionē tenuit Butricarius, quem ibi refert,& ſequitur Bald.col.2. ſubdens eam ſeruari in palatijs, quod idem ſaltim de palatijs Bononienſibus conſuetudine firmat ibi,Cynus,prima oppoſ.& Alber.nu.2. vbi Curtius,num.27. hanc dicit eſſe communem opinionem, & dixit etiam ibi communem Grcad.n.77. & Falianus,nu.64.Padilla,in l.cum ignorantia, num. 41.C.de iuris & facti ignor. & Menochius,de arbitr.
1 caſu 469.num.61. Et pro hac parte optime facit tex. in l.nonnunquam, ff.de collatio.bonor.vbi is qui dixit ſe nolle conferre,non videtur poſſeſſionem bonorum repudiaſſe,ſi poſtea cautionem de cōferendo ve-
2 lit offerre. Præterea facit optime text. in l.Titius, in princ.(iuxta glo.verb.*noluiſſet,*)ff.de actionib.empti, vbi ex eo quod quis dixerit, nolle legatum ad ſe pertinere, niſi heredem quoque petitione legati liberauerit,non cenſetur legatum repudiatum.

Sed his non obſtantibus, contrariam ſententiam (imo quod per illa verba inducatur repudiatio)tenet crebrior opinio, propter deciſionem tex.in l.filij ma-
5 trem, §.1.ff.ad Tertyl.ibi, *antequam conſanguineus, vel agnatus adierit.*Quia ſi ex illis verbis non eſſet inducta repudiatio,nō admitterentur ſequentes in gradu,vt in l.1.§.quibus, ff.de ſucceſſorio edicto, melior tex.in l.ſi filius,§.cum filius, ibi, *quod ſine dubio*, ff.de
4 bonis libert.& ita hāc partem tenet Bart. (præter mortem ſibi contrarius)in d.l.filij matrem, §.1.ff.ad Tertyl.& ſequitur eam Petrus, Cynus, Baldus, & Fulgoſius,in d.l.cum ignorantia, nu.2.Iacob.de Aren. Petrus,Cynus, Raynerius,& Albericus,in d.l.qui ſe patris,& ibi Alex.num.7.Iaſ.num.41. & videtur communis opinio ex Decio, ibi,nu.17. in quantum dicit in ea reſidere Iaſ.& Modernos, & ſatis aperte eſſe cōmunem ibi oſtendit Paulus de Montepico, num.41.
5 & pro hac ſententia poteſt expendi tex. de iure regio, in l.8.tit.6.p.6.vbi Grego.verb.*recebir*. Prima tamen opinio verior videbatur de iure cōmuni, neque in contrarium obſtat text.in d.l.filij matrem, §.1.ff.ad Tertyllian.nam poſſunt adaptari illi plures intellectus,in
6 quantum admittit ſequentem in gradu;nam ex Salic. in d.l.qui ſe patris,nume.10.ibi,illa verba, *ſi agnatus*, ſunt enunciatiua, & non diſpoſitiua, & ita non probant,vt in l.ex hac ſcriptura,ff.de nouationi.& in l.ex his verbis, C.de teſtam.milit.quod argumentū in verbis quoq; legis debet admitti, vt videtur probare tex. in c.ſi Papa, de priuileg.lib.6.glo.etiam,verb.non teneris. in c.2.de dolo & contu. eod.lib. & eſt doctrina Bart.in l.extat,col.fi.ff.quod met.cau.& alium intellectum aſſignat ad illū text. Dec.vbi ſup.& alium Fabius,ſupra,nu.73. verſ. ſecundo reſpondetur, & vide
7 ha.tit.6.p.6.vbi deſignatur tempus ad adeundam he-
8 reditatem, vbi Gregor.verb.*alomenos*,diſputat,vtrum iudex poſſit illud tempus abbreuiare, & Parladorius, libro 2.rerum quotidianarum, cap.fi.4.par.§.1.nu.6 eſt tamen communis practica quod ſic, vt diximus in quæſt.714.

QVÆSTIO DCXXIX.

Vtrum in creditore conficiente inuentarium defuncti, confundantur actiones. Communis contra communem,& quid iure regio.

Actio

334

ACtio confunditur, ſi creditor ſuccedat debitori, & è contra. Ita probat tex. in l. debitori, C. de pactis, l. licet, C. ad leg. Falcid. l. penult. ff. de hereditarijs actio. l. ſi vxorem, C. de bon. auctorit. iudic. poſſ. l. 15. tit. 6. lib. 3. fori. Gregor. in l. 8. tit. 6. p. 6. vbi etiã Muntaluus. Et rationem aſſignat Padilla, in l. cum ſecundum, num. 12. C. de fideicom. vbi ampliat 8. modis, & alijs 8. reſtringit, & Gratian. ampliat tribus modis. & 7. limitat, in reg. 11. & Duẽnas, reg. 18. vbi limitat, quando heres confeciſſet inuentarium, ex gl. 2. in d. l. debitori, quam ſequitur ibi Bald. num. 2. vbi Iaſon & Alex. & eſt communis opinio, ſecundum Alex. in l. fi. §. in computatione, C. de iure deliber. num. 5. & illam tenent Cynus, Bart. Salicetus, & Cumanus, in d. l. debitori, pro qua ſententia facit gloſ. verb. confundantur, in d. §. in computatione. & dicit etiam cõmunem opinionem Hieronymus Gratus, conſil. 63. num. 10. lib. 2. Greg. in d. l. 8. & Dueñas, & Padilla, & Gratia. ſup. num. 5.

Sed contrariam opinionem dicit magis communem Franciſcus Curtius, in repetitio. d. l. debitori, nume. 10. quæ placet Alex. & modernis, ibi, num. 12. Primam tamen opinionem hodie approbat d. l. 8. titu. 6. p. 6. in fine, ibi, *E ſi aquel que es eſtablecido por heredero ouieſſe alguna demãda, o el deuieſſe alguna coſa aquel que le eſtablecio por ſu heredero, en ſaluo le finca la demanda, o aquello que la deuia el teſtador, ſi el inuentario fiziere.* Per quam legem hæc opinio nullam habet difficultatem, & ſic communiter practicatur.

QVÆSTIO DCXXX.

Vtrum bona fides præſumatur in præſcriptione iurium incorporalium. Communis contra communem.

IN præſcriptione rerum corporalium, bonam fidem ſemper interuenire, præſumit tex t. in l. penult. C. de euictionibus, & hanc opinionem tenet gloſ. in prin. Inſt. de vſucap. & hanc dicit communem opinionem Curtius, conſ. 28. num. 4. dum tamen illa bona fides allegetur, per tex. in l. ſi adulterium cum inceſtu, §. idẽ Pollioni, ff. ad leg. Iul. de adulter. & nos diximus in quæſt. 657. Dubium tamen eſt, an in prȩſcriptione ſeruitutum ſit idem. Et quod non præſumatur bona fides, tenet glo. vnica, verb. vſus ſit, ibi, ſed poteſt dici contra, in l. 1. §. 1. ff. de itinere actuque priuato, quam ibi ſequitur Bart. num. 12. reprehendens Dinũ, quod tenuerit contra gloſſam, cum qua tenet etiam ibi Angelus de Peruſio, qui tamen falſo ſibi perſuadet, ſufficere præſcribenti, allegare bonam fidem, & opinionẽ illius gloſſæ tenuit etiam Faber, in §. æque ſi agat, nu. 23. Inſtit. de actionibus, Aretinus, conſ. 30. dub. 2. Alciatus, in præſumpt. 3. reg. 3. num. 6. & hanc dicit cõmunem Panormitanus, in ca. ſi diligenti, num. 18. de prȩſcriptionibus, & illam tenet Cynus, in l. 1. C. de ſeruitutibus & aqua, vbi etiam Bald. col. fi. verſ. quæro vlterius, dicit hanc eſſe veritatem, & illam dicit magis communem Balbus, de præſcriptionibus, 2. p. 4. par. princip. quæſt. 1. num. 10.

Sed contrariam opinionem (imo quod bona fides præſumatur) tenet Cynus in d. gl. legis 1. §. 1. de itinere actuque priuato, & hanc dicit communem Martinus Laudenſis, in l. ſeruitutes prædiorum, num. 14. ff. de ſeruitutibus, & dicit etiam cõmunem Albericus, in d. l. 1. num. 4. de itinere, actuque priuato. In præſcribenda autem libertate, aduerſus ſeruitutem impoſitam, vel acquiſitam (ſicuti in rebus corporalibus) videtur bona fides præſumenda, quia facilius res ipſa reuertitur ad ſuam naturam, vt in l. ſi vnis, §. pactus ne peteret, verſ. quod in ſpecie, ff. de pact. & in l. 2. cum gloſſa, C. de inofficioſis donatio. quod ita tenet Albericus, in l. 1. ff. de ſeruitutibus, & aqua, nu. 1. & Abb. vbi ſupra, & Florianus, in l. ſeruiture, ff. de ſeruitutib. & Padilla, in l. ſi quas actiones, nu. 37. C. de ſeruitutibus & aqua, vbi reſpondit ad difficultatem, quam videtur facere text. in l. ſequitur, §. ſi viam, ff. de vſucapionibus. Et vide de iure regio l. 16. tit. 31. par. 3. vbi Gregor.

QVÆSTIO DCXXXI.

Vtrum in executione ſententiæ, ſit neceſſaria porrectio libelli. Communis contra communem.

IN executione alicuius ſententiæ, an ſit neceſſaria porrectio libelli, in dubium verti ſolet: & gl. verb. exercere, ibi, verb. *vel dic*, in l. qui de inofficioſo teſtamento, videtur inſinuare in tali executione libellum non eſſe neceſſarium, ſed ſtatim ſententiam quaſi qua ſi petitione executioni eſſe cõmittendam. Idem tenet gloſ. verb. *reſtitui*, in l. minor a 5. annis, ff. de minor. & hanc opinionem tenet Cuman. in l. intra dies, ff. de re iud: & ibi Imola, nu. 4. Alex. col. 2. Iaſ. num. 6. vbi Zaſius, col. fin. aſſerit ita ex conſuetudine ſeruari. Et hãc opinionem quidam referunt ex Bal. prout tenet Rodericus Xuarez eſſe verã, in l. poſt rem iudicatam, in 2. notab. col. 2. fol. 114. in antiqua impreſſione. Et re vera tenet illam Bald. in l. tale pactum, § fi. ff. de pact. & illam ſequitur Antonius in c. 1. de litis conteſt. vbi etiam Marianus, num. 41. Felinus, nu. 7. qui poſt Marianum affirmat, hanc eſſe communem opinionem, quam ſequitur Greg (alijs citatis) in l. 1. tit. 27. par. 3. verb. *de el quedio.*

Sed contrariam opinionẽ (imo quod ſit diſtinguendũ, an agatur actione iudicati pro executione, & tunc requiritur oblatio libelli) vt in auth. offeratur, C. de litis cõteſtatio. aut intentatur officium iudicis, & non requiritur, ſed procedit prima opinio, vt in l. à diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudic. Quam diſtinctionem poſuit Bar. in d. l. intra dies, vbi Cumanus, col. 2. Imola, num. 4. Iaſ. col. 1. Ripa, nu. 3. teſtatur hanc eſſe communem opinionem, quam etiam tenet Bar. in l. 2. C. de executione rei iudicatæ, vbi illã ſequuntur Bal. Salic. nu. 2. dicentes communem, quam etiam ſequitur Lanfrancus de Oria. de interlocutione & appellatione, nu. 62. vol. 8. tractat. & Iaſ. in l. 1. C. de iudic. licet cõtra ſecundam partem diſtinctionis ſoleat adduci text. in d. l. intra dies, in verb. *agi*, cuius natura eſt inducere ordinem iudiciorũ, vt in l. licet, §. ſi plures, iuxta gloſ. verb. agatur, ff. de procurator. Solet etiam eodem argumento induci text. in l. 1. ff. de edendo, & in l. 1. C. quando ex facto tutoris, text. etiam in l. item veniũt, §. idem recte, ibi, *poſt ſuſceptum iudicium*, ff. de petitio. heredit. Nam quando iudicium ſuſcipitur, litem oportet conteſtari, vt in d. l. 1. C. de iudic. vbi notant doctores.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Delegatus principis poteſt exequi ſuam ſententiam.*
2 *Delegatus à iudice ordinario, non poteſt exequi ſuam ſententiam.*
Delegatus à principe, & ordinarius æquiparantur.
4 *Iudex delegatus poteſt implorare auxilium iudicis ſecularis.*
5 *Iudices ordinarij eccleſiaſtici, implorant auxilium iudicis ſecularis.*
6 *Delegatus ab inferiore non exequitur ſuam ſententiam.*
7 *Procurator eſt ſimilis delegato.*
8 *Procurator non poteſt petere executionem ſententię, quæ concluſio tripliciter limitatur.*
9 *c. quiſquis, 2. quæſt. 6. declaratur.*
10 *Delegatus, per modos cōgruentes poteſt ſuam exequi ſententiam.*
11 *c. cum veniſſet, de eo qui mittitur in poſſeſſionem, declaratur.*
12 *Delegatio eſt ſtricti iuris.*
13 *Delegatus poteſt in expenſis condemnare.*
14 *Iudex arbiter non poteſt ſuam exequi ſententiam.*

QVÆSTIO DCXXXII.

Vtrum delegatus ab inferiore poſſit ſuam exequi ſententiam. Communis contra communem.

DElegatus à principe, quod non poſſit exequi ſuā
ſententiam, reſoluit gloſ. in l. à diuo Pio, ff. de re
iudica. (per illum text.) ibi, *à ſe*, quæ verba ad diuum
Pium relata, optime probant eius opinionem.
1 Sed contrariam opinionem (imo quod talis delegatus
poſſit ſuam exequi ſententiam) tenuit glo. verb.
iure ſua poteſtatis, in l. ſi quis miſſus ff. ne vis fiat ei, &
pro hac etiam parte expendit text. glo. ibi, verb. *mancipante*,
in l. fi. C. de iu lib. vbi idem tenet Bart. col. 1.
Paulus, num. 3. & Angelus, eod. num. 3. dicens Bartolum
feciſſe magnum feſtum de illo text. pro hac parte,
quam etiam tenet ibi Iaſ. nu. 5. dicens communē,
& eandem tenet Bart. in d. l. à diuo Pio, col. 1. Angel.
col. 1. vbi aſſerunt eſſe communem Cumanus, nu. 4.
Imola, num. 2. & hanc dicit receptam ſententiam Panormitanus,
in c. ſignificaſti, num. 5. de offic. delega.
vbi Felinus, num. 2. Maranta, de ordine iudicior. 4. p.
5. diſtinctio. num. 43. & 6. p. c. de executione, num. 4.
& ſequitur Gratia. reg. 416. num. 3. pro qua opinione
adducit Bart. in d. l. à diuo Pio, text. in authentico, de
exhib. reis, §. ſi vero. Quæ licet vera ſit & communis,
minime tamen comprobatur per iura, à Bart. allegata:
nam text. in d. l. fi. non ſolum agit de delegato prin
2 cipis, ſed de delegato ab ordinario, qui ſuam ſententiam
exequi non poteſt, vt ex infra dicendis apparebit,
& verba illius tex. ſcilicet, *executorem negotij*, non
de delegato ſunt intelligenda, ſed potius de executoribus,
qui à iure erant determinati ad executionē ſententiarum,
vt in authentico, de iudicibus, §. vnoquoque,
collatio. 6. Pro communi autem opinione bene
3 facit, quia delegatus à principe, & ordinarius æquiparantur,
vt in l. à iudice, C. de iudic. & ita hanc partem
dixit communem Alexan. in l. 1. num. 31. ff. de offic.
eius cui mandata eſt iuriſdictio. de iure autem canonico,
nemini dubium eſt, quin delegatus à principe
poſſit ſuam exequi ſententiam, & ita videtur probare
text. in d. c. ſignificaſti, vbi Abb. num. 5. & Gratian. ſupra,
nu. 3. Eſt tamen aduertendum, quod non poterit
prædictam ſententiam exequi manu militari, quia in
eo non habet locum tex. in l. qui reſtituere, ff. de rei vē
dicatio. ſecundum Innocentium, in d. ca. ſignificaſti,
nu. 3. vbi Abb. nu. 9. & Felinus, nu. 3. teſtantur hanc
eſſe communem opinionem, & illam tenet Angel. in
d. l. qui reſtituere, col. 1. affirmans ſe ita practicaſſe:
idem tenet etiam Curtius, in l. iubere cauere, nu. 18.
ff. de iuriſdict. omn. iudic.
4 Sed contrarium tenet Romanus, in l. 1. ff. eod. (&
male.) Dubium tamen eſt, an talis delegatus poſſit inuocare
brachium ſeculare. Et non poſſe conſtanter aſ
ſeuerat Archidiaconus, in c. vt inquiſitionis, §. deniq;
de heretic. lib. 6 & hanc opinionem ſequitur Alberic.
num. 5. Paulus, num. 4. in l. epiſcopale, C. de epiſcop.
audientia. Verior tamen opinio eſt quod poſſit implorare
brachium ſeculare, vt tenet gloſ. verb. conſeruatores,
& verb. defendere, in cap. 1. de offic. deleg. in 6. &
hanc opinionem tenet Archidiaconus (ſibi cōtrarius)
in c. adminiſtratores, nu. 223. quæſt. 5. & tenet etiam
Innocentius, in d. c. ſignificaſti, nu. 2. verſ. imo quod
plus eſt, de offic. delega. vbi affirmat eſſe communem
opinionem Abb. num. 8. Dec. nu. 4. & ſequitur ibi Felinus,
num. 2. qui dicit eſſe optimum text. pro hac opinione,
in c. dilecto filio, de ſentent. excom. lib. 6. (qui
minime probat illam ſententiam) eam etiam tenet Oldradus,
conſi. 89. num. 6. & conſ. 278. nu 9. & conſil.
319. num. 5. & aſſerunt eſſe communem opinionem
Palatius Rubeus, in cap. per veſtras, 2. notab. §. ſed eſt
pulchrum, num. 17. & Bermondus, de publicis con-
5 cubinarijs, col. 301. Brachium autem ſeculare implorant
iudices ordinarij eccleſiaſtici, vt in c. 1. de offic.
ord. cap. 2. de clerico excommunicatō miniſtrante, &
eſt etiam text. (non ſolitus allegari de iure ciuili) in l.
fi. de relig. & ſumpt. fun. ibi, *epiſcopis locorum hoc prouidentibus,
& præſidium auxilio vtentibus*, de iure autē
regio eſt text. in l. 4. tit. 1. lib. 3. ordinam. vbi late Didacus
Perez, Menoch. de arbitrar. caſu 459. num. 4. Segura
de Aualos, in directorio iudicum eccleſiaſticorum,
a. p. cap. 131. num. 30. cum ſeq. vbi late proſequitur
materiam inuocationis brachij ſecularis, & qualiter
ſit facienda, & Ioannes Redin, de maieſtate principis.
num. 145. fol. 32.
6 Quibus ſic ſuppoſitis, dubium eſt in quæſtione
principali, in qua ſunt communes contrariæ, an delegatus
ab inferiore poſſit ſuam exequi ſententiam (ſicut
diximus poſſe delegatum à principe.) Et poſſe interlocutoriam
exequi tenet Barto. num. 19. in l. à diuo
Pio, ff. de re iudicata: diffinitiuam autem non poſſe,
ſed illius executionem eſſe deuoluendam ad delegantem.
Ita videtur probare text. in l. à diuo Pio, & in l.
properandum, iuncta gloſſ. verbo, maiorem, Cod.
de iudicijs, & in cap. ſi quis contra clericum, ibi, *à quibus*,
de foro competenti. Et facit, quia poſtquam
ſententiam dixit, functus eſt officio ſuo, l. ſi vt proponis,
Cod. quomodo, & quando iudex, la 1. l. Paulus,
l. iudex poſteaquam, ff. de re iudicata. Facit etiam,
quia executio ſententiæ, eſt meri imperij, l. imperium,
l. iubere, cauere, ff. de iuriſdictione omnium iudicū.
At vero ea quę ſunt meri, vel mixti imperij non
tran-

Digitized by Google

tranſeunt in delegatos, l. 1. in princ. ff. de offi. eius cui
mandata eſt iuriſdictio, & ſic videtur adempta dele-
gato. Quam opinionem firmat expreſſe gloſ. & Bart.
ibi, nu. 14. & gloſſa fi. in fine, in d. l. qui reſtituere, &
illam eſſe communem firmat Anchar. num. 7. Imola,
nu. 5. Felinus, nu. 4. in d. c. ſi quis contra cler. Et rur-
7 ſus facit pro hac opinione, quia procurator (qui ſimi-
lis eſt delegato, vt in l. quia. ff. de iuriſdictiune omn.
iud.) qui habet poteſtatem litem proſequendi, nõ ha
bet poteſtatem exequendi ſententiam. l. hoc iure. ff.
de ſolut. vbi Bart. id multum notauit, dicens ſe aliqñ
ita reſpondiſſe, pro qua ſententia facit optime tex. in
l. ſed ſi tamen, ff. de pactis. Verum tamen eſt, quod ſi
procuratori petenti hoc, non eſſet obiectum, valeret
executio ab illo petita, tex. ſingularis in l. ſi procura-
tor meus, ver. 1. ff. de procur. Quod tñ fallit qñ procu
rator eſt in rem propriã, quod apertiſſime in illa lege
probatur, & ex traditis per Baldum, in l. 1. C. de actio
nib. & obligation. vbi reſoluit, quod in procuratore
in cauſa propria transfertur dominium, & ſic reputa
tur verus dominus. Limita etiam, ſi talis procurator
magnas expenſas in lite feciſſet, & dominus non eſſet
ſoluendo: nam tunc poſſet agere actione iudicati. tex.
ſingularis, in l. actoris, ff. de procuratorib. & non eſt
alibi, ſecundum Angelum ibi, illumque tãquam egre
gium commẽdauit Rodericus Xuarez, in l. poſt rem
iudicatam col. 2. verſ. fallit 3. ff. de re iudicata.

Sed contrariam opinionem (imo quod delegatus
ab inferiori poſſit ſuam exequi ſententiam) tenet glo.
9 in c. quiſquis. 2. q. 6. & expreſſius gl. verb. *ipſius ſolici
tudini*, in d. c. ſi quis contra clericum, vbi Cardinalis
affirmat eſſe communem opinionem, quam ibi ſequi
tur Marianus Socinus. Eſt etiam in hac difficultate
opinio Innocentij, in c. cum ab eccleſiarum, nu. 7. de
10 offic. ordinarij, qui dicit, quod talis delegatus poſſit
ſuam exequi ſententiam, per modos autem congruen
tes ſuæ iuriſdictioni, videlicet per mulctam, & per ex
communicationem: per alios vero modos qui ſunt ſu
pra ſuam iuriſdictiunem, non poſſit, ita vt (non imme
rito) communem eſſe teſtetur Alex. nu. 7. Iaſ. nu. 23.
in d. l. a diuo Pio, & hanc opinionẽ ſequuntur cano-
niſtæ in pluribus locis. Quarta fuit opinio Abbatis,
in repet. d. c. ſi quis contra clericum, nu. 37. vbi tenet
eſſe diſtinguendum inter ius canonicum, & ciuile, &
quod de iure canonico talis delegatus poſſit exequi
ſuam ſententiam: de iure autem ciuili non poſſit, cu
ius opinionem ſequitur Iaſ. in d. l. a diuo Pio, nu. 24.
& Felin. in d. c. ſignificaſti, nu. 1. de offi. delegati. quæ
licet propter eorum auctoritatem poſſit ſuſtineri, iu-
ra tamen allegata per Abb. non probant illius ſenten
tiam: nam tex. in c. in literis, de offi. delegati, loquitur
in delegato a principe, in quo non eſt dubium, vt ſu-
pra diximus, & tex. in ca. cum veniſſet, de eo qui mit-
11 titur in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ, non dicit
delegatos miſiſſe aliquem in poſſeſſionem, ſed mittẽ-
dum decreuiſſe: & ideo videtur tenenda ſententia
Bart. nu. 14. & gloſſæ, ibidem, in d. l. à diuo Pio, ſcili-
cet, qđ delegatus ab inferiore neutro iure poſſit ſuam
exequi ſententiam, cum delegatio ſit ſtricti iuris, vt
12 in c. cum dilecta, de reſcriptis, nec poſſit delegatus in
tromittere ſe vltra contenta in delegatione, vt in c. de
cauſis, in princ. & in c. cum olim, & in c. P. & G. de of
13 fic. deleg. poſſet tamen talis delegatus partem victam
in expenſis condemnare, ſecundum Baldum, in l. ſan
cimus, num. 15. C. de iudicijs. Item adde, quod ne-
que arbitro eſt conceſſum, ſuam exequi ſententiam,
etiamſi ex illa actio producatur. tex. eſt in l. cum an-
tea. C. de arbitris. l. 4. tit. 21. lib. 4. recop. neque etiam
iudici prorogato, vt in l. epiſcopale. verſ. fi. C. de epi-
ſcop. aud. quem tex. ita communiter intelligi firmat
Cur. iunior in l. cum quædam puella, nu. 17. ff. de iu-
riſdict. om. iud. Quando autem iudex ordinarius poſ
ſit alterius iudicis exequi ſententiam, vide Bar. in d.
l. à diuo Pio. §. ſententiam Romæ, ff. de re iudicata, &
Gracian. ſup. reg. 419.

SVMMARIVM.

1 *Pignora aliquando capiuntur auctoritate ſententiæ interlocutoria, aliquando per ſententiam diffinitiuam.*
2 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
3 *L. debitoribus. ff. de re iudicata, adducitur pro hac ſententia.*
4 *De iure regio ſi pignora diſtracta ſunt immobilia, intra triginta dies vendicari poſſunt, ſi uero mobilia, intra nouem.*
5 *De conſuetudine regni bona mobilia retrahi poſſunt intra triduum, & immobilia intra nouem dies.*
6 *Iudices ſupremi quocunque tempore admittunt debitorem ad retrahendum pignus diſtractum oblato pretio cum intereſſe ad rationem 14. millium pro miliario.*
7 *Bona licet peruenerint ad tertium poſſeſſorem retrahi poſſunt cum fructibus oblato pretio.*
8 *Quadriennium datum ad retrahendam rem non procedit de iure.*

QVÆSTIO DCXXXIII.

Vtrum debitor à quo pignora diſtracta ſunt auctoritate iudicis, poſſit quocunque tempore bona uendicare ſoluto pretio. Communis contra communem, & quid iure regio

Pignoribus captis, quantum tempus labi debeat,
vt diſtrahi poſſint, dubitat gloſſ. verb. *tempore*, in
l. cum proponas. C. de bonis auctoritate iudicis poſſi
dendis, vbi diſtinguit in hunc modum, quod aut pi-
1 gnora capta ſunt auctoritate ſententiæ interlocuto-
riæ, & relinquitur arbitrio iudicis tanquam non de-
terminatum à iure, iuxta diſpoſitionem tex. in l. 1. §.
fin. ff. de iure deliberãdi: aut auctoritate ſententiæ dif
finitiuæ, & tunc ſtatim diſtrahi poſſunt. Cuius gloſſæ
diſtinctio in prima parte vera eſt, in ſecunda vero
non: nam ex gloſſ. ordinaria in l. fin. C. de execut. rei
iudicatæ, etiam auctoritate ſententiæ diffinitiuæ, ca-
ptis pignoribus relinquitur arbitrio iudicis, quãto tẽ
pore diſtrahi poſſint. Cuius opinionem eſſe commu
nem firmat ibi Salicetus, col. 2. nu. 4.
2 Sed contrariam ſententiam videtur probare text.
3 in l. debitoribus. ff. de re iudic. imo quod intra duos
menſes diſtrahi non poſſint, quæ lex in hoc remanet
incorrecta, & ita hanc partem tenet ibi Bart. in 3. op-
poſitione, Alex. & Iaſ. nu. 4. idem voluit Bar. in d. l. fi.
nu. 9. C. de execut. rei iudic. vbi Angelus, & Imola, &
ibi hanc opinionem teſtatus communẽ Alex. nu. 10.
Iaſ.

Digitized by Google

Iaſ. num. 15. & cum Batt. tranſire doctores, dicit ibi
4 Vincentius, num. 16. De iure autem regio, ſi pignus ſit mobile, dantur nouem dies, vt diſtrahatur, ſi vero immobile, triginta, l. 1. tit. 20. lib. 3. fori, vel ſi pignus ſit mobile poſt decem dies. l. 52. tit. 5. p. 5. ſi vero immobile, poſt viginti, vt in l. fi. tit. 27. p. 3. vbi Gregor.
5 verb. *veynte dias*. Quid autem quando pro reditibus regijs bona diſtrahuntur, vide l. 11. tit. 4. lib. 6. ordin. quæ tantum mobilibus tres dies, immobilibus vero nouem aſſignat, quod quidem generaliter ſeruatur de conſuetudine totius regni, vt tradit Caſtil. in l. 70. Tauri, verb. *el remate*, Didacus Perez, in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordin. col. 1702. Couar. lib. 2. variarum, c. 11. nu. 3. & tradit optimam cautelam Pinelus, in l. 2. C. de reſcinden. vend. 2. par. nu. 27. & 28. vbi Padilla, nu. 3. Azeuedo, in l. 1. tit. 12. lib. 4. recop. num. 65. Iudices
6 tamen ſupremi, in quocunque tempore audiunt debitorem & ſoluto debito creditori, ſimul cum intereſſe ad rationem vnius pro quatitordecim, imperat creditoribus, quod omnia bona reſtituant debitori, cum fructibus perceptis. Et quod magis eſt, hoc faciunt et ſi bona poſſideantur à tertio poſſeſſore, quod ſit contra iuris regulas, ex traditis per Xuarez, allegat. 21. nu. 7. in fi. per l. in cauſa; ſi 2. §. Pomponius, cum le-
7 ge planc. ff. de minoribus, tamen fundantur in quadã æquitate, cum in hoc creditor, neque tertius poſſeſſor non remaneant in damno, & ſic ſeruanda eſt equitas legis, de qua in l. ſi me, & Titium. ff. ſi cert. petat. idemque nouiſſime explicat & declarat Parladorius, 3. p. rerum quotidianarum. c. fi. 1. p. §. 16. num. 8. expendens pro hac ſententia tex. in l. h. §. fi. ff. quod metus cauſa, qui nil facit pro hac ſententia, licet ſit veriſſima ſit, & ſic in cauſa propria fuit iudicatum in regula Cancellaria Pinciana hoc anno 1593. & tradit Paz, in ſua praxi. 4. par. 1. tom. c. 3. nu. 48. Et Gutier.
8 lib. 2. pp. quæſt. q. 161. vbi, nu... dicit, quod quadriennium ad retrahendam rem venditam nõ procedit de iure, imo eſt ſomnium.

QVÆSTIO DCXXXIV.

Utrum in confiſcatione bonorum veniant iura & actiones. Communis contra communem.

IN cõfiſcatione bonorum mobilium, venire & comprehendi iura, & actiones, tenent doctores communiter. Ita Caſſaneus, in conſuetudinibus Burgundiæ, rub. 2. §. 1. num. 14. fol. 94. qui allegat Alex. conſ. 31. vol. 1. & conſ. 311. vol. 4. pro qua ſententia facit l. fin. C. quę res pignori obligari poſſunt, vbi in obligatione bonorum cõprehenduntur iura, & actiones, & ei facit, quod tradit Fulgoſius, in l. 1. in fine. C. ſi aduerſus tranſactionem, vbi agit de quæſtione quæ erat inter duos fratres, quos pater inſtituit, alterum in mobile, alterum in bonis mobilibus, & immobilibus: & reſoluit Fulgoſius, quod frater obtinebit nomina debitorum, iura, & actiones, & ſequitur Corneus, conſil. 104. num. 2. t. lib. 4. & Socinus nepos, conſ. 115. vol. 1. quod late ſequitur Conar. in c. relatũ, el 2. de teſta. num. 1. quæ omnia procedunt ex præſumpta mente teſtatoris, non autem ex ſignificatione verborum, vt tradit Pinelus, in rub. de bonis maternis, num. 27. & 28. vbi refert contrariam opinionem in quæſtione principali, imo quod in confiſcatione bonorum mobilium, & immobiliũ, non veniant iura, & actiones, quã dicit communem Alex. ſup. quem ſequitur Dezius, conſ. 381. nu. 5. & conſ. 287. & Oldradus, conſ. 219. & ſic reſoluit Pinelus, ſup. nu. 27. et alle Caſſaneum, & an veniant bona futura & conditionalia, dicimus, in quæſt. 329.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non tranſmittitur, ante aditam hereditatem.*
2 *Ius adeun li non eſt in bonis noſtris.*
3 *Hereditas non acquiritur niſi volenti.*
4 *Fideicommiſſum habet naturam legatorum.*
5 *Legatum non acceptatum tranſmittitur ad heredes.*
6 *Dominium rei legatæ transfertur à morte teſtatoris.*
7 *L. 2. tit. 6. p. 6. confirmat vltimam opinionem.*
8 *Validum eſt argumentum de re ad tempus.*

QVÆSTIO DCXXXVII.

Utrum fideicommiſſum non acceptatum, tranſmittatur ad heredes. Communis contra communem, & quid iure regio.

FIdeicõmiſſum obliquatum ex directa inſtitutione, & non acceptatum, nõ tranſire ad heredes firmat Bart. in l. 1. C. de iure codicillorum, & ſecundum illius opinionem dicit Socinus communiter conſulere doctores, in l. cum filium, num. 35. ff. de leg. 1. vbi magiſtraliter & ſubtiliter proſequitur iſtam opinionem, pro qua facit tex. in l. quidam in ſuo teſtamento.
1 ff. ad Trebellianum, vbi fideicommiſſum non tranſmittitur ante aditam hereditatem, facit etiam text. in l. vnica. §. in nouiſſimo, C. de caducis tollendis. l. vnica. C. de his, qui ante apertas tabulas (per locum ab ſpeciali) l. 3. §. 1. ff. de adimplendis legatis. Præ-
2 terea ius adeundi nõ eſt in bonis noſtris, tex. in l. pre-
3 tia rerum. ff. ad l. falcidiam, & ideo non acquiritur niſi volenti, tex. in l. pro herede. ff. de acquirenda hereditate: ergo ſequitur, quod cum illud ius non ſit in bonis, quod non tranſmittatur ad heredes ante acceptationem. Quas rationes, & alia iura, ſubtiliter inducta tradit Socinus, ſupra, qui in fine quæſtionis ſequitur cõtrariam opinionem, quam dicit communẽ, imo quod tranſmittatur fideicommiſſum vniuerſale
4 ad heredes, in d. §. in nouiſſimo, cum habeat naturã legatorum. l. 1. ff. de leg. 1. vbi adæquata ſunt legata
5 fideicommiſſis, & ſic quemadmodum legatum non
6 acceptatum tranſmittitur ad heredes, & tranſit dominium a morte teſtatoris, l. à Titio. ff. de furtis, ita fideicommiſſo. l. ex fideicommiſſo. ff. de legatis 2. & ſic contra Bartolum, tenet communis opinio, ſecundum Socinum, in d. l. cum filium, num. 35. & pro hac ſenteotia facit tex. de iure regio. in l. 2. tit. 6. par. 6. ibi,
7 *a quel tiempo que ſiucaua deſpues de ſumuerte, deuelo*
8 *hauer ſu heredero para aconſejarſe*, faciẽdum enim eſt argumentum de re ad tempus, l. miles ita. §. & quia diximus, vbi Bat. ff. de teſtamento militis, & tradit Euerardus, in locis legalibus, loco 39.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor maioratus non poteſt bona maioratus alienare, & ſic neque actionem exercere.*
2 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
3 *Iudicia non debent eſſe in ſuſpenſo, neque procedere in infinitum.*
4 *Subſtitutus non eſt citandus in cauſa quæ agitur cum inſtituto.*
5 *Sententia lata contra reum prodeſt vel nocet alteri, vbi eſt eadem ratio vincendi.*
6 *Sententia lata contra prælatum, nocet ſucceſſori.*
7 *Prohibitio alienationis non comprehendit alienationem neceſſariam per ſententiam.*
8 *Prohibitio alienationis intelligitur de actu voluntario non vero de neceſſario.*
9 *Iudicium redditur in inuitum & qui ſecundario lædi poſſunt, non ſunt citandi.*
10 *Fideicommiſſarius non eſt citandus in cauſa mota contra hæredem.*
11 *Sententia lata in cauſa nobilitatis contra patrem, per quam declaratur plebeius, nocet filijs in cauſa poſſeſſionis, ſecus in iudicio proprietatis.*
12 *Succeſſor in maioratu non tenetur ſoluere debita ſui prædeceſſoris.*
13 *Debita contracta a fundatore maioratus, tenetur ſucceſſor ſoluere, ſi bona libera non ſubſiſtant.*
14 *Lex 4. tit. 5. p. 2. declaratur.*
15 *Debita contracta nomine maioratus tenetur ſucceſſor ſoluere.*
16 *Debita conuerſa in utilitatem bonorum maioratus tenetur ſucceſſor ſoluere.*
17 *Debita parua, quę tangunt exonerationem animæ defuncti, tenetur maioratus ſoluere.*
18 *Maioratus poteſt ſe obligare ſoluere debita ſui prædeceſſoris.*
19 *Succeſsor in maioratu non tenetur ſtare locationi.*
20 *Canonicus vltra tempus uitæ non poteſt obligare præbendam.*
21 *Succeſsor in maioratu tenetur ſtare locationi quando a defuncto habuit alia bona hereditaria.*
22 *Succeſsor in maioratu tenetur ad debita, quando tacite uel expreſse conſentit alienationi.*
23 *Vxor mortuo marito non tenetur ſtare locationi rerum dotalium.*

QVÆSTIO DCXXXVII.

Vtrum ſententia lata contra poſſeſſorem maioratus præiudicet ſucceſſori non citato. Communis contra communem.

VTilis, aſſidua, & neceſſaria eſt quæſtio præſens, quæ quotidie verſatur in tribunalibus, in qua breuitati conſulam. Et in primis partem negatiuam, quod ſententia lata contra poſſeſſorem maioratus nõ præiudicet ſucceſſori non citato tenet Bart. (ſub dubio tamen) in l. filiusfamilias. §. diui, nu. 19. ff. de leg. 1. per tex. in l. in concedendo. ff. de aqua pluuia arcen. in l. ſæpe. ff. de re iud. & per totum titulum. C. res inter alios acta, cuius opinionem ex profeſſo ſequitur Iſernia, in c. vaſallus, ſi de feudo fuerit controuerſia, vbi Aluarotus, col. fi. Matthæus de Afflictis, nu. 20. Et hanc opinionem habere maximam æquitatem, firmat Alex. in d. §. diui, nu. 9. & eſſe communem opinionem, aſſerit Dec. conſ. 445. nu. 29. Ripa, in d. l. filiusfamilias. §. diui, nu. 63. & Burgos de Paz, cõſ. 14.
1 nu. 69. quæ opinio in ea fundatur ratione, quia cum poſſeſſor maioratus non poſſit bona alienare, pariformiter neq; actiones exercere. Quam rationẽ aſſignat Socinus nepos, conſ. 131. nu. 93. lib. 2. qui aſſerit Decij opinionem eſſe communem, & Aymon Crauet. conſ. 117. num. 7. Tiraq. de iure mariti, gl. 5. nu. 207. quem ſequitur Cagnol. in l. res iudicata. num. 5. ff. de reg. iur. & iſtam opinionem ſequitur Fel. in c. fi. nu. 5. de maioritate & obedientia, & Capicius, deciſ. 20. nume. 23. & Octanianus Cacheranus, in deciſ. Pedem. 157. per totam, nu. 7. & in ſententia lata per cõfeſſionem maioratus, hoc tenet Mieres. 4. p. quæſ. 1. nu. 31.
2 Sed contrariam opinionem (imo quod talis ſententia præiudicet ſucceſſori, etiam non citato) tenet Angelus, in d. l. ad diem, alias in die. §. 1. nu. 4. ff. de aqua pluuia arcenda, quem ſequitur ibi Cuman. nu. 3. Imola, nu. 12. Alex. dicẽs veriorem, nu. 10. & dicit ab omnibus approbatam (contra Bart.) Iaſ. ibi. 1. lectura, nu. 49. & 2. nu. 94. vbi Ripa, nu. 60. & Loaces, nu. 308. & aſſerit eſſe magis communem opinionem Couar. (optime illam ſuſtentans) pract. quæſt. c. 13. nu 6. & pro hac conſuluit Oldradus, cõſ. 94. nu. 18. Boerius, deciſ. 255. Alciatus, reſp. 492. nu. 33. qui dicit communem, & quod ab ea non eſt recedendum, & dicit magis communem Boetius, conſ 102. nu 46. vol. 2. Cæphalus, conſ. 228. nu. 22. lib. 2. deciſio Pedem. ſupra, nu. 1. Tiraquellus, de primog. quæſt. 33. nu. 17. Oroſcius, in l. ingenuum, num. 6. ff. de ſtatu hominũ, vbi refert duas communes contrarias, & iſtam ſententiam ſequitur Greg. in l. 20. tit. 22. p. 3. verb. *caſa*, qui dubie loquitur, & pro vtraque parte diſputat iſtam quæſtionem Antonius Gomez, in l. 4. Tauri, nu. 73. & Molina (qui alios allegat) lib. 4. de Hiſp. primog. c. 8. nu. 1. Menchaca, lib. 1. de ſucceſſion. creat. §. 6. nu. 28. & 15. nu. 16. qui etiam refert duas communes, & iſtam ſequitur Pinelus, in l. 1. de bonis maternis 3. p. nu. 48. Xuarez allegat. 27. & hanc dicit magis communem opinionem Padilla, in l. vnum ex familia. §. ſi de falcidia, nu. 14. ff. de leg. 2. Simancas, de primogenijs, qui dicit quod ita ſeruatur in his regnis, in lib. 4. c. 23. Otalora, de nobilit. 2. p. 3. p. c. 8. nu. 7. & Mieres, de maioratu, 4. p. quæſt. 14. qui dicit quod ita præ
3 cticatur, ne iudicia procedant in infinitum, modo cũ hoc poſſeſſore, & ſtatim cũ eius ſucceſſore, & ſic deinceps litigando, quæ opinio confirmatur ex doctrina Bart. in d. l. ad diem, volentis, non eſſe citandum ſub-
4 ſtitutum ad examinationem cauſæ, quæ tractatur cũ ſubſtituto, cuius opinionem ibi ſequitur Angelus, & Romanus. Rurſus, cõprobatur iſta opinio, ex text. in l. ex contractu. ff. de re iud. vbi ſententia lata contra inſtitutum exequitur contra ſubſtitutum non citatũ:
5 quia vbi eſt eadem ratio vincendi, ſententia lata contra vnũ, prodeſt vel nocet alteri, tex. in l. 1. C. ſi vnus ex pluribus appellauerit, l. 5. tit. 32. p. 3. vbi Gregor. verb. *companero*, l. 21. tit. 22. p. 3. vbi Greg. verb. *otro ſi dezimos*, & eſt gl. verb. *eadem cauſa*, in c. penult. de
6 probat. Facit etiam, quia ſententia lata contra prælatum nocet ſucceſſori, vt tradit Abb. conſil. 92. lib. 1. quem ſequitur Crau. conſ. 10. nu. 8. & facit l. 1. §. denunciari.

nunciari.ff.de ventre inſpic.ibi, *denunciari autem opor tet ijs, quos proxima ſpes ſucceſſionis contingit*. Et ibi, *herede instituto non etiam ſubſtituto*. Præterea compro
7 batur iſta opinio, quia prohibita alienatione nõ prohibetur alienatio, quæ fit per ſuiam tex. in l.1.ff.de fundo dotali.l.1.§.itẽ quæri poteſt.ff.de reb.eorũ.ibi, *va*
8 *lebit alienatio propter rei iudicatæ auctoritate*. & ſic prohibitio teſtatoris debet intelligi de actu volũtario, nõ
9 vero de neceſſario: quia iudicium redditur in inuitũ, vt in l.inter ſtipulantem.§.1.ff.de verborum, idemq; probatur ex doctrina gloſſæ, verb. *quos tangit*, in l.de vnoquoque, ff.de re iudicata, quæ dicit quod quando aliquid ſpectat ad aliquem priuatim, non eſt neceſſarium alios citare, qui ſecundario lædi poſſunt: quam gloſſam ſequuntur omnes ibi, pro qua etiam bene facit tex.ĩ l.ſi patronus 9.ſi.ff.ad Treb. vbi in cau
10 ſa mota contra heredem, non requiritur, vt vocetur fideicommiſſarius, facit etiam tex.in l.qui repudiantis.§.fin.& in l.ſi ſuſpecta, in princ.ff.de inofficioſo teſtamen. ex quibus poteſt reſolui alia non minus
11 difficilis quam practicabilis quæſtio, an ſententia lata in cauſa nobilitatis contra partem, per quam plebeius declaratur, noceat filijs, & per ſupradicta reſol uit, quod ſic, vt tenet Otalora, de nobilitate. 2.p.3. partis.c.8.& Mieres, de maioratu. 2.p.q.4.illat. 2.nu. 9.& 10. intelligens illud procedere quoad poſſeſſionem, ſecus vero, quoad proprietatem, patre excluſo.
12 Dubitatur etiam vlterius an ſucceſſor in maioratu, vel feudo, teneatur ad debita ſui prædeceſſoris, a quo alia bona hereditaria non habuit, in qua quæſtione quia quotidiana eſt, libet aliquantulum demorari ſic
13 diſtinguendo, quia ſi loquimur de debitis contractis à fundatore maioratꝰ, tunc ſucceſſor tenetur, niſi alius heres, exiſtat in alijs bonis, quia ille debet conueniri, tex. in l.cum fide heredis, ff.de fideicommiſſ. libertatibus.l.filiusfamilias, §.diui, verſ.quod ſi libertis.ff.de leg. 1.l.ſenatus, in prin.eod.tit.ibi, *quamuis nõ vt vendat detraxerit, ſed vt ſoluat*.l.alienationis.ff.familiæ erciſcundæ. quam opinionem tenet Palatius Rubeus, in rub.c.per veſtras.§.16.nu.14.in fine, de dona.qui valde commendat tex. in d.l.cum fidei heredis. Aut loquimur de debitis contractis ab alijs ſucceſſoribus, & tunc non tenetur illa ſoluere, tex.in l.vnum ex familia.§.ſi de falcidia.ff.de legat. 2.tex.in c.ſi agnatus, vel filius defuncti, in vſibus feudorum, & hoc tenendum eſt, prout tenet Bal.conſ. 271.vol.1.Alex.conſi.
14 19.nu.13.vol.5.Greg.in l.4.tit.15.p.2. dicens hanc eſſe veram reſolutionem, quam tenet Gomecius, in d.l.40.Tauri, num.72. Molina, lib.1.de Hiſpan.primog.c.10.vbi late hoc declarat, cui opinioni nõ obſtat tex.in d.l.4.tit.5.p.2. qui videtur contrarium diſponere in ſucceſſore regni, quia debet intelligi, prout infra dicemus: licet Oldradus tenuerit generaliter contrarium, conſ.94.num.16.& licet Ioannes Lecier dixerit contrarium eſſe verum, in tractatu, de primogenitura, lib.2.q.5.nu.3.& licet teneat contrarium Caſtillo, in l.40.Tauri, nu.26.(ex d.l.4.partitæ) & Cifuentes, q.16.in d.l.40.dicens contrarium doctores tenere, ſed opinionem Baldi, limitabis, quando præde
15 ceſſor contraxit nomine maioratus, vel dignitatis, quia tunc ſucceſſor tenetur illius debita perſoluere. tex.in c.ſignificabit, de reſcriptis, vbi niſi adeſſet defectus iuriſdictionis, Comitiſſa poſſet conueniri pro debitis à ſuo fratre contractis: cui illa in dignitate ſucceſſerat, & ita intelligunt ibi tex. Butrius, & Anchaanus, nu.2.& eſt etiam tex.pro hac ſententia, in c.1 de ſolutionibus. Secũdo limitabis, quando debita eſ
16 ſent conuerſa in vtilitatem dignitatis. vel ſacrum vinculatarum arg. text. egregij, in cap.1.§.ſi vaſallus, hic finitur lex Conradi, deinde conſtitut. incipit, in vſibus feudorum, & tradit Queſada, in ſuis quæſtionibus c.fi.num.35. Burgos de Paz, q.7.num.15.& 16. Boerius deciſ.44.nu.11. Rolandus à Valle, conſ.28. num.26.lib.1.Menoch.de arb.caſu 258. Gomecius, in d.l.40.Tauri, num.272. Tertio limitat Grego. vbi ſup.& Andreas de Iſer. quando eſſent debita patria,
17 & tangerent exonerationem animæ defuncti prædeceſſoris, quod tenet Ripa, in l.obligatione generali. in fi.C.de pignoribus, & Molina, in d.c.10.num.33.
18 limita, quando ſucceſſor obligat ſe ad ſoluenda debita prædeceſſoris, in c.licet, de voto. Et legem partitæ poſſumus intelligere in caſu tertiæ limitationis, vel quando alia bona fuerunt cum regno heredi relicta (prout ibi intelligit Greg.) ex qua concl. ſic limitata infertur ſucceſſorem maioratus non teneri ſtare
19 conductioni, neque locationi factis per prædeceſſorem (nõ primo ſtatuentem.) Ita Gomecius, in d.l.40. nu.84.Greg.in l.2.tit.18.p.5. Pinelus, in l.1.de bonis maternis.3.p.nu.71. Pelaez, de maioratu.4.par. q.25.nu.2.& Molina, de Hiſpanorum, lib.1.c.21.nu me.3.& Gutiettez, in ſuis canonicis quæſtionibus.c. 36.vbi aſſerit de ſucceſſione maioratus & aliorum. & facit l.ſi quis domum.§.nunc ſubiungi poteſt.ff.locati, vbi heres vſufructuarij non tenetur ſtare locationi factæ per fructuarium, ita Greg.in l.2.tit.8.par.5. verbo *heredero*. Burgos de Paz, ſupra, ex quibus traditur declaratio ad dictum Abbatis, in c.2.de decim.
20 vbi reſoluit nõ nocere canonico obligationem præbendam vltra tempus vitæ ſuæ, quod ſequitur Romanus, in d.l.ſi filio.§.ſi vir in quinquennium, nu.2.ff.ſoluto matrimonio. Padilla, in l.vnum ex familia.§.ſi de falcidia, nu.12.ff.de leg.2. Molina, de Hiſpanorum primogenijs, lib.1.c.21.nu.2.licet contrarium regulariter diſponat tex.in l.cod adeſt.§.penultimo, verb. heredem.ff.locati.& in §.fin.inſtit.de locato & condu-
21 cto. quæ omnia limitanda ſunt, quando ſucceſſor habuiſſet alia bona à defuncto, maxime ſi eſſent ſubiecta hypothecæ, pro ſecuritate locationis, arg.tex.in l.cum a matre.C.de rei vendic.reg. ex qua perſona.de regulis iuris.tex.in leg.9.tit.17.p.2. licet contrarium teneat etiam Gutietrez, ſupra, nu.30.qui ſequitur Mo-
22 linam, ſup. Vltimo limita, quando alius primogenitus conſentit alienationi, tacite, vel expreſſe, quia tũc virtute ratificationis tenebitur ſtare colono. arg.tex. in l.cum vir.ff.de vſucapionibus, & tenet Molina, ſupra, num.5. Padilla, num.13. Gutierrez, nu.10.idem (nouiſſime) in lib.2.canonicarum.c.8.nu.10.& 13. ex quibus etiam eſt tenendum, quod neque vxor mor-
23 tuo marito teneatur ſtare locationi factæ à marito eo tẽpore, in quo res & bona dotalia adminiſtrabat, ſaltem præciſe, ſecus vero conſuetudine Bal.in d.§.ſi vir in quinquennium, nu.1.(ſic intelligens illum text.) ſequitur Salicetus, in l.qui fundum.C.locati. Albericus, in l.diuortio, nu.11.ff.ſoluto matrim. Capella Tholoſana, vbi Aufredus deciſ.233.alias 240.& ſequitur Couar.lib.variarum.c.15.nu.5.& dicit ma-

gis

gis communem Antonius Gomez, 2. tom. variarum, cap. 3. num. 8. Et tandem hæc eſt communis opinio, vt ſupra tradit Couarru. & plures pro hac ſententia allegat Duennas, reg. 245. nu. 5. vbi refert alios, qui tenent contrariam opinionem, quam etiam dicit cõmunem Iaſ. in l. diuortio, num. 32. ff. ſoluto matrim. & dicit etiam communem opinionem, deciſio Pedemontana. 82. nume. 6. vbi tenent doctores, mulierem teneri ſtare colono, & in hac quæſtione propoſita duas refert communes Gutier. lib. 2. canonicarũ quæſtio. cap. 8. num. 39. & ſequitur Rolandus, conſ. 49. num. 6. vol. 2. ſed a communiori ſententia non eſt recedendum in iudicando & conſulendo, ſaltim, quando locatio fuit facta ad longum tempus, ſecus ſi breui tempore finietur, poſt mortem mariti, & ita poſſunt conciliari prædictæ opiniones: ita tenet Gutierrez, ſupra num. 42. dicens hanc opinionem eſſe magis communem, & tenendam in iudicando & conſulendo.

SVMMARIVM.

1 *Legitima ita eſt debita aſcendentibus ſicut deſcendentibus.*

QVÆSTIO DCXXXVII.

Vtrum diſpoſitio legis cum auus, ff. de conditionibus & demonſtrationibus, habeat locum in aſcendentibus. Communis contra communem.

Filios deſcendẽtes ex filio grauato de reſtituendo poſt mortem excludere ſubſtitutum, diſponit elegantiſſime tex. in d. l. cum auus, l. cum auus, & l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſis. Dubium tamen oritur, an diſpoſitio illorum iurium habeat locũ in aſcẽdentibus inſtitutis, & grauatis de reſtituendo, ſcilicet, vt eorum deſcendentes excludant ſimiliter ſubſtitutum. Et partem affirmatiuam tenet Cynus, in l. generaliter. §. cum autem, C. de inſtitutionib. & ſubſtit. & ante eum Petrus, & Iacobus, quos refert ibi Ang. in princip. & hanc opinionem tenent doctores, ſecundum Salicetum in d. l. cum acutiſſimi nume. 1. & eam ſequitur ibi Bart. num. 49. Et ratio eſt, quia
1 etiam aſcendentibus debetur ſucceſſio ſicut deſcendentibus. l. nam & ſi parentibus. ff. de inofficioſo teſtamento. l. ſcripto. C. vnde lib. quam opinionem tenet Angel. de Peruſio, in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, num. 4. ff. ad Treb. vbi voluit id habere locum in filijs natis ex damnato matrimonio, ex quo teſtator erat natus.

Sed contrariam opinionem (imo quod diſpoſitio illorum iurium non habeat locum in aſcendentibus grauatis, vt eorum ſucceſſores excludant ſubſtitutũ) tenet Bart. in d. l. cum auus, nu. 2. vbi Imola hanc dicit veriorem, & dicit eſſe cõem Soci. nu. 15. & ibi ſequitur Aret. in d. §. cũ autẽ, & Iaſ. nu. 15. qui affirmat hanc eſſe communem, quam etiam ſequitur Alex. nume. 11. Ripa, num. 55. in d. §. ſi quis rogatus, & Tiraquellus, in l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit liberos. num. 220. C. de reuocandis donationibus, quæ opinio verior eſt, & ab ea recedere non licet in iudicando & conſulendo.

SVMMARIVM.

1 *Filius minor 14. annorum reputatur maior in ſpiritualibus & temporalibus.*
3 *Lex, in eum, ff. de in ius vocando, declaratur.*
3 *Filius vocando patrem ad iudicium ſine uenia perdit cauſam ex lege partitæ.*
4 *Quilibet ciuis reputatur filius reipublicæ.*
5 *Domini uaſallorum non poßunt à ſuis uaſallis conuocari in iudicium ſine uenia.*

QVÆSTIO DCXXXVIII.

Vtrum proceſſus reddatur nullus, quando filius uocat patrem in iudicium ſine venia. Communis contra communem, & quid iure regio.

Patrem in Ius ſine venia vocari nõ poſſe à filio, omnibus compertiſſimum eſt, ſed an, ſi ſine venia in ius trahatur, proceſſus corruat, dubitatur, & proceſſũ ex hoc non eſſe nullum, exiſtimat Bart. poſt Guillermũ de Cuneo, in l. fi. C. de in ius vocando, cuius opinionem eſſe communem firmat Gomecius, in §. pœnales, nu. 45. Inſt. de actionibus.

Sed contrariam opinionem (contra Bar.) eſſe communem tenet Purpuratus, in d. l. fin. nu. 36. Vantius, de nullitate ſententiarum. rubr. ex defectu inhabili-
1 tatis, num. 4. quæ omnia limitanda ſunt in ſpiritualibus, & beneficialibus: quia quantum ad illa, reputatur maior, vt in c. fi. de iudicijs, lib. 6. & ſic poteſt ſine venia in iudicium comparere, vt reſoluunt doctores, ſupra, ita Couar. lib. 1. reſol. c. 5. nu. 8. Spino, in ſpeculo teſtamentorum, gl. rubr. 4. par. num. 7. Hodie autẽ eſt inuſitata pœna, de qua in l. in eũ. 24. ff. de in ius vo-
2 cando, & alia grauiore filius punitur, vt in l. 14. tit. 2.
3 p. 3. per quam legem filius amittit cauſam, ita Spino, ſupra, nu. 6. ex Greg. in l. 2. tit. 2. p. 3. leg. 11. tit. 17. p. 4. Duennas, reg. 351. qui late declarat, & limitat concluſionem noſtram. Et illa iura non ſolum procedũt reſpectu patris, contra filium, ſed etiam reſpectu reipublicæ contra ſuos ciues: ita Angelus, in l. quamuis.
4 ff. de in ius vocando: quia quilibet ciuis reputatur filius reipublicæ, vt tradit Auendaunus, in c. prætorũ; 1. p. c. 4. nu. 29. Salazar, de vſu, & conſuetudine. c. 1.
5 nu. 14 qui refert (cum alijs) quod Dominus vaſallorũ non poteſt à ſuis vaſallis vocari in iudicium ſine venia, Auendannus, ſupra, c. 11. Rolandus conſ. 18. volum. 2. nu. 8. vbi alios refert.

QVÆSTIO DCXXXIX.

Vtrum poteſtas gladij, de qua in l. imperium. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, intelligatur de gladio materiali, vel punitiuo. Communis contra communem.

Gladij poteſtas, de qua meminit Iuriſconſultus, l. imperium, ff. de iuriſd. in l. om. iud. ſolum pertinere ad gladium materialẽ, tenet ibi gl. finalis, & eſt communis opinio, ſecundum Ioannem Baptiſt. de Sanctoſeuerino, ibi, num. 10.

Sed contrariam opinionem (imo quod accipiatur pro quolibet gladio punitiuo, quando lex imponit pœnã citra ſanguinis effuſionem) tenet ibi Ang. cuius

opinionem

opinionem dicit communem ibi, Socin. nu. 3. pro prima tamen opinione eſt tex. in l. aut damnum. §. vita. ff. de pœnis, quæ verior & receptior eſt.

QVÆSTIO DCXL.

Vtrum in iure ſit vnica tantum poſſeſſio, vel plures. Communis contra communem, & quid iure regio.

TRes eſſe poſſeſſionis ſpecies quidam (poſt Bar.) exiſtimauerunt, alij vero duas, & alij vnam, & huius vltimæ opinionis fuit Azon. (relatus per gloſſas) verb *ait*, in l. 1. in prin. ff. de acquirenda poſſeſſione. Quam opinionem eſſe communem affirmat Collectarius, in c. cũ dilectus, nu. 6. de cauſa poſſeſſionis & prop. gl. in l. licet. C. de acquir. poſſeſ. quam ſequitur Menchaca, de ſucceſſionum creatione. 1. par. lib. 3. §. 21. nu. 108. qui refert Angelum tenentem triplicem eſſe poſſeſſionem ciuilem, naturalem, & corporalem, ſed eſt diuinare, quia poſſeſſio naturalis dicitur corporalis, quia eſt quędam pedum poſitio, vt in d. l. 1.

Sed contrariam opinionem (imo quod ſint duæ ſpecies poſſeſſionis, ſcilicet ciuilis, & naturalis) tenet Ioannes ab eadem gloſ. relatus, cuius opinionem eſſe communem teſtatur ibi Iaſ. nu. 7. Ripa, nu. 28. idem Iaſ. in d. l. 1. §. ſi vir vxori, nu. 22. Hermanocius, num. 23. Socinus, nu. 3. Imola, nu. 3. Angelus, num. 5. Zaſius, nu. 15. Alex. 53. quos refert Menchaca, ſupra, & tradit Didacus Perez, in l. verb. *poſſeyendo*, tit. 13. lib. 3. ordin. Antonius Gomez, in l. 45. Tauri, num. 19. & Parladorius, rerũ, quotid lib. 10. c. 9. nu. 4. qui fuit in ſingulari opinione, quod vnica ſit in poſſ. ſſio, ipſaq; ciuilis, nõ naturalis, & quod naturalis non ſit proprie poſſeſſio, ſed detentio, opinionem vero Ioannis (quod ſit duplex poſſeſſio) approbat hodie l. partitæ. 2. titu. 30. par. 3. ibi, *ciertamente dos maneras ay de poſſeſſion, la vna es natural, y la otra es que en latin llaman ciuil*. Et ſic in hac varietate opinionum ſtandum eſt deciſioni legis partitæ. Ita etiam reſolutimus in q. 3. nu. 59. quã opinionem ſequitur Velaſcus, de iure emphyt. q. 18. num. 5. vbi hanc dixit communem opinionem & in praxi receptam.

SVMMARIVM.

1 *Interlocutoria profertur lite non conteſtata.*
2 *Sententia lata in uia executiua non præiudicat negocio principali.*
3 *Clem. ſæpe, de uerborum ſignificatione, declaratur.*
4 *Sententia diffinitiua dicitur, quando per eam tota lis deciditur.*
5 *Sententia ſuper alimentis dicitur diffinitiua.*
6 *Alimenta lite pendente præſtari debent.*

QVÆSTIO DCXLI.

Vtrum ſententia lata in cauſa ſummaria ſit diffinitiua vel interlocutoria. Communis contra communem.

SEntentiam latam in cauſa ſummaria, non eſſe mere diffinitiuam colligebat elegãter Ang. de Per. in l. imperium, nu. 13. ff. de iuriſd. om. iudi. in quantum probat ille tex. compoſitum ex duobus appellari mixtum, nam licet negotium de quo agit diffiniat, tamen 1 quia à natura interlocutoriæ acceipit (quæ fertur lite non conteſtata, neque obſeruatis alijs iuris ſolemnitatibus) videtur, quod non ſit proprie diffinitiua, quoniam merum eſt abſtractum ab omni compoſitione, & ita ſe conſuluiſſe dicit Ang. & ſuo conſilio ſubſcripſiſſe Ioannem de Leg. & fuiſſe ſecundum conſilium ſuum iudicatum, & hãc Angeli opinionem ſequitur ibi Alex. nu. 11. Iaſ. nu. 5. & dicit communem Dec. nu. 22. & dicit receptiorem Longobalus, nu. 43. & illam ſequitur Ripa, (poſt Romanum) in rubr. de re iu2 dicata, num. 14. & ſic ſententia lata in via executiua, cum ſit cauſa ſummaria, non præiudicat cauſæ principali. Ita Parladorius, lib. 2. rerum quotidianarum. 5. par. c. ſi. §. 12. nu. 4. & vltra eum Io. Botta, conſ. 10. nu. 18. quod eſt valde notandum, & noſtram principalem concluſionem ſequitur (dicens communem) Aret. conſ. 105. & Romanus, in rub. ff. de re iudic.

Sed contrariam opinionẽ (imo quod ſit mere diffinitiua) tenuit Paulus, in d. l. imperium, nu. 3. quam ſequitur ibi Curtius ad Alexan. qui opinionem Angeli optime improbat, & Pauli opinionem ſequitur Imola, in l. ſi finita. §. non autem. ff. de damno infecto, Angelus de Areno, in l. 5. in princ. ff. de verborum, Felinus, in rub. de re iud. num. 15. Iaſ. in l. properandum. in princ. nu. 12. C. de iud. & illam dicit eſſe cõmunẽ, Purpuratus, in d. l. imperium, nu. 276. quam opinionem defendit Menchaca, lib. 2. cõtrouerſiarum vſu3 frequẽ. c. 35. nu. 2. quæ opinio comprobatur in clem. ſæpe, de verb. ſignificat. in verſ. ſententiam vero, vbi Papa ſententiam latam in cauſa ſummaria appellat diffinitiuam. Secundo comprobat ex tex. in l. 1. ff. de re iudicata, ex quo generaliter colligit gl. ſi. in l. qui re4 ſtituere. ff. de rei vendic. quod vbicunque deciditur lis tota, ſemper dicitur ſententia diffinitiua. Tertio quia cauſa alimentorum eſt ſummaria. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens, ibi, *ſummatim oportet de ea iudices cognoſcere*, ff. de lib. agnoſcend. adeo vt libellus, in ea non requiratur, vt tenet Anchar. in clem. 1. de iure patronatus, Iaſ. nu. 24. & Gomecius, in §. præiudiciales, 5 Inſt. de act. Sententia tamen ſuper alimentis prolata, eſt diffinitiua, vt tradit gl. in d. l. ſi quis a liberis. §. ſi quis ex his, verb. ſentẽtia, & ibi eam ſequuntur Guilielmus de Cuneo, & Bart. Quod tamen intellige ſecundum Alber. ibi, quod aut cauſa alimentorum tractatur principaliter, & de per ſe, & tunc ſententia dicatur diffinitiua: aut incidenter, & tunc interlocu6 toria: quod ſequitur Lara, ibi, nu. 13. & quando lite pendente, non obſtante appellatione, ſunt alimenta præſtanda tradit Couar. practicarum quæſt. c. 6. nu. 6. Molina, de Hiſpanor. primog. c. 16. nu. 30. Dueñas, reg. 565. nu. 4. & ita eſt tex. in l. ſi inſtituta, §. ult. de inofficioſo. ff. de inofficioſo teſtamento.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio in dubio in bonum eſt facienda.*
2 *Iudex qualitatem perſonæ debet conſiderare.*
3 *Occidere licet mortem mihi minantem.*
4 *Famulus ſi occiderit iniuriantem Dominum qualiter puniatur ipſe dominus.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO DCXLII.

Vtrum verba illius, qui minatur vindictam ſint accipienda in bonã partem, quando minatus mortuus reperitur. Communis contra communem.

OFfendentẽ ſibi minantem vindictam non teneri, ſi offenſus mortuus reperiatur, inferebat Guillermus de Cuneo, ex gl. 1. in l. 1. C. de his quibus vt indignis, intelligitur namque de vindicta iudicij intellexiſſe, cuius deciſionem ſequitur ibi Ang. (prout ab aliquibus refertur) & Alex. Paul. & Corneus, & Iaſ. quoniam interpretatio eſt facienda in meliorem
1 partem, in rebus, quæ ad bonum & malum poſſunt adaptari. l. merito. ff. pro ſocio, c. eſtote miſericordes, de reg. iuris, in Decr. Quam doctrinam ſequitur Bal. in l. 1. num. 13. C. de ſeruis fugitiuis, vbi Iaſ. ſequitur etiam deciſionem Guillermi, nu. 26. & ſequitur Alex. in l. ſi quis mihi bona. § ſed quid ſi mandauerit, num. 16. ff. de acquirenda hered. Et eſt alia ſecunda
2 opinio, ſcilicet, quod iudex ex qualitate perſonæ minantis, hoc poſſit conicɛturare, vt in l. vnica. C. ſi quis imperatori maledixerit, vt puta, ſi minans fuerit talis homo rixoſus, vel qui ſolitus eſt minas ad executionem deducere: nam tunc poteſt ex ijs indicijs condẽnari, ita Paulus, in d. l. 1. C. de his quibus vt indignis, nu. 4. oblitus tex. optimum, qui ad hoc in argumentũ adduci ſolet, in d. l. vnica. in fine, vbi Bal. & Salicetus etiam tenent, condemnari poſſe. Et hanc eſſe communem opinionem affirmat Imola, in l. fi. num. 10. ff. de
3 hered. inſt. Pro qua ſententia facit, quod hominẽ mihi mortem minantem & ſolitum tales minas ad executionẽ deducere, licitum eſt occidere, pro periculo euitando. Ita Cynus, in l. 1. C. vnde vi. cuius opinionem dicit omnes tenere Iaſ. in l. vt vim, num. 14. ff. de iuſtitia & iure.

Sed contrariam ſententiam (imo quod ex illis indicijs non poſſit condemnari, ſed ſolum quæſtioni exponi) affirmat communem, Anania, in c. 1. de maledicis, num. 7. quæ opinio verior videtur, quoniam illæ non ſunt apertiſſimæ probationes, quas requirit l. fi. C. de probationibus, & probatio debet eſſe de neceſſario concludens, non de contingenti, tex. in l. neque natales. C. de probationibus. l. nam hoc. C. vnde legitimi. c. in præſentia. §. fi. de probation. Ex quibus infertur declaratio ad illam ſingularem Bartoli ſententiã, in d. l. ſi quis mihi bona. §. pater. vbi tenuit, quod ſi dominus, qui de proximo iniuriam recepit, dixit, famulo ſuo vel ſeruo, non redeas amplius domum, quouſque aliquid noui audiam, vel contingat ſuper hoc negocio, & famulus iniuriantem occidat, tenebitur quidem dominus, tanquam mandator illius delicti, quam Bar. ſententiam ſequuntur omnes ibi, vt affirmat Iaſ. nu. 12. idem in l. ſi quis id quod, nu. 36. ff. de iuriſdict. om. iudicum, idem Iaſon, vbi dicit illam opinionem eſſe communiter approbatam, in l. 1. nu. 27. C. de ſeruis fug. Sed verius exiſtimo, quod hoc ſit tantum iudicium ad torturam, non tamen ſolum ex hoc poteſt dominus diffinitiue condemnari.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium datur propter officium & ſic omnes tenentur recitare diuinum officium etiam ſi ſint in ſtudijs.*
2 *Maritus tenetur alere vxorem pauperem, & ſine dote acceptam.*
3 *Beneficiatus qui non recitat horas canonicas, tenetur ad fructuum reſtitutionem.*
4 *Beneficiatus recitans horas in peccato mortali, tenetur ad fructuum reſtitutionem, ſecundum aliquos.*
5 *Beneficio poteſt aliquis priuari propter non reſidentiam.*
6 *Beneficiatus qui in vno die non recitat horas canonicas, non tenetur ad fructus reſtitutionem, de iure, ſecus ex motu proprio Pij V.*
7 *Beneficiatus pauper, qui non recitat diuinũ officium, poteris ex conſilio confeſſoris fructus ſibi aſſumere.*
8 *Motus proprius Pij V. confirmat vltimam opinionem affirmatiuam.*
9 *Beneficiatus, qui habet beneficium litigioſum, nõ tenetur recitare horas canonicas.*

QVÆSTIO DCXLIII.

Vtrum beneficiatus qui poſſidet tenue beneficium, teneatur recitare horas canonicas. Communis contra communem.

BEneficiatum teneri ad recitandum diuinum officium (etiam ſi non ſit ſubdiaconus) videtur probare tex. in c. quod a te, & in cap. diuerſis fallacijs, de clerico coniugato, quod etiam procedit in ſcholaſticis, dum ſunt in ſtudijs. Ita Menochius, de arbitrarijs, cẽturia 5. caſu 4. numero 112. & 117. (contra alios.)
1 Et ratio eſt, quia beneficium datur propter officium, vt in capit. fi. de reſcriptis, libro 6. & hoc eſt verum, etiam ſi beneficium ſit ita tenue, quod beneficiatus non poſſit ex eo congrue ſuſtentari. Ita Hoſtienſis, in ſumma, de conſecratione eccleſiarum, vel alt. in §. ex quibus, & Albertus Feriarius, de horis canonicis,
2 num. 10. Et ratio eſt, quia etiam maritus tenetur alere vxorem, etiamſi nullam dotem ab illa ſuſceperit, vt tradit Lara, de alimentis, in §. ſi vel parens, num. 65. & in §. ſi quis ex his, nu. 57. quam opinionem ſequitur Antonius Cucnus, lib. 5. inſt. maio. tit. de horis canonicis, nu. 9. vbi aſſignat rationem dicens, quod nõ magis excuſantur, qui habent beneficium modici reditus, quam qui optimum, cum liberum ei fuiſſet illud non accipere, ita Godofredus, in c. clericus, diſtinctione 91. Syluester, verbo horæ, q. 2. quos ſequitur Soto, lib. 9. de iuſtitia & iure, quæſt. 5. art. 3. col. 3. Nauar. c. 21. nu. 8. de horis canonicis, quod maxime procedit ex Concilio Tridentino, c. 6. ſeſſ. 25. vbi quilibet clericus habens beneficium (licet exiguum) fori priuilegio fruitur, in his etiam criminibus, quæ minorum ordinum clericum beneficio carentem foro profano ſubijcerent, tum quia cum beneficium (licet exiguum) habeat clericus, ad ordinẽ promoueri poteſt, vt in c. tuis, de præbendis, & quia ratione qualiſcunque beneficij accedit beneficiato honor & præeminentia, & non poteſt reſignari abſque auctoritate ſuperioris. Hoc ita præmiſſo ex gl. in l. 1. C. de his quib.
3 vt indignis, inferebat Bal. ibi, nu. 1. quod beneficiatus qui non recitat, tenetur ad reſtitutionem fructuũ ex beneficio perceptorum, idem voluit Alc. ibi num. 3. Salicetus, nu. 3. Corneus, nu. 2. tenet etiam Calderinus, (qui citat Alex. vbi ſupra,) in c. 1. nu. 3. de celebratione miſſarum, vbi Panormitanus, nu. 8. & dicit hãc

opinionem

opinionem eſſe tutiorem in foro conſcientię, quam te
net Adrianus, in 4. quæſt. de bonorum eccleſiaſticorũ
4 reſtitutione, fol. 40. impreſſ. Lutetiæ, amplians etiam
ad beneficiatum recitantem in peccato mortali, qđ
ſequitur Ang. de Clauaſio, verb. hora canonica. §. 11.
Pro quorum opinione eſt auctoritas Concilij Latera
5 nẽſis, ſeſſ. 9. ſub Leone X. vbi expreſſe iniungitur hęc
fructuum reſtitutio propter officium non recitatum,
in §. ſtatuimus, el 3. quam opinionem ſequitur Nauar
rus, in manuali, c. 25. nu. 122. & in conſ. 14. tit. de ce
lebratione miſſarum, & Pariſius, de reſignatione be-
neficiorum, lib. 1. q. 9. nu. 9. quæ opinio verior & cre
brior eſt, & in praxi obſeruata, vt ipſe reſoluit, num.
15. quam opinionem ſequitur Antonius Cuchus, ſu-
pra, nu. 36. vbi refert literam Concilij Lateranenſis,
& Soto, lib. 10. de iuſtit. & iure, q. 5. art. 2. Inter quos
eſt controuerſia circa verba dicti Concilij, an ſit legẽ
dum, quod reſtitutio fructuum fiat per ſex mẽſes, vel
poſt ſex menſes a beneficio obtento, omittendo reci-
tare horas canonicas. Pro qua opinione facit, quod ex
non reſidendo priuatur quis beneficio, vt in c. fi. de
clericis non reſidentibus, ſed videtur nõ reſidere qui
non recitat.

Sed contrariam opinionem tenet Cardinalis, in d.
c. 1. de celeb. miſſarum, qui reſoluit, quod nõ tenetur
ad reſtitutionem, vbi Abb. dicit primam opinionem
rigidam, & hanc ſententiam Cardin. dicit tenere fere
omnes Syluester, in ſua ſumma, verb. clericis. 4. §. 23.
cui opinioni non obſtat auctoritas Concilij, quoniam
non fuit receptum, quod fatetur Caietanus, verb. ex-
communicatio, poſt c. 81. & Miranda in ſumma con-
ciliorum in Concilio Lateranenſi, f. ſſ. 12. Couar. lib.
3. variarum. c. 13. nu. 10. qui allegat Nauar. in c. quan
do, de conſecratione, diſt. 1. notabili. 7. num. 27. vbi
multum gloriatur (& ſumma cum ratione) illum ha-
buiſſe Salmanticę præceptorem.

Contrariam tamen ſententiam huic proximæ (in-
ter quas eſt communis contraria) tenet Soto, lib. 10.
de iuſtitia & iure, q. 5. art. 6. e. 3. verſ. quod ergo con-
6 cilium, vbi voluit, quod ille qui vno aut altero die nõ
recitauit, minime teneatur ad fructuum reſtitutionẽ,
ſi vero pluribus, teneri, niſi ſe cum Papa, vel eius le-
gato compoſuerit. Et hãc opinionem tenet Archidia
conus, & Dominicus, in ſumma 44. diſt. idem Domi.
in c. ſi. 4. notabili, de reſcriptis, lib. 6. vbi Francus, no-
tabili 4. Dominic. numero 1. dicens hanc fuiſſe opi-
nionem Raymundi, in ſumma de raptoribus, in ca-
pitulo, ſi canonici. §. ſaturi, de officio ordinarij, li-
bro 6. Gabriel, in 4. vbi plura inducit, diſtinct. 15.
quæſt. 8. & hanc eſſe communem dicit glo. Concilij
Lateranenſis (quæ in ſcriptis circumfertur) verb. non
faciat, & illam ſequitur Nauarrus, in man. c. 25. nu.
7 123. vbi exiſtimat, quod ſi ſcholaſticus pauper ſit, qui
non recitauit, poterit ex conſilio confeſſoris docti, ſi-
bi aſſumere fructus iam amiſſos in ſuam ſuſtentatio-
nem. Argumento eius quod notat Baldus, in l. ſi tibi
mandauero, §. ſi tibi centum. ff. mandati. Adde etiam,
quod ſi beneficiatus ſit multum remiſſus in recitan-
do, poteſt prælatus illum beneficio priuare. Ita Ioan-
nes de Ligna. de horis canonicis. q. 10. in vol. 15. tra-
ctat. Et in hac quæſtione principali, duas communes
opiniones contrarias refert Menchaca, de ſucceſſio-
num creat. lib. 3. §. 22. num. 56. qui tenet, quod cleri-
cus non teneatur ad fructuum reſtitutionẽ, aſſignans
rationem, quia beneficiati non conſequuntur fructus
propter ſolam horarum recitationẽ, ſed propter alia
plurima miniſteria. Quæ opinio receptiſſima erat de
8 iure communi, hodie autem, ex motu proprio Pij V.
promulgato anno 1571. eſt diſpoſitum, quod benefi
ciatus nõ recitans horas canonicas, etiam vnius diei,
teneatur pro rata emolumenti beneficij pauperibus
reſtituere, ex quo videtur approbatum decretum Cõ-
cilij Lateranenſis, & ſic hæc quæſtio non indiget alia
diſputatione, vt etiam tradit Salcedo, in practica, ad
Bernardum Diaz. c. 54. litera A. & frater Manuel Ro
driguez, in ſua ſumma, c. 145. concluſ. 1. vbi limitat
noſtram principalem concluſionem, & receptiſſimã
ſententiam, quando beneficium eſt litigioſum, Na-
uarrus cõſilio 14. lib. 3. tit. de pœn. & remiſ. quod eſt
menti tenendum, quia ſæpe dubitatur de hoc.

QVÆSTIO DCXLIV.

*Vtrum nomine tutoris, uel pupilli, teſtamentum accuſe-
tur de falſo. Communis contra communem.*

TVtores, ſeu curatores, admitti ad accuſandum te
ſtamentum de falſo, nõ pupilli nomine, ſed ſuo,
probat tex. in l. 2. C. de his qui accuſ. non poſſunt, cu
ius cõtrarium directo probat tex. in l. Polla. C. de his
quibus, vt indignis, l. tutorem. ff. eodem tit. l. ſenatus
conſulto. C. de his qui accuſ. non poſſ. in quibus iu-
ribus tutores poſſunt nomine pupilli teſtamentũ tan
quam falſum accuſare, ſicut poſſunt inofficioſum di-
cere, vt in §. ſi tutor, Inſtit. de inofficioſo teſtamento,
quare gloſ. verb. pupilli, in d. l. Polla; voluit, quod ibi
(& in alijs ſimilibus) agatur ciuiliter, & in d. l. 2. cri-
minaliter. Quam opinionem ſequitur Iacobus Butri-
carius, neque diſplicet Paulo, & Alex. Secundo ſoluit
ibi gloſ. quod illa iura intelligantur nomine pupilli,
hoc eſt, ad eius vtilitatem, ſed accuſatio fiat nomine
tutoris, quem intellectum teſtatur ibi communẽ Bal.
nu. 1. Raphael Fulgoſius, & Corneus, nu. 3. & ſequi-
tur Odofredus, nu. 3. referens quoſdam dicentes le-
gem illam ſecundam, corrigere contraria iura, quę ſo
lutio relatione fuit indigna, propterea Bar. in d. l. Pol
la, oppoſitione 2. (ea ſentẽtia Ricardi de Malumbre)
intelligit longe aliter, dicens quidem optimo iure ac-
cuſari poſſe teſtamentum, tutoris nomine, & quia ni
hil eſt quod prohibeat, ſed inſcribere ſe deberi, non
pupilli nomine, ſed proprio ſuo, ad pœnam talionis
ſubeundam ſecundum formam tex. in l. qui crimen,
C. qui accuſ. non poſſunt. l. fi. vbi gl. C. de accuſation.
Et hoc eſt quod dicit tex. in d. l. 2. quem Bart. intelle-
ctum ſequitur Benedict. de Plumbinis, in d. l. Polla,
dicens eum minime placere doctoribus Bononienſi-
bus, illum tamen aſſerit communem Iaſ. ibi num. 6.
vbi Corneus, & ita in ſcholis maiori calculo docto-
rum recipitur.

SVMMARIVM.

1 *Papa ſine conſilio Cardinalium poteſt res arduas expe-
dire.*
2 *Inter Papam, & Cardinales eſt quædam vnio.*
3 *Papa non tenetur conſulere ſuos fratres.*

4 *Papa*

4 *Papæ poteſtas eſt ſumma poteſtas.*
5 *Clauſula de fratrum noſtrorum conſilio apposita in bul-
lis apoſtolicis, qualiter intelligatur.*
6 *Papa poteſt Cardinalem eligere ſine aliorum conſilio,
non vero priuare.*
7 *Solemnitas quæ requiritur in actu faciendo, requiritur
in deſtruendo.*
8 *Papa ſolus poteſt regem regno priuare.*
9 *Papa an poſſit hominem ſanctum hac vita migratum
in ſanctorũ numero collocare ſine cõſenſu Cardinaliũ.*
10 *Ardua negotia cũ conſilio ſunt tractãda & terminãda.*
11 *Si Papa delinquat nullum habet iudicem niſi in crimine
hæreſis.*

QVÆSTIO DCXLV.

*Vtrum princeps ſine conſilio procerum poſſit legem con
dere in rebus grauibus, & Pontifex ſine conſilio Car-
dinalium. Communis contra communem.*

REgula iuris eſt, leges principes debere conde-
re ex conſilio ſuorum procerum. Ita gloſ. verb.
ſanctiones, in l. fina. C. de diuerſis reſcriptis, & pro-
bat tex. in l. placet, in principio, C. de ſacroſanctis ec-
cleſijs. Et ratio eſt, quia negocia ardua non expedit
princeps ſine illis, tex. in authentica. habita. C. ne fi-
lius pro patre. legem autem condere, eſt res ardua
& maximum negocium, cum in eo conſiſtat ſupre-
mus & maximus meri imperij gradus, vt exiſtimat
Bar. in l. imperium. nu. 7. ff. de iuriſdictione omnium
iudic. Quo ſuppoſito, dubium eſt, an Papa poſſit res
arduas ſine Cardinalium conſilio expedire, & non
poſſe tenet Bald. in l. penult. nu. 3. verſic. cum ſit val-
de præciſa. C. de bonis quæ lib. Quare Papa Vrbanus
(referente Bald. in d. l. fi. C. de diuerſis reſcriptis) le-
gatis Peruſinis ſupplicantibus expeditionem quo-
rumdam negotiorum reſpondit, non eſſe ſolitum, ne
gotia grauia in camera priuata expedire, ſed in apo-
ſtolico conſiſtorio, & ad hoc eſſe caſum, & multum
debere notari refert Bald. in d. l. finali. & dicit com-
munem Pariſius, de reſignatione beneficiorum. 1. p.
lib. 8. quæſtione. 5. num. 14. quam opinionem tenet
1 etiam Cardinalis conſ. 128. vbi generaliter tradit ge
ſta per Papam (quæ ardua ſunt) ſine conſilio Cardi-
nalium, minime obligare ſucceſſores, & eandem ſe-
quitur opinionem in c. ex geſtis, de clericis non reſi-
dent. vbi etiam Imola, num. 1. tenet etiam Abb. in c.
quæſiuit, num. 3. de his quæ fiunt a maiori parte cap.
vbi in hoc allegat duo iura tex. in c. per venerabilem
(vbi ipſe notat num. 1.) qui filij ſint legitimi, & cap.
fundamẽta de electione, lib. 6. & ſubiungit Abb. ibi,
hoc eſſe mirabile dictum Archidiaconi, in c. ſunt qui
dam, 15. quæſtione. 1. quam opinionem tenet Fran-
cus, in c. ſuper eo. num. 2. de hæreticis, lib. 6. vbi re-
2 fert ex Ioanne Andrea, in c. requiſiſti, de teſta. quod
inter Papam & Cardinales eſt quædam vnionis iden
titas, & hanc partem ſequitur Baſil. de præſtãt. Card.
quæſ. 2. dicens eſſe ſuſtentabiliorem, nu. 11. & æquio
rem, num. 24. nec contrariam eſſe communem. num.
28. imo hanc eſſe communem, & in eius fauorẽ fuiſ-
ſe obtentum, ac iudicatum olim.

Sed contrariam opinionem (imo quod etiam in ar
duis, quale eſt legem concedere, princeps vel Papa
non teneantur requirere conſenſum procerum ſuo-
rum, de neceſſitate, & quod hoc faciunt de vrbanita-
te (videtur inſinuare gloſſ. verb. contingeret, in d. ca.
fundamenta. §. decet, de electione, lib. 6. gloſ. etiam 1.
in d. c. ad apoſtolicæ, de re iudic. eodem lib. vbi dici-
3 tur non teneri Papam conſulere ſuos fratres, quia Pa
pæ poteſtas eſt maxima, & pleniſſima. c. 2. de præb.
lib. 6. c. propoſuit, de conceſſ. præbendæ, clem. 2. vt
lite pendente. c. cuncta per mundum. 9. q. 3. ibi, *ſine*
4 *vlla Synodo*, & Papæ poteſtas dicitur libera. tex. in c.
ſignificaſti, in fine, de electione. Vnde ſequitur eũ mi
nime teneri aliquem requirere, ita gl. verb. libere, in
clem. dudũ, de ſepulturis. Et etiam principes eãdem
habent in temporalib. libertatem & plenitudinem.
l. bene à Zenone. C. de quadriẽnij præſcript. l. depre-
catio. ff. ad leg. Rhod. de iactu. quare hanc opinionẽ
tenuit (contra Bal.) Hugolinus (doctor antiquus) in c.
in iſtis. §. leges. 4. diſt. & dicit communem Geminia-
nus, in d. c. ſuper eo, nu. 4. de hæreticis, lib. 6. vbi dicit
illã magis communẽ, & ſuſtẽtabiliorem, ſequitur Fe-
linus, in rubrica, de conſtitutionibus, nu. 2. vbi affir-
mat eſſe cõem, & ſequitur Decius. 1. lectura, nu. 8. ibi,
pro qua facit tex. in l. fin. C. de leg. ibi, *ſoli Imperato-
ri*, & ibi, *ſolus Imperator*. Et eſſe communem opinio-
nem & ex facto ſeruari, affirmat Albericus, in rub.
C. de leg. num. 3. vbi ſubdit clauſulam illam, quæ in
5 decretalibus epiſtolis inſeritur, ſcilicet de fratrum
noſtrorum conſilio, decentiæ magis eſſe, quam neceſ
ſitatis, & dixit communem opinionem Anania in c.
firmiſſime, nu. 4. verb. Papa, de hæreticis, & Barbacia
(ſibi contrarius) conſ. 1. vol. 1. col. 28. paulo poſt me-
dium, eum ſequutus) & eam tenet Paulus, in l. huma
manum, nu. 6. C. de legib. Vnde infertur licere quidẽ
Papæ, aliquem in collegio Cardinalium cooptare, ſi-
ne illorum conſenſu, licet ſit negocium arduum. Ita
determinat eleganter Ioannes Andreas, in c. ſanc, de
conuerſione coniugato. vbi idem ſequitur Antonius,
& Felinus, ſupra, & in hoc Decius dicit, allegare gloſ
ſam notabilem. verb. poteſtatis, in clem. Romani, de
6 electione, quæ profecto nihil dicit. Eſt tamen aduer-
tendum, quod licet Papa ſolus poſſit ſolus Cardina-
les creare, non tamen poterit ſolus priuare illos Car-
dinalatus poteſtate, vt videtur probare tex. in c. 2. de
clericis non reſident. & ibi ex eo notat Hoſtiẽſis, Ioã
nes Andreas, & Panormitanus, qui multa inducit (ne
que tñ quæ ſit ſua in hac controuerſia ſententia colli
gi poteſt.) Solet tamen ad hoc citari text. in cap. 1. de
ſchiſmaticis, lib. 6. ibi. *de fratrum conſilio*, quam con-
cluſionem (pluribus rationibus) probare nititur Bar-
bacia, de præſt. Cardinalium. §. 2. quæſt.... Baſili, vbi
ſup. nu. 3. qui illam dicit eſſe ſuſtentabiliorem, quã-
quam (vt ingenue fateamur) opinio contraria fortaſ-
7 ſis eſt magis vera, & iuridica, imo quod ſolus Papa
poſſit Cardinalem deponere, quia non maior ſolem-
nitas requiritur in deponendo, quam in creando de
nouo. l. nihil tam naturale. ff. de regulis iuris, & ſolẽ-
nitas quæ requiritur in deſtruẽdo. l. ſi vt proponis. 2.
C. de ſecundis nuptijs. gloſ. notabilis (iuxta tex.) in l.
cum proponeretur. ff. de leg. 2. & plura tradit Tira-
quellus, ad l. connub. gloſ. 6. nu. 12. fol. 126. vbi dicit
quod ſolemnitas quę requiritur in actu, requiritur in
eius reuocatione, & ſic cum nulla ſolemnitas, ni-
ſi Papæ voluntas, requiratur in creatione Cardina-
lium, ſequitur, quod mutata voluntate, poterit il-
los dignitate ſua priuare ſine conſilio Cardinalium.

Digitized by Google

Idemque tenet Loaces, in allegationibus pro Marchióne de los Velez.fol.394.nu.8.quem refert & ſequitur Iulius Clarus,lib.5.ſententiarum,§.fin.quæſt.35.nume.11.qui docet, quod ita concludunt communiter doctores. Rurſus confirmatur illa concluſio ex traditis per Gigantem,de penſionibus. q.45.num.1. Spinum,in ſpeculo teſtamentorum,glo.5.nu.24.illa tamen priuatio debet fieri in conſiſtorio,vt factũ fuit tempore Iulij II.cum illis qui adhærebant conciliabulo Piſano,& tempore Leonis X. in priuatione Cardinalis Petruci,& aliorum,qui conſenſerant coniurationi factæ contra ſummum Pontificem, & tempore Pij IV.in priuatione Cardinalis Garaſæ, vt refert Flaminius,de reſignatione beneficiorum.q.11.num.15. in prima parte,& quæſt.10.num.27. lib.1.Præterea
8 ſolus Papa poteſt regẽ regno ſuo priuare. c.alius, 15. q.6.c.ad apoſtolicæ,ſupra,gloſſ.1.de re iudicata,in 6. vbi ſine conſenſu Cardinalium depoſuit regem Francorum,& etiam Fedetieum, & alios refert Iulius Cla-
9 rus, ſup.nu.6. infertur etiam licere ſoli Papæ hominem ſanctum in hac vita defunctum,in diuorum numero ſine conſenſum Cardinalium conſerre (quamuis negotium perquam arduum ſit.) Ita tenet Archie-
19 piſcopus Florentinus 2.p.3.partis ſuæ ſummæ.titu.22.c.5.§.5.col.2.verſ. ſi autem, vbi refert,ita tenere Auguſtinum de Ancona,& Florentinum. Quam opinionem ſequitur Felinus,& Decius,in d.rub.de conſti.tametſi dicat contrariam tenuiſſe Ioan. Andreã, & Anton. in c.1.de reliquijs & veneratione ſanctorum.& contrarium tenet Martinus Laudenſis,in tractatu de Cardinalibus,q.110. & Troilus Maluitius, de canonizatione ſanctorũ,2.dubio,vbi nu.42.(pluribus)dicit in hac reſidere opinione, quod in hoc caſu Papa teneatur requirere conſenſum Cardinalium, quare verior videtur opinio Florentini.
11 Sed pulchrum dubium eſt,ſi Papa delinquat,quis erit competẽs iudex ad illius punitionem. De quo eſt tex.mirabilis,in c.ſi Papa,40.diſtin.ibi,*culpas Rom. Pontificis,nullus mortalium redarguere præſumat,quia cunctos ipſe iudicaturus a nemine eſt iudicandus, niſi deprehendatur a fide deuius.* In quo caſu erit iudex competens Concilium generale, & ita dicunt communiter doctores, vt atteſtatur Cardinalis Alex. in d.cap. ſi Papa, & dicit eſſe planum apud omnes Iaſ.conſil. 95.lib.4.quia vbicunque reperitur,quod Papa poſſit iudicari,ſemper intelligendum eſt à concilio.Ita glo. in c.ſicut, verb. hortamur.2.q.7. quam dicit eſſe frequentioribus votis approbatam Aluaradus, de poteſtate Papæ, 1.p.nu.84. & num.173. & qualiter hoc ſit practicandum tradit Iulius Clarus,ſup.nu.4.& ratio eſt,quia Papa hæreticus non Papa amplius Deiq; vicarius,& ſupremus Chriſtianę orbis ſenator,& pręſul dicendus eſt, ſed diabolus, & omnium mortaliũ infimus, & peſſimus,& ipſo iure põtificatu priuatus, ita Ant.Cuchus,lib.2.tit.3.nu.20.inſtit.Et an diſpoſitio illius tex.in d.c.ſi Papę,procedat in alio quocumque crimine notorio,ex quo eccleſia ſcandalizetur,tenet gloſ.ibi quod ſic,& illam ſequitur Abb.in cap.ſignificaſti,nu.4.de electione,quam dicit communiter recepti Decius, conſi.151.num.4.qui dicit,quod illa gloſſa placet communiter canoniſtis, quam opinionem ſequitur doctiſſimus Oroſcius, in l.& eſt receptum,col.586.& 587.ff.de iuriſdictione omnium iudicum,& dicit communem opinionem canoniſtarũ Azeuedo,in l.14.tit.3.num.30.lib.1. recopilationis, & vide Antonium Cuchum, ſupra,inſtitu.maior.tit. 3.de Concilio œcumen.vbi late proſequitur.

Sed contrariam opinionem (imo quod ſolum pro crimine hæreſis poſſit Papa accuſari)tenent communiter theologi, vt dicit Zabarella,in d.c.ſi Papa, Beroius,in c.at ſi clerici,n.9.de iudicijs, qui dicit, quod illa gloſſa eſt à canoniſtis communiter reprobata, & in c.cum veniſſent,nu.41.de iudicijs,dicit,quod contra illam gloſſam tenent magis communiter ſacri doctores theologi,& magis communiter canoniſtæ, in qua re nihil reſoluit Iulius Clarus,ſupra nu.3,ſed tãtum refert duas communes, dicẽs,quod hæc quæſtio eſt periculoſa, in qua mallet diſcere quam docere, ſe remittens iudicio ſanctæ matris eccleſiæ, cui in omnibus me etiam ſubmitto: & in hac re exiſtimo veriorẽ eſſe opinionem contra gloſ. ex reg. dicti c. ſi Papa,& ex ſua exceptione. quia caſus ſpecialis firmat regulã in contrarium,tex.in l.nã quod liquide. §.ſi.ff.de pẽnu legata. l.ius ſingulare.ff.de legibus. l.tribunus. §. fi.ff.de teſtam.milit.& declarat Azeuedo,in l.1.tit.1. lib.6.recop.nu.62. & 70. Et qui ad longum voluerit prædictam difficultatem explanare,videat Albanum de poteſtate Papæ & Concil. 1.par.à num.4. & 107. & in 2.parte,ex nu.96. & 103.Caſtrum,de iuſta hæret.punit.lib.1.c.6.& lib.2.c.23.Ioannem Driedon. de liberta.chriſtiana,lib.1.c.14.& Albertum Pighiũ, lib.4.de eccleſiaſti.hierar.c.8.Mich.de Anin.de vnitate ouil.c.23.nu.8. Doctorem Guer. de Concil.c.3. & 7.Simanc.de cathol.inſtit.c.12.ex nu.12.& c.45. ex nu.20.Rojas,ſing.146.Aluar.Pelag.de planctu eccleſiæ.lib.1.c.4.& c.6.& 34. Couar. lib.4. var.c.13. verſ.cæterum,& lib.1.c.10.nu.12.Hoxedam de clericis,& eorum exemptionibus,1.parte c.14.num.8. Hieronymum de la Rua, in controuerſia theologica contro.3.pag.103.Iacob.Benin. de priuilegijs iuriſconſultorum.2.par.priuilegio.39.nu.11.& Dominicum Bannes,2.2.q.1.art.10.col.127.& ibi Aragon, q.1.art.10.pag.90.Angles,in flor.theologicarũ quæſtionum,de excommunic. pag.48.in fine.Cordoua, in quæſtion. thelogic. lib.4.q.4.propoſitio.10.& in quæſt.3.4.5.& 6. & 11.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum nudum veſtitum cohærentia contractus ſufficit in fideiuſſoribus.*
2 *Lex,cum oſtendimus.§.fideiuſſoribus, declaratur.*
3 *Actus iudiciales fortiores ſunt quam extraiudiciales.*
4 *Calor iudicij,cum patientia contrahentium,ſufficit ad inducendam ſtipulationem.*
5 *Fauor pupillorum,in contractibus,non conſideratur.*
6 *De iure regio poteſt fideiuſſor obligari ex pacto nudo.*

QVÆSTIO DCXLVI.

Vtrum ſtipulatio requiratur pro ſubſtantia fideiuſſionis. Communis contra communem, & quid iure regio.

PRo ſubſtantia fideiuſſionis ſtipulationem requiri, probat text.in §.1. Inſti.de verborum.l.5.§.ſatis acceptio. ff. illo tit. l.blanditus. C.de fideiuſſ. §.fi. Inſt.eodem tit. vbi Ang.num.5.dicit eſſe cõem opi-
1 nionem,quod adeo verum eſt, vt pactum nudum nõ

ſufficiat

Digitized by Google

ſufficiat(etiam veſtitum cohærentia contractus)quod
notat Bal.eleganter,in l.ex placito, quæſt.17.C.de re
rum permutatione, cuius opinionem ſequitur Iaſ. in
l.lecta,in fi.ff.ſi cert.pet.& in l.ius gentium.§.quini-
mo,col.3.verſ.4.limita.ff.de pactis. Decius, conſ.95.
num.3.Caſtellianus Cotta,in memorab.verſ.fideiuſ-
ſor.& verſ.ſed quid ſi talis,Tiraquellus, de retractu
conuent.§.5.gloſ.5.num.26.Hoc ſuppoſito dubium
2 nunc eſt, ex qua cauſa illa ſtipulatio, quæ neceſſario
requirebatur,in l.cum oſtendimus, in §.fi. ff.de fide-
iuſſoribus tutorum, ficte ibi inducatur contra natu-
ram ſtipulationis. Et Bar. ibi dicit, hoc induci ex pa-
tientia fideiuſſorum,iuncto calore iudicij, ex quibus
ſuppletur defectus ſtipulationis. Et hunc intellectũ
ad illũ tex.tenet Bart.in l.1.nu.2.ff.de verb.& in l.fi.
col.fin.ff de prætorijs ſtipulationibus, & in l.cũ quis
decedens.in prin.ff.de leg.3. & in l.fi.§.1. ff.qui & à
quibus appellare non liceat,tenet etiam Bald. in l.ta-
le pactum. §. qui prouocauit, col. 7. ff. de pactis, &
in c.nuper.de teſtib.dicens illum tex.ſingularem. Te
net etiam Paulus, in l.ſciendum. ff.de verb. Et hunc
intellectum ad illum text. teſtatur eſſe communem
Ioan.Annibal, in l.nemo poteſt, num. 361. ff.de le-
3 gat. 1. Pro quo intellectu videtur facere, quia actus
iudiciales fortiores quidem ſunt extra iudicialibus.
l.manumiſſio per lictores.ff de manumiſſis vindicta,
l.fideiuſſor, in princip. ff.qui ſatiſdare cogantur, l.in
publicum,cum ſua gloſſ. ff. de acquirenda hæredita-
te. l.ſi tert. §.fi.ff.de pignoratitia actione, & notat Bar-
tol. in l.poſtquam liti. C.de pactis, Curtius, in l.pacta
nouiſſima, num.7. eodem.tit. & illum tex.in d.§.fin.
bene declarat Gomecius, 2.tom. variarum. c.15.nu.
5.Auendãnus,in ſuo dictionario verb.*almenedas*, Iu-
lius Clar.lib.5.recept.ſent.§.fi.q.46.nu.12.Bacca,de
inope debitore.c.1.nu.29.Gutierrez, practicarũ quæ
ſtio.lib.1.quæſt.132.num.7.Sed contra Bartoli intel
lectum facit tex.in l.ſiue apud acta, C.de tranſactio-
nibus,& in l.omnes.§.hac autem inclita, C.de epiſco
pis & clericis,& in l.ſi præcedente.§.Lucius,verſ.re-
ſpondit.ff.mandati.l.2.§. ſtipulatio,ff.de verborum,
4 quibus iuribus videtur probari patientiam cum calo
re iudicij non ſufficere ad inducendam ſtipulationẽ,
& hanc eſſe communem opinionem firmat Curtius,
in l.pacta nouiſſima,nu.7.C.de pactis. Et ſic videtur
quod ille communis intellectus Bart.ad illum legem,
cum oſtendimus,non poſſit procedere.ideoque Bald.
in l.2.§.voluntatem.ff.ſolut.matr.aſſignat intellectũ,
videlicet,qđ ex eo in d.§.fi.inducitur ſtipulatio, quia
cum patientia ipſius obligati & calore iudicij,concur
rebat fauor pupilli,quemadmodũ in l.vnica, in prin.
C.de rei vxoriæ actione, fauore dotis fingitur ſtipula
tio interceſſiſſe. Et hunc intellectum Baldi ad illum
text.ſequitur Alex.in d.l.1.nu.36. ff.de verb.vbi Iaſ.
num.7.Crotus, nu.35. teſtatur eſſe communem opi-
nionem,contra Bar.in d.§.fi.& in alijs locis. Verum
enim vero,nec hic Baldi communis intellectus caret
5 ſcrupulo, quia fauore pupilli non ſolet ſtipulatio ta-
cita ſubintelligi,etiam in iudicio,vt in l.ſi filius. ff.de
tutelis. Et ſic cogita,an dici poſſit eſſe ſpeciale in fide
iuſſionibus,quæ interponuntur de iure prætorio, vt
in eis non exigatur ſtipulatio.Sed communis intelle-
ctus magis receptus eſt,quòd in d.§.fi.trib.concurrẽ-
tibus procedat illius diſpoſitio,fauore pupilli, calore
iudicij, & taciturnitate fideiuſſorum. Ita Butigela, in
d.l.1.nu.24.ff.de verborum.Vel ſecundum alium vẽ
riorem, & communem,quatuor ibi concurrunt copu
latiue,ſcriptura publica,fauor populi,patientia gemi
nata fideiuſſorum, & calor iudicij, ita Ripa, in d.l.1.
nu.17.vbi Iaſ.nu.7.quem ſequitur Azeued. in l.13.
tit.9.lib.3.recop.& Gutier. practicarum quæſt.lib.1.
q.132.nu.7.Quæ omnia ſunt notãda pro declaratio-
6 ne illius tex.Hodie vero,ex l.2.tit.16.lib.5.recop. &
tenent ibi gloſſatores, recte obligatur fideiuſſor, etiã
pacto nudo, & ſublata eſt illa ſolẽnitas ſtipulationis.
Ita nouiſſime Parladorius, lib.2. rerum quotidiana-
rum,cap.3.per totum.

S V M M A R I V M.

1 *Lex,pater,C.de euictionibus declaratur.*
2 *Auus non tenetur dotare neptem,quæ habet patrem diuitem.*
3 *Auus in dubio cuius contemplatione cenſeatur dotare neptem,ſunt duæ communes opiniones contrariæ.*
4 *Salicetus non determinauit noſtram quæſtionem, quia tunc lis pendebat.*
5 *L.8.tit.11.p.4.declaratur.*
6 *Hodie nepos ex filio coniugato,non eſt in poteſtate aui.*
7 *Obligatio dotandi non conſiſtit in patria poteſtate.*
8 *Pater tenetur dotare filiam iam nuptam.*
9 *Auus maternus non tenetur dotare neptem diuitem.*
10 *L.fi.C.de dotis promiſſione,repugnat rationi.*

QVÆSTIO DCXLVII.

Vtrum auus paternus teneatur dotare neptem, quæ habet patrem diuitem. Communis contra communem, & quid iure regio.

AVum paternum teneri dotare neptem, etiamſi il
la patrem diuitem habeat,tenet Speculator,in 4.
p.tit.de iudicijs.§.ſequitur, num.11.Ang.per gl.ibi,
in l.pater,num.4.ff.de euictionib. Bal.in l.fin.nu.14.
C.de dotis promiſſione.idem Bal.in auth.ex teſt.nu-
me.15.verſ.3.quæro.C.de collationibus, & eſt com-
munis opinio,ſecundum Vulgatinum, in l.1.nu.41.
ff.ſolu.matr.quam ibi defendit Grotus, à nu.80.vſq;
88.& ibi Vulgatinus dixit, quod communiter gloſ-
1 ſæ,& doctores intelligunt tex.in l.pater.C.de euictio
nibus, in auo dotante neptem,quem intellectum ip-
ſe reprobat (& bene) quia etſi verus eſſet ex eo non
2 ſequeretur, quod auus teneretur ſemper dotare ne-
ptem,viuo filio maxime diuite, & ſequitur ibi Socin.
nu.47. & Cacialupus,in l.frater à fratre,nu.128.(cũ
duobus ſeq.)ff.de condi.indeb. quæ opinio fuit origi
nalis Azonis,in tit.quod cum eo,nu.43.in fi.& dixit
communẽ Socinus,in d.l.1.nu.49 Soci.iunior, conſ.
29.nu.37.vol.3.Palatius Rubeus,in c.per veſtras,no
tabili.3.§.fi.n.5.Padilla,in auth.res quæ. C.cõmu.de
leg.Spino,in ſpec.teſtam.gl.10.nu.38.ꝙ declarat,qñ
3 auus paternus habet neptem in ſua poteſtate, & pa-
ter indigeret. Eſt in dubio cuius contemplationis cẽ-
ſeatur auus neptem dotare,filij an neptis,tradit duas
cões Meno.li.3.præſ.17.n.3.& cõſ.183.n.14.vol.3.
Sed contrariam opinionẽ (imo ꝙ ſolum teneatur
auus illam dotare quãdo illius pater eſt pauper) tenet

Baldus)ſibl cõtrarius in d.auth.res quæ,nu.12.& ſe-
quitur Camil.nu.120.Alex.nu.19.l.1.ff.ſolu.matri.
vbi Iaſ.teſtatur eſſe communem,nu.26.Ripa,nu.74.
& Zaſius,num.27.& ſequitur Anton.Gabr.tit.de iu
re dotium, num.15.dicens communem. & alios re-
fert Ioan.Botta,conſ.20.nu.11.& illam ſequitur Cor
raſ.in l.qui liberos,nu.105.ff.de ritu nuptiarum,Iaſ.
in §.fuerat,nu.103.Inſt.de action.Campegius,de do
4 te,q.18.vol.6.tract.licet Sal.in d.l.fi.C.de dotis pro-
miſ.noluerit proferri ſuam ſententiam,quia tunc ſub
iudice lis erat,& ſequitur Padilla,in d.auth.res quæ,
nu.58. & Baeça(dicens communem)de non meliorã
dis filiabus ratione dotis.c.7.num.16.Matien.in l.1.
5 tit.2.lib.5.recop.gl.2.nu.5.& eſt tex.de iure regio,in
l.8.titu.11.p.4. vbi Greg.dicit communem,allegans
Socin.conſ.33.nu.16.vol.3.Pulchrum tamen dubiũ
eſt,an hodie auus paternus teneatur dotare neptem,
ex l.47.Tauri, per quam filius liberatur à patris pote
6 ſtate,per contractum matrimonij. In qua quæſtione
reſolutiue dicendum eſt,quod etiam ſi neptis hodie
non exiſtat in poteſtate aui, nihilominus tenebitur
auus illã dotare.Ita tenet Greg.in d.l.8.verb.*el aguelo*,quem ſequitur Gutier. practic. quæſtio.lib.2.q.9.
7 quia obligatio dotandi non conſiſtit in patria pote-
ſtate,vt illa ceſſante ceſſet obligatio, quia alias pater
8 non teneretur dotare filiam iam nuptã, quod falſum
eſt,vt(pluribus citatis)docet Mexia, ad l.Toleti.12.
partis.1.fundamẽto,nu.34.fol.33.& Azeued. in l.3.
tit.29.nu.4.lib.5.recop.quod procedit,non obſtanti
bus verbis dictæ legis 8.ibi, *el aguelo de parte del padre que vuiere ſu nieta en ſu poder,tenudo es de la dotar.*
Cui difficultati reſpondetur,quod ex illa lege non eſt
ſumendum argumentum à contrario ſenſu, vt ceſſan
te patria poteſtate eſſet dotandi obligatio: maxime,
quia illa verba non important deciſionẽ in patria po
teſtate,vt tradit Gutier.ſup.& Matiẽ.in l.1.ti.2.gl.2.
lib.5.& Greg.& Baeça,ſup.nu.16.qui reſoluit, illud
9 non habere locum in auo materno, qui non tenetur
dotare neptem diuitem,vt tradit Guillermus Benedi
ctus,in c.Raynutius,verb.dotem,num.5. Nouellus,
de dote,6. parte, priuileg.16. & ſi non haberemus l.
10 fi.C.de dotis promiſſione, diſponentem patrem te-
neri dotare filiam,etiam diuitem,quilibet reſponde-
ret cõtrarium,vt tradit Baeça,ſupra nu.21.& Couar.
in 4.decret.2.p.c.3.§.8.nu.8.Corraſ.in l.qui liberos,
nu.96.de ritu nuptiarũ,Maxia,ad l.Toleti,ſupra,12.
par.num.37.fundamento 1.qui dicit communem.

QVÆSTIO DCXLVIII.

Vtrum ducens puellam minorem duodecim annis, lucretur fructus rerum dotalium. Communis contra communem, & quid iure regio.

DVcens puellam minorem duodecim annis, traducenſque illam ad domum, & ſubiens onera, eius facit fructus rerum illius ſuos. Ita tenet (ex opinione Azonis)gl.fin.in l.ſi ante nuptias.ff. ſolut. matri.quam dicit communiter ſeruari Bal. ibi,dicens cõtrariam eſſe de iure veriorem,Bart.tamen,ibi in fi.tenet contra Azonem, per tex.in l.penul.§.Iulianus.ff. quod falſo tutore auctore,addẽs, quod ſi ſponſa eſſet maior,tunc ſponſus in iſto caſu faceret fructus ſuos, & in hoc expendit gl.in l.2. C.de dotis promiſ. & in l.inſulam.§.vſuras,ff.illo tit. & Bartoli opinionem dicit communem ibi Iaſ.nu.3. in quantum loquitur de maiori,& illam Azonis opinionem approbat. l.28.titu.11.p.4.quæ fundatur in ęquitate,& ita ſeruatur in his regnis, ex quo iam illa æquitas eſt ibi ſcripta, & ſic profertur opinioni contrariæ, quæ procedit de iuris rigore,ſecundum Bart.l.placuit,C.de iudicijs. De iure tamen communi,communis opinio erat in contrarium,quod non lucretur ſponſus fructus,arg.text. in l.penul.ff.quando dies legati cedat,ibi,*non videtur nupta quæ virum pati non poteſt*,ita Gregor. in d.l.28. verb.*y eſto es ygualdad.*

QVÆSTIO DCXLIX.

Vtrum laicus in criminalibus poſſit accuſare clericum non infamatum de crimine. Communis contra communem.

LAicus in criminalibus, (exceptis) de quibus per gloſſam,in c.cum P.de accuſationibus, & in ſumma 2.q.7. & in c.per tuas, el 1.de ſimon. admittitur ad accuſandum clericum, vel teſtificãdum contra eũ. Ita gl.in c.de cætero, de teſti. vbi Felinus,nu.9.verſi. limitat.6. vbi innuit eſſe communem opinionem, & omnes ita tenere.

Sed contrariam opinionem (imo quod ad hoc,vt laicus in illis criminibus poſſit accuſare clericum,vel contra eum teſtificari,ſit neceſſarium, quod clericus ſit infamatus) dicit magis communem Hoſtienſis, in c.veniens,el 1.de teſtibus,in princ.& vide Duennas, reg.315.an mulier poſſit in hoc caſu eſſe teſtis contra clericum maxime ſi ſit bonæ famæ, & Ioſephum Maſcardum,de probationibus,vol.2.cõcl.1459. nu.44. & Salzedum, in practica ad Bernardũ Diaz.c.4.vbi late hoc declarat,pluribus citatis.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta de nouo reperta hodie admittuntur, etiam poſt concluſum in cauſa.*
La ſententia de remate, *reuocatur ex inſtrumento nouiter reperto.*

QVÆSTIO DCL.

Vtrum poſt concluſum in cauſa producantur teſtes, vel inſtrumenta de nouo reperta. Communis contra communem, & quid iure regio.

REgula iuris eſt, poſt concluſionem in cauſa non poſſe produci teſtes aut inſtrumenta. Ita probat tex.in c.cum dilectus,de fide inſtrum.l.34.tit.16.nu.3. Et vltra limitationes quas adducit Frãciſ.Curtius, in repet.leg.admonendi, nu.69.cum ſeqq.de iureiur. & Fel.in d.c.cũ dilectus,limitat Bar. in d.c.admonẽ-nendi,nu.2.quando inſtrumẽta eſſent de nouo reperta,& idem procedere in teſtib. tenet Iaſ. in l.Imperatores,ff.de re iudic. & vide Curtium ſeniorem, in d. l.admonendi,nu.67. & Iaſ.in l.1.nu.48. in repet.& in 2.lectura,num.50.cum ſequentibus. Et opinionẽ Bartoli dicit communem Ripa,ibi.nu.45.& 48.

Sed

Digitized by Google

Sed opinionem Bar. reprobat ibi Romanus, num.
16.& a 5. qui reſoluit, quod poſt concluſum in cauſa,
non poſſunt produci inſtrumenta, etiam de nouo re-
perta. quem ſequitur Curtius ſenior, ibi num. 23. di-
cens quod communiter reprobatur Bartoli opinio.
Has tamen contrarietates concordat Ripa, vbi ſu-
pra, nu. 48. ſcilicet, quod quando concluſio fuit facta à iu
dice, vel ſtatuto, procedat limitatio Bar. & quãdo con
cluſio fuit facta ex conſenſu partium, non procedat,
quam concordantiam aſſignat Felinus, in d. c. cum di
lectus. num. 22. limitat. 11. (ſed in alio propoſito) &
ibidem, in limitatione. 3. num. 16. dicit omnes allega
re Bart. pro prima opinione, non tamen aperit, an il-
lum omnes teneant, vel tranſeant cum eo. Hodie ta-
1 men in quacunque parte litis admittuntur inſtrumẽ-
ta, cum iuramento producẽtis, quod de nouo ad eius
notitiam venerunt, vt in d. l. 34. ti. 6. p. 3. & ibi Greg.
gloſ. l. 2. tit. 5. lib. 4. recop. l. 1. tit. 2. & l. 1. tit. 5. lib. 4.
recop. & vtrobique Azeuedo, Paz, in ſua praxi 1. par
tis, 1. tom. tempore 8. num. 178. Quod quidem etiam
2 procedit in via executiua, nam tranſactis decem die-
bus, & lata ſententia *de remate*, poſſunt produci in-
ſtrumenta liquida, de nouo reperta, ad impediendam
executionem. Ita Greg. in l. 33. tit. 14. p. 5. verb. *alega
cion*, quem ſequitur Gironda, de gabellis 4. p. §. 2. nu.
25. & diximus in quæſt. 542. nu. 9.

SVMMARIVM.

1 *Arma non poſſunt tolli ei qui de nocte cum eis fuit in-
uentus, niſi fuerit apprehenſus.*
2 *Lupum non dicimus inuenire niſi apprehendamus, & in
terficiamus.*
3 *Pragmaticæ punientes*, a los que trayan almidon, y pun
tas en cuellos. *intelliguntur ſi fuerint apprehenſi.*
4 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*

QVÆSTIO DCLI.

*Vtrum inuentus quis dicatur, quando non eſt apprehen-
ſus. Communis contra communem.*

INuentus dicitur quis, quando corporaliter eſt ap-
prehenſus, non autem quando eſt in conſpectu. Ita
Bart. in l. 1. nu. 18. ff. de acquirenda poſſeſſione. quod
ſeruit ad ſtatuta dicentia, quod ſi aliquis inueniatur
de nocte, puniatur, quia debet corporaliter apprehen
di, neque ſufficiet quod ſit in conſpectu. Et opinionẽ
Bart. tenet Cynus, in l. licet, C. de acquirenda poſſeſ-
ſione, & Bald. in l. item lapilli, in fine. ff. de rerum di-
uiſione, Angelus, in l. qui ſeruum, & in l. ſi fugitiui.
ff. de verborum, & illam cõmuniter teneri, dicit Ale-
xan. in d. l. 1. in princ. num. 77. Corſetus, ſing. 16. nu.
3. Gutierrez, lib. 1. canonicarum, c. 12. num. 10. & in
practicis lib. 1. q. 12. num. 5. Didacus Perez, in l. 23.
titul. 3. lib. 1. Ordi. pag. 106. Iulius Clarus, receptarũ
ſententiarum. §. fi. quæſt. 82. ſtatut. 6. num. 1. Meno-
chius, caſu 394. ex nu. 49. Gomez de Leon, alleg. 30.
num. 1. Pro qua eſt gloſ. ſolemnis, in l. ſi barſatorem,
1 C. de fideiuſſoribus, vbi dicit, quod ſi de nocte fuerit
aliquis inuentus cum armis, non punitur amiſſione il
lorum, niſi fuerit apprehenſus, & ibi Bal. refert quod
2 ſi ſtatutum dicat, quod ſi quis inuenerit lupum, da-
bitur illi centum (prout in hac ciuitate fit à iudicibus
3 fraternitatis veteris) intelligitur ſi fuerit apprehẽſus,
& eum interfecerit. Et idem erit intelligendum circa
omnes leges regni punientes luſores, & imponentes
pœnam contra portantes *luto, y cuellos almidonados,
y con puntas* (prout nuper prohibitum eſt.) Ita colligi
tur ex traditis per Mexiam, ad pragmaticam regiam,
concluſione 5. num. 34. cum ſequentibus, vbi plures
regias pragmaticas in hunc ſenſum declarat, & dicit,
quod ita praxis, & conſuetudo recepit. Et hæc eſt cõ-
munis opinio, ſecundum Iulium Clarum, lib. 5. rece-
ptarum. §. fin. quæſt. 82. nu. 1. in fine. Villalobos, lite-
ra S. num. 177. & 178. licet contrarium ſentiat Aze-
uedo, in l. 1. tit. 12. lib. 7. num. 6. recop. & vide Gome
cium, in l. 45. Tauri, num. 48. & Caſſaneum, in cõſue
tudinibus Burgundiæ. §. 1. nu. 1. & plura tradit Hyp
polytus Bonacoſa, in ſuis quæſtionibus criminalibus.
verb. inuentus, fol. 120. Menochius de arbitrariis, q.
80. caſu 104. num. 7.
4 Sed contrariam opinionem in quæſtione principa
li (imo quod ex eo quod aliquis ſit in conſpectu, dica
tur inuentus) tenet Angelus (ſibi contrarius) in l. 3. §.
Neratius. ff. de acquirenda poſſeſſione, quam dicit cõ
munem Aretinus, ibi, num. 18. Prima tamen opinio
verior eſt, & ita practicatur.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio iurata erronea reuocari poteſt.*
2 *Contraria opinio in quæſtione principali traditur.*
3 *Errare poteſt aliquis, & decipi etiam deliberando.*
4 *Confeſſio erronea tam in prima quam in ſecunda inſtan-
tia reuocari poteſt.*
5 *Lex 5. tit. 13. p. 3. declaratur.*

QVÆSTIO DCLII.

*Vtrum confeſſio erronea reuocari poſſit, & intra quod
tempus. Communis contra communem, &
quid iure regio.*

1 COnfeſſionem erroneam factam in iudicio, reuo-
cari poſſe ante ſententiam, diſponit text. in l. er-
ror. C. de iuris, & facti ignorantia, vbi Padilla, num.
12. (alios referens) reſoluit cum communi illud proce
dere, etiam ſi confeſſio fuerit iurata. Quem ſequitur
Gutierrez, de iuramento confirmatorio. 1. par. capit.
40. num. 8. Dubium tamen eſt, an illa iura intelligan-
tur poſt terminum datum ad reſpondendum. Et in
hac ſpecie confeſſionis non habere locum regulam le
gis, error, affirmat gloſſ. verb. admonita, in cap. ex li-
teris, de diuortijs, quam ſequitur Cæpola, cautela 96.
& dicit communem, & ab omnibus approbatam Pro
bus, ad Monachum, in cap. cum contumacia, num. 7
de hæreticis. lib. 6.
2 Sed cõtrariam opinionem (imo, quod regula illius
legis habeat locum in confeſſione deliberata) tenet
Bald. & Iaſon, in d. l. error, Ioannes Andreas, in c. fin.
de iureiurando, lib. 6. Alex. in l. 1. num. 2. C. de erro
re calculi, vbi Iaſ. nu. 8. dicit eſſe communem, etiam
dicit communem Felinus, in c. quoniam contra, nu.
3 2 de officio delegati, & hæc videtur verior, cum etiã
4 deliberando poſſit quis decipi, & errare. Hodie

vero in quocunque tempore docendo de errore, reuocabitur confeſſio, in prima, & 2. inſtantia, tex. in l. 3. tit. 13. p. 3. tradit Bartolus, in l. creditor. §. iuſſus. ff. de appellationibus, quem ſequitur Greg. ibi verb. *juyzio acabo*. Eſt tamen petenda reſtitutio ex clauſula generali, ſi quã mihi iuſta cauſa, vt tradũt doctores, ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Filij illorum, qui maieſtatem læſerunt, puniendi ſunt.*
2 *Filij ſunt imitatores vitiorum parentum, tanquam nati ex radice infecta.*
3 *Macula patris in ipſa generatione contrahitur, ſicut læduntur fructus in radice.*
4 *Filij contrahunt rubiginem à linea infecta.*
5 *Lex 6. tit. 27. p. 2. declaratur.*
6 *Filij nati poſt delictum patris, non tam ex aliena culpa, quam ex propria, virtualiter puniuntur.*
7 *Peccatum originale fuit contractum in radice.*
8 *Filius bonus ex radice corrupta non poteſt deſcendere.*
9 *Potentiæ animæ ſequuntur corporis temperaturam.*
10 *Vitium corporis ad animum penetrat, & viciat.*
11 Todos los hijos del traydor ſon infames, y ningun traydor, ni ſu hijo pueden reptar a otro.
12 *Lex generaliter, loquens generaliter eſt intelligenda.*
13 *Filius clerici uocatur, qui natus fuit ante patris clericatum.*
14 *Contraria communis opinio refertur, & ſuſtinetur.*
15 *Patris inhabilitas, & incapacitas, reddit inhabiles filios poſt delictum natos, non vero eos, qui antea nati fuerunt.*
16 *De iure regio indubitabilis ſententia, quod filius natus ante delictum patris, non puniatur.*
17 *Filius natus ante patris delictum ex iuris interpretatione præſumitur ab alio patre procreatus.*
18 *Filij deportatorum nati poſt delictum, non faciunt deficere conditionem fideicommiſſi.*
19 *Qualitas adiuncta uerbo intelligitur ſecundum tempus verbi.*
20 *Non dicitur quis talis, quando tempore natiuitatis non eſt talis.*
21 *Qui in uno grauatur, in alio debet releuari.*
22 *Filij nati ante parentum dignitatem, non fruuntur priuilegio, & prærogatiua illius.*
23 *Qui non ſentit honorem, & utilitatem, non debet ſentire dammum, & incommoda.*
25 *Contractus ſactus ante delictum, eſt ualidus.*
25 *Donatio & alienatio antea facta, quam crimen læſæ maieſtatis committeretur, ualida ſunt.*
26 *Adam ſi tempore gratiæ, ante peccatum commiſſum filium haberet, non perderet gratiam filius, propter peccatum.*
27 *Peccata parentum non imputantur filijs.*
28 *C. ſi habes. 3. quæſtione 4. declaratur, & c. quæris, de con ſecratione, diſtinct. 4.*
29 *Lex 2. C. de libertis, & illorum liberis, declaratur.*
30 *Fatuus eſſet iudex, qui contra hanc opinionem indicaret.*
31 *Diſpoſitio legis generalis debet reſtringi per rationem.*
32 *Quod uirtualiter ex ratione legis colligitur, dicitur expreſſum in ipſa diſpoſitione.*
33 *Ratio diſpoſitionis eſt ipſa diſpoſitio.*
34 *Anima eſt ſpiritus diſpoſitionis.*
35 *Lex generalis diſtinguitur per alteram.*
36 *Lex 2. tit. 2. p. 7. declaratur per l. 6. tit. 27. p. 2.*
37 *Verba uniuerſalia recipiunt reſtrictionem ab alijs iuribus.*
38 *Lex, quiſquis, eſt odioſa, & iniurioſa, & iniqua & contra naturalem rationem iuris diuini, & humani compoſita, & hodie non eſt in uſu recepta.*
39 *Delicta ſuos habent auctores.*
40 *Filius non portabit patris iniquitatem.*

QVÆSTIO DCLIII.

Vtrum filius natus ante delictum patris commiſſum, ſit puniendus: ſicut filius natus poſſit in crimine læſæ maieſtatis, diuinæ, uel humanæ. Communis contra communem, & quid iure regio.

1 Filios eorum, qui maieſtatem læſerunt puniendos eſſe probat textus in l. quiſquis. §. filij vero. C. ad legem Iuliam maieſtatis. capitu. ſi quis. §. filij vero. ſexta quæſtione prima. quibus conſonat text. in l. 2. titu. 2. l. 9. titu. 31. parte. 7. Ex quibus dubitari ſolet, an illa diſpoſitio intelligatur de filijs antea natis, vel de illis, qui nati ſitnt poſtquam crimen committeretur. Et quod illa diſpoſitio ſit intelligenda de filijs et antea natis, tenet gl. in d. c. ſi quis. 6. queſ. 1. cuius opinionem ſequuntur plures, & eſſe communem affirmat Claudius, in l. ſi quis, colum. 5. ff. de iuriſdictione omnium iudic. & (pluribus citatis) ſequitur Menochius, lib. 3. de præſumptionibus, præſumptione 33. num. 7. Rolandus à Valle, conſ. 74. num. 280. volum. 3. & dicit etiam communem Gigas, in tract. de crimine læſæ maieſtatis, lib. 3. quæſt. 5. in fi. & ſequitur Boer. deciſ. 7. nu. 6. & hanc affirmat veriorẽ Gregor. ſup. (licet contraria ſit æquior & fauorabilior) quæ opinio ex ea potiſs. ratione fulcitur, quia tales fi-
2 lij, præſumuntur imitatores vitiorum parentum tanquam nati ex radice infecta, & ex ſemine improbato: ita Cynus, in l. ſancimus. C. de pœnis, & in d. l. quiſquis, num. 1. verſ. 2. oppono, & ibi Ang. verſ. filij, & in l. adoptiui. §. patronum, el 1. num. 3. ff. de in ius vocando, Decius, conſ. 64. num. 3. Afflictus lib. 1. conſtitut. Neapolitan. rub. 2. num. 42. Et incertus auctor, in tractatu de crimine læſæ maieſtatis, quæſt. 7. num. 2. quam opinionem ſequitur contra communem Tiberius Decianus, in tractat. criminalibus. 2. p. lib. 7. cap. 41. nu. 8. & ratio eſt, quia ſicut ab arboris radice, fructus ibi virtualiter exiſtentes læſi, & infecti oriũtur,
3 ſic etiam macula patris, in ipſa generatione contrahitur, vt tradit Cordoua, in ſuo quæſtionario, lib. 1. q. 10. oppoſit. 6. verſ. item ſecundo, & docet S. Thomas, 1. 2. q. 38. art. 1. verſ. reſpondeo, & Ioannes Viguer. lib. de inſti. Chriſtiana, c. 18. §. 5. verſ. 1. & 2. vbi allegat Diuum Aug. in c. 10. ſuper Geneſ. & Ambroſ. Catherinum, lib. de peccato originali. diſputatio. 6. Ita eleganter Bal. in l. 2. nu. 1. C. de libert. & eor. libe-
4 ris, ibi, *quia filij poſtea nati contrahunt rubiginem a linea iam infecta*, & illud inſinuant verba legis 6. titul.
5 27. p. 2. ibi, *porque los hizieron los padres deſpues que eſtauan enponçonnados en el mal*, & ſic quodam modo
6 filij poſt delictum patris geniti, nõ tam ex aliena culpa, quam ex propria puniuntur, vt ſentit Alexander Alenſis, in 3. p. ſuæ ſummæ, queſt. 41. mẽb. 4. ar. 1. ibi,

in

*in peccato originali non punitur filius in peccato alte-
rius, ſolum erat enim vnuſquiſque noſtrum in perſona,*
7 *aut ſaltim in radice, cum primus delinqueret parens, &
quia ſic in illo eramus, conſentimus interpretatiue,* quod
quidem optime ſignificat Baldus in l. Gallus. §. qui-
dam recte, colum. 3. poſt medium. ff. de liberis & po-
ſthumis, & Fulgoſius conſi. 159. num. 1. ibi, *cum pa-
ter, qui eſt radix ſit corruptus, non poteſt bonus filius in
radice deſcendere,* & ſequitur Cumanus, in l. ſi quis cũ
totum, num. 4. ff. de exceptio. rei iud. ibi, *quia proceſ-
ſerunt ex radice iam vitiata, ideo qui ab ipſa emergunt,
ſequuntur eius naturam,* & Galeus, lib. de ſubſtantia
9 virtutum animal. in princip. cap. 6. potentiæ animi ſe
quũtur corporis temperaturam, quod quidem eſt de
mẽte Iuriſconſulti in l. 1. §. apud Iulianum, & in l. ob
10 quę vitia. ff. de ędilitio edicto, vbi dicit Vlpianus, vi-
tium corporis ad animum penetrare, & eum vitiare:
ita Tiraquellus, de nobilitate, c. 31. nu. 293. ex qua
11 ratione procedit diſpoſitio tex. in d. l. 2. titu. 6. par. 7.
l. 1. in fin. titu. 7. libro 8. ordinam. ibi, *todos los hijos de
el traydor ſon infames para ſiempre, y ſe dize lunage
amanzillado.* l. 3. ti. 3. p. 7. ibi, *ningun traydor, ni ſu hijo,
ni el que fueſſe aleuoſo puede reptar a otro,* & ſic cũ talis
filius procedat ex radice infecta, & pater peccauerit i
intellectu, ſequitur, quod non ſolũ illa pœna eſt intel
ligenda de filijs poſtea natis, ſed etiam de natis ante
commiſſum patris delictum, vt clare colligitur ex trã
ditis per Alfonſum de Caſtro, lib. 2. de iuſta hæretico
12 rum punitione, cap. 6. Præcipue cum lex generaliter
loquatur, & ſic generaliter eſt intelligenda. l. de pre-
tio, de Publiciana. l. in agris. ff. de acquirendo rerum
dominio. Et facit pro hac ſententia tex. in cap. ad ex-
tirpand. cap. ad hæc, de filijs presbyterorum, vbi filij
13 clerici vocantur nati ante patris clericatum, quã opi
nionem (poſt hæc ſcripta) tenet doctiſſimus Gutier-
rez, lib. 2. canonicarum quæſt. c. 30. nu. 37. vbi hanc
veriorem, & magis communem opinionem, & vſu
receptam.

14 Sed his non obſtantibus, contrariam (imo quod il-
la diſpoſitio non intelligatur de filijs ante patris deli
ctum natis, ſed ſolum de illis, qui nati ſunt poſtquam
crimen committeretur) tenet Petrus, Cynus, Faber,
& Ang. in d. l. quiſquis, quorum opinio pietati, & be
nignitati magis arridet, & eſſe communem opinionẽ
tenet Oroſcius, in l. emancipatum. §. fi. ff. de ſenatori-
bus, & hanc ſequitur Iulius Clarus, referens duas cõ-
munes, lib. 5. receptarum ſententiarum. §. hęreſis, nu.
17. §. & læſæ maieſtatis, num. 12. & Ciffuentes, in l. 4.
Tauri, & contra Greg. hanc ſequitur Gratian. reg. 55.
num. 24. & hanc tenet Mieres, de maioratu. 2. parte
quęſt. 4. illatione 2. num. 7. & idem Oroſcius, vbi eriã
refert duas cõmunes, in l. adoptiuum. ff. de in ius vo-
cando, ex num. 3. & 5. & in quocunque crimine ab
hac opinione non eſt recedendum, in iudicando &
conſulendo, ſecundum Antonium Gomez. 2. tom. va
riarum. c. 3. num. 13. (& per totum,) & vide Duẽnas,
reg. 345. vbi poſuit regulam cum 16. limitationibus,
& alios refert Couar. lib. 2. variarum. c. 8. nu. 5. & hæc
eſt æquior & fauorabilior opinio, ſecundum Greg. ſu
pra, & ſequitur Simancas de catholicis inſtitutionib.
tit. de filijs & minoribus. c. 29. num. 3. & frater Ma-
nuel Rodriguez, in ſua ſumma, c. 129. nu. 5. & Tira-
quellus de primogenitura, q. 23. num. 20. & Molina,
de Hiſpanorum primoge. c. 11. nu. 55. & 56. vbi alios
refert pro hac ſententia, & Burgos de Paz, q. 3. num.
69. & ita conſuluit Oldradus, conſ. 224. num. 13. vbi
15 reſoluit, quod inhabilitas patris, & incapacitas, red-
dit inhabiles filios poſt delictum natos, non vero eos
qui antea nati fuerunt. Et ex antiquis idem tenet Ar-
chidiaconus, in c. frater, num. 3 17. q. 4. Bartolus, in l.
emãcipatum. §. ſi quis, num. 1. ff. de ſenatoribus, Iſer-
nia, in cap. 1. nu. 10. quæ ſit prima cauſa beneficium
amitten. Ancharanus, in c. 1. num. 5. de filijs presby-
terorum. Faber, in §. 2. Inſt. de ingenuis, Bal. in l. 2. nu.
1. C. de libertis, & eorum liberis, (per tex. ibi.) Fulgo-
ſius, in l. 1. §. prætor ait, num. 6. ff. de in ius vocando,
& eleganter Imola, in c. ex parte, nu. 19. de feud. Re-
buffus, in l. quicunque. C. de præpoſit. agent. in rebus
lib. 12. Sebaſtianus de Medicis, in tract. mors omnia
ſoluit, num. 118. Alciatus, reſp. 467. num. 7. qui dicit
communem. Et dicit etiam communem Anton. Ga-
leaz. conſ. 40. num. 19. Anton. Gomez, in l. 11. Tauri,
num. 51. Villalobos, in Antinomia iuris, litera E. nu.
45. Olanus, verb. filij nati, num. 67. & 68. Quemada,
de confiſcatione, q. 24. vbi dicit hanc decisionem eſ-
ſe Iuri communi conformem, & Simancas, ſupra, c.
29. nu. 22. Montaluus, in l. 6. tit. 27. par. 2. in princip.
Mandoſius, in ſuo tractatu, de ætate minorum. cap. 2.
num. 22. & Enriques, lib. 14. ſummæ moral. c. 5. nu. 4.
& nouiſſime Flaminius, lib. 3. de reſignatione benefi
ciorũ. c. 1. nu. 35. & plures alij, quos longum eſſet re-
cenſere, & Palatius Rubeus, in c. per veſtras, §. 23. nu.
7. & hanc opinionem practicandam eſſe docet don
Ioan Vela, in tract. de pęna delictorum, c. 21. verſ. ſe-
cundo, & pro hac ſentẽtia adducitur tex. in l. 1. C. de
lib. cor. l. emãcipatum. §. fi. ff. de ſenatoribus, l. 3. ff. de
interdictis, l. ſi cohortalis. de cohorta. lib. 12. l. ſi quis
decurio, l. 3. C. de decurionibus. l. Diuo Marco,
vbi gl. C. de quæſtionibus. Et hæc opinio eſt veriſſi-
16 ma de iure communi, & ſemper magis communis, &
recepta, & de iure regio indubitabilis, ex l. 9. tit. 2
p. 4. l. 6. tit. 27. p. 2. l. 5. tit. 31. p. 7. ibi, *el hijo que es na-
cido, no puede recebir pena por el delito del patre.* Et in
d. l. 6. ibi, *pero eſto no ſe entiende de los hijos que vuieſ-
ſen fecho antes que erraſſen, mas de los que deſpues fue
ren.* Et non ſolum de iure regio veriſſima eſt prædi-
cta ſententia, verum etiam de iure communi, vt ex
ſupra traditis conſtat. Et fundatur aliquibus ratio-
17 nibus. Prima, quia filij procreati ante crimen a patre
commiſſum, iudicantur ex quadam iuris interpreta-
tione, tanquam ex alio patre nati, vt in l. ex facto. §. ex
facto, ad Treb. vbi reſpondit Vlpianus, quod licet de
18 portatorum filij non faciant deficere conditionem,
(*ſi ſine liberis deceſſerit,*) hoc tamen procedere in filijs
poſt delictum natis, non vero in natis antea, quia vi-
dentur quaſi ab alio homine procreati. Et ad hoc no-
tant illum tex. Alex. ibi, nu. 2. Ripa, nu. 1. Socin. cõſ.
275. nu. 15. lib. 2. & Paulus de Caſt. in l. eius qui. §. 1.
in princ. ff. de teſt. vbi aſſignat elegantem rõnem. Rur
19 ſus confirmatur iſta ſnĩa, quia qualitas adiuncta ver
bo intelligitur ſm tẽpus verbi. l. in delictis. §. ſi extra-
neus, ff. de noxal. action. l. ex facto. §. pen. ff. ad Treb.
& tradit Decius, conſ. 662. nu 13. Crauetta, cõſ. 212.
nu. 3. Cuman. conſ. 166. Gutier. conſ. 1. nu. 14. & eſt
optimus tex. in l. Titius. 26. ff. de milit. teſt. Et ſic cla-
re colligitur, quod prędicta pœna ſit intelligenda de

filijs natis tempore delicti: non vero de illis, qui iam
eo tempore à patre catholico, & abſque labe delicti
procreati fuerunt, vt ſentit ex hac ratione, Veroyus,
cóſ. 158.nu.8.lib.3.ex doctrina Bal. in l.imperialis,
num.2.C.de nuptijs, vbi inquit, quod non inſpicitur
20 quis talis, quando non eſt natus talis tempore nati-
21 uitatis. Præterea confirmatur iſta ſententia, quia qui
in vno grauatur, in alio debet releuari, vt in regula iu
22 ris. Sed ſic eſt quod filij nati ante dignitates paren-
tum, non fruuntur eiuſdem commodis, & prærogati
uis, quibus filij poſt adeptam dignitatem, vt in l. ſi ſe
nator.C.de dignitatibus, lib.12.l.3.C.de decurionib.
lib.10.l.1.in fi.tit.1.li.6.recop. vbi filij nati anteaquã
priuilegium nobilitatis patri concederetur, non gau
dent illa prerogatiua, & priuilegio, quod ſequitur
Otalora, de nobilit.4.p.princ.c.2. & Greg.in l.2.tit.
13.p.2.verb. *las honras*, & Couar.lib.2. variarum.c.
8.nu.5.verſ.nec idem. Et ſic cum in hoc filij antea na
23 ti, quodammodo grauentur, debent etiam in alio re-
leuari, quia ſicut non ſentiunt honorem, & commo-
dum, non ſentiant damnum. Quod eſt multum ratio
ni conſonum, & ſequitur Mieres, de maioratu.2.par.
quæſt.4.illatione quinta, num.2.& illatione 2. nu.6.
Rurſus confirmatur iſta opinio, quia filij nati ante de
lictum patris, non debent eſſe deterioris conditionis
quam cæteri homines, in cuius fauorem ante cõmiſ-
ſum delictum pater fecit contractum, vel donationẽ:
24 cum notiſſimum ſit, quod contractus factus ante de-
lictum, ſit validus: ita probat tex.in l. poſt contractũ,
vbi Paulus, in ſuis prælectionibus. ff. de donationib.
& ibi Paulus de Monte, nu.14. & Hannibal, 26. &
27.& 229.& Ang.in l.quiſquis.C.ad l.Iuliam maie-
25 ſtatis, vbi reſoluit, quod donatio, & alienatio rite fa-
cta, ante commiſſum crimen læſæ maieſtatis, valida
eſt, & nullum præiudicium illi irrogatur. Ergo ſimili
ter & à fortiori. liberorum procreatio ante delictum
patris, non debet illis nocere. Et ſic ſi Adam haberet
26 filium anteaquam peccatum committeret, tempore
gratiæ, non perderet illam poſt peccatum, vt S. Augu
ſtinus ſuper Deuter.quæſt.42.& Magiſter ſententia-
rum, ſup.Pſal.50.art.6. *nam in eis fuimus materialiter
dum peccauerunt*. Ergo ſi Adam alium filium haberet
anteaquam peccatet nullo pacto eum inficeret pec a
tum patris. Idem tenet Durandus, lib.2.ſenten. diſt.
33.q.1.nu.7.& communiter theol.1.2.q.81. & Bar-
tholomeus de Medina, ibi, art.5.dub.fi.& nos habe-
mus tex.pro hac ſententia, in c.iam itaque. 1 q.4.&
ibi notant Cardinal. Turrecremata, & Alexãder, tex.
in c.non imputantur. 1.quæſt.4. ibi, *non imputantur*
27 *filijs peccata parentum, quæ poſt eorum natiuitatem à
parentibus comittuntur*, eſt ẽt tex.in c.ſi habes, 3.q.4.
28 ibi, *Quidquid poſteaquam filium genuit peccati pater
eius admiſit, vbi particeps ipſe, non fuit, ad illum non
pertinere quis ambigit*. Et eſt optimus tex.in cap.quæ-
ris, de conſecratione, diſtinct.4. ibi, *ſemel generatus
per parentum voluntatem non poteſt macula aliena ini-
quitatis aſtringi, cui nulla ſua uoluntate conſentit*, & hoc
etiam confirmatur ex text. in d.l.2.C.de libertis, &
29 eorum lib.ibi, *filijs etiam, qui poſtea nati fuerint ſeruitu
tis, quoniam illis delicta parentum non nocebunt, quos
tunc eſſe ortos conſtiterit dum libertate illi potirentur*,
quem tex. valde extollit ad hoc Conanus, lib.2.com-
mentariorum, cap.7.num.4. & ſic hæc opinio eſt ful
cita de iure canonico, ciuili, & regio, & ex auctorta-
30 tibus ſacræ paginæ, & ſic fatuus eſſet iudex, qui ab
hac opinione recederet, quæ tanquam ipſa veritas eſt
tenenda, & ſequenda in palatijs & in ſcholis, tam in
aduocando, quam in conſulendo. Nec prædictis ob-
ſtant rationes generales, de quibus ſupra, quia debẽt
31 reſtringi per rationem ex mente diſponentis. text.in
l.ſcire oportet. §.aliud. ff. de excuſationibus tutorũ,
ibi, *etſi maxime uerba legis hunc habeant ſenſum, ta-
men mens legiſlatoris aliud uult*, & ſic optime reſoluit
Fortunius Garcia in l. Gallus. §.idem credendum, nu
32 me.19.ff.de liberis & poſthumis, quod quando ver-
ba diſpoſitiua proprie non decidunt caſum certum,
ſi ex ratione diſpoſitionis aliud colligitur, ille ca-
ſus virtualiter comprehenſus ſub ratione dicitur
proprie ineſſe in ipſa diſpoſitione, & ſequitur Curt.
iunior, in l.venia, nu.29.C.de in ius vocando. Vnde
eleganter dicit Baldus, in l.ſi quis ſeruo, num.7.C.de
33 furtis, quod ratio diſpoſitionis eſt ipſa diſpoſitio, vel
ſaltim potior pars ipſius, quia anima eſt ſpiritus di-
34 ſpoſitionis, & ſequitur Pariſius, conſ.16.num.22. &
30.lib.3. Felinus, in cap.tua nos, num.3.de ſententia
excommunicat. & plures refert Tiraquellus in l. ſi
vnquam, verb. liberis, num.38. C.de reuocandis do
nationibus. Et ſic licet d.l.quiſquis. § filij, loquatur
generaliter, & ſine aliqua diſtinctione, debet intelli-
gi, declarari, & interpretari, ſecundum alias leges, &
35 alia iuris principia, cum ſit notiſſimum, quod vna ge
neralitas diſtinguitur per alteram vt tradit Philip.
Corneus.conſ.84.num.9 lib.2. & conſ.180.num.6.
lib.3.& Pariſius, conſ.106.nu.44.lib.1. & Socinus,
conſi.119.num.20.lib.1.& Ruinus, conſi.2.num.3.
lib.5.vbi dicit hoc procedere, etiamſi lex ſit multum
præciſa, & Molina, de Hiſpanorum primogen.cap.7.
num.9.lib.3.& ſic eſt intelligẽda l.2.tit.2.par.7.ibi,
36 *todos los hijos*, quia illa verba vniuerſalia declaranda
ſunt, ſecundum legem 6.titul.27.par.2. vbi traditur
illa diſtinctio, de qua ſupra, & hoc docet Hippoly-
tus in l.vnius.§.cogniturum, num.23. ff.de quæſtio-
nibus. Iaſ.in l.poſtquam liti, num.14.C.de pactis, &
Marianus Socinus, in l.ita ſtipulatus, la magna, numẽ
34. ff de verborum, & in l.cum filio. ff.de leg.1.doc.
37 tes, quod verba vniuerſalia recipiunt reſtrictionem
factam ab alijs iuribus, & Oldradus, conſi.184.nu.7.
Et ſi aliter illa iura, generaliter loquentia, intelligerẽ
tur. profecto continerent maximam duritiem, & for
taſſis iniquitatem, & ſummum rigorem; vt placuit
Bart. in l.1.in fine, num.2. ff.de verborum ſignifica-
tione, Imolæ, in l.ſi ita ſcriptum. ff.de leg.2.& ſequi-
tur Salicetus, in l.quicunque, num.1.C.de ſeruis fugi
tiuis, Decius, conſil.64.num.20. Pariſius, conſil.69.
num.183.lib.3. Rolandus, conſ.47.nu.6. & 7.lib.3.
Hippolytus, in l.vnica, nu.84. C.de raptoribus, & fa
cit pro hac ſententia text. in l. cum ratio. C.de bonis
damnatorum.l.2.§.in filijs ff.de decurionibus. l.cri-
men. ff.de pœnis. l.1. C.de liberali cauſa, & tradit
Conanus, libro 1.commentariorum. capit.12. num.
5. Et ſic dixit Ioannes Igneus, in l.ſi o.num.44.ff.ad
38 Sillanianum, prædictam legem, quiſquis, eſſe odio-
ſam, & iniurioſam, & iniquam, & contra natura-
lem rationem iuris diuini & humani & diſpoſitio-
nem compoſitam. Et in eadem lege fin. numero 7.
poſtquam eam ſanguinariam, appellauit, ſubij-
cit,

cit, quod cum lata fuiſſet ab Arcadio, & Honorio, Imperatoribus, tanquam naturæ iniuria, & inimica, obliterata, & antiquata fuit conſtitutione eorundem Imperatorum, videlicet, in l. ſancimus, C. de pœnis, vbi
39 probatur, quod dicta ſuos habêt auctores, & huius opinionis fuit Budæus, in l. 3. circa fi. ff. ad l. Iul. maieſtatis. Et pœnam dictæ legis, quoad filios ex generali conſuetudine Italiæ eſſe ſublatam, tradit Ang. in l. ſallaciter, C. de abolitionibus, ſubdens, quod in foro conſcientiæ talis lex, puniens filios ex crimine paterno,
40 non valet, cum filius non debeat portare patris iniquitatem, & ſic quod peccarent, qui eam obſeruant, quod ſequitur Socinus, conſi. 275. lib. 2. Alciatus, reſponſo 467. nu. 6. Rolandus à Valle, d. conſil. 74. nu. 20. & 21. lib. 3. & nouiſſime Tibertus Decianus, in tract. crim. 2. tomo, lib. 7. c. 42. num. 47. & 48. vbi late proſequitur & defendit noſtram opinionem, quę verior, & receptior eſt, & nuper pro ea, in ſupremo regis conſilio fuit iudicatum.

QVÆSTIO DCLIV.

Vtrum poſſeſſionem mihi vi ereptam poſſim armis recuperare. Communis contra communem.

POſſeſſionem mihi vi ereptam recuperare armis vo lui, qui autē vim intulit, paratus erat ſatiſdare, de reſtituenda poſſeſſione. Dubium eſt, an poſſim (non obſtante ſatiſdatione) vi poſſeſſionem recuperare, & me teneri ſtare ſatiſdationi, voluit gloſ. verb. moderatione, in l. 1. C. vnde vi. Quam eſſe communem affirmat Salicetus, ibi, col. 3. ad medium.

Sed contrariam opinionem affirmat communem ibi Albericus, nu. 19. & Fulgoſius, nu. 9. pro qua ſententia facit, quia ea quæ de facto, & per vim fiunt, de facto reſcindi debent, l. minor, ff. de euictio. iuxta l. 3. §. eū igitur, ff. de vi, & vi arma. Bald. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, quæſt. 10. ff. de pac. Abb. in c. quia clerici, num. 4. de iure patron. Hippolytus, conſi. 37. num. 11. & in ſingul. 195.

QVÆSTIO DCLV.

Vtrum ex legis diſpoſitione competat actio vtilis, uel directa. Communis contra communem.

EX legis diſpoſitione, cuius mens adeſt, verba autem deſiderantur, vtilem actionem nō directam competere, pleti que exiſtimant, & tenet gl. in l. actio, ff. de negoc. geſt. alia gloſ. in l. curatoris, eodem, alia vero ſententia, in l. ſi quis id quod, ff. de iuriſd. omn. iud. quarum opinionem eſſe communem firmat Niconicius, in rubr. ff. de noui oper. nunc. num. 184.

Sed contrariam opinionem (imo quod competat directa) dicit eſſe communem Alex. in d. l. ſi quis id quod, nu. 20. contra prędictas gloſſas, quæ opinio magis recepta eſt.

QVÆSTIO DCLVI.

Vtrum pro perſonalibus obligationibus remedia poſſeſſoria competant. Communis contra communem.

PRo perſonalibus obligationibus, remedia poſſeſſoria non competere, exiſtimant Petrus, Cynus, & alij, in l. ſi certis annis, C. de pact. & tenet glo. verb. corpora, in fine, C. quorum bonorum, cuius opinionē aſſerit eſſe communem Otalora, de nobilitate, 2. par. 3. par. princip. num. 3.

Sed contrariam opinionem videtur probare text. in c. querelam, de elect. & in c. ſicut, de re iudic. & hāc eſſe communem opinionem canoniſtarū firmat Ripa, in l. debitores, nume. 3. ff. quorum bonorum, quæ verior eſt & tenenda.

QVÆSTIO DCLVII.

Vtrum mala fides, ſuperueniens poſt completam præſcriptionem faciat præſcribentem non eſſe tutum in conſcientia. Communis contra communem.

MAla fides ſuperueniens completa præſcriptione, facit non eſſe tutum in foro cōſcientiæ præſcribentem, & hanc eſſe communem opinionem dicit Ioannes Vanquellus, in reg. poſſ. ſlor, quæſt. 6. de reg. iur. lib. 6. quam opinionem ſequitur Ang. Peruſinus, in l. 1. nu. 59. C. de iudic. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem theologorum, & Imola, in c. fi n. 3. t. de præſcript. Sylueſter, verb. præſcriptione, el 1. §. 13. quæ opinio ſatis iuuatur ex c. vigilanti, de prę ſcriptio. ibi, *quoniam nulla antiqua dierum tempora iuuant aliquem, malæ fidei poſſeſſorem*, idemque inſinuant verba tex. in c. fi. eod. tit. ibi, *vnde oportet, vt qui præſcribit, in nulla temporis parte habeat conſciētiam alienæ rei*, quæ verba videntur velle, quod tempus non ſit cauſa faciendi meum, quod ad me nō pertinet: maxime quia tempus non eſt modus inducendi, neque tollendi obligationem, l. obligationum fere, §. placet, ff. de actio, & obligatio. Et rationem aſſignat Bart. in l. ſeruitutes, la 4. ff. de ſeruitutibus, nu. 4. & plures declarationes, & limitationes tradit Gratian. reg. 450.

Sed contrariam opinionem in quæſtione principali, (imo quod ſit tutus in conſcientia) voluit gloſſa ordinaria, in d. cap. vigilanti, vbi Abb. & Felinus dicunt gloſſæ opinionem eſſe communem, quæ approbatur ex voto theologorum, vt tradit Duenas, (pluribus citatis) reg. 344. nu. 4. vbi dixit communem, & Menoc. de recuper. poſſeſ. remedio 16. nu. 17. Antonius Gomez, in l. 3. Tauri, nu. 125. Ioan. Garcia, de Hiſpanor. nobilitate, glo. 6. ex num. 5. & 26. qui latiſſime hoc exornat, pro qua ſententia facit tex. in l. 1. ff. de itinere actuque priuato, ibi, *neque enim corrumpi, aut commutari, quod recte tranſactum eſt, ſuperueniente delicto poteſt*, & tradit Stephanus Gaeta, in repet. cap. ad limina ſancti Petri, 30. quæſt. 1. in §. 5. nu. 411. & Spino, in ſpeculo teſtam. gloſ. 33. princip. nu. 70. Angles, in floribus theol. in quæſt. de pręſcript. pag. 269. Sebaſt. de Medicis, in ſua ſumma peccat. 2. p. tit. 8. q. 40. nu. 54. Rebuffus, in repet. c. poſtulaſtis, gloſ. verb. retinere, ex nu. 25. de clerico excom. pag. 498. Menchaca, contro uerſiar. illuſtr. lib. 2. c. 74. & de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 2. limit. 7. à num. 117. & Gutierrez, in pp. quæſt. lib. 2. q. 1. num. 24. Couar. in d. regula poſſeſſor, 3. par. § 2. nu. 1. Mexia, ad pragmaticam panis, concluſ. 1. num. 133. Palatius Rubeus, in c. per veſtras, rub. 65. num. 28. & in l. 63. Tauri, nu. 29. Sarmiento, lib. 2. ſelectarum, c. 10. Soto, lib. 4. de iuſti. & iure, quæ ſt. 5. art. 4. Medin. de reſtitutione, quæſt. 18. & Guido Pape ſingul.

gul.838. & ratio deſumitur ex concluſione legis ſi. C.de nupt.& ex traditis per Gomecium, in l.48.Tauri,num.5.Tiraquel.de ceſſante cauſa,limitatione 12. num.16.& 17. vbi dicit quod contractus & diſpoſitio iuris ſemel perfecta non viciatur ex cauſa ſuperuenienti de nouo,

QVÆSTIO DCLVIII.

Vtrum minor reſtituatur propter minimam læſionem. Communis contra communem.

MInorem propter minimam læſionem non eſſe reſtituendum, videtur probare text.in l.ſcio, ff. de integr.reſtit. & hanc dicit magis communem opinionem Anton.Gabriel,lib.2.communium, tit.de in integr.reſtitu.concl.1. Barto.tamen in l.ſi proprietarius,ff.de dam.infect.ita dixit diſtinguendum, quod ſi agatur attento iure communi,etiam rei minimæ,eſt habenda ratio: ſi vero ius ſpeciale attendamus,nõ ſit habẽda. Cuius diſtinctionem eſſe communem firmat Claudius,in l.vt vim,num 60.ff.de iuſti.& iu.& eam dicit communem Curtius in authen.præterea, nu.8. C.vnde vir & vxor.

Sed contrariam opinionem (imo quod etiam attẽto iure ſpeciali, rei minimæ ſit habenda ratio,ob eam quæ in integrum reſtitutionem minori eſſe concedendam)voluit Decius, in c.de appellationibus , Gomecius in §.pœnales, num.4.Inſtit.de actio. Et eſſe communem opinionem firmat Arias Pinelus,in l.2. C.de reſcinden.venditio.1.p.nu.26. & plura congeſſit Tiraquel.in tract.de iudicio,in rebus exiguis,& Couar. lib.1.variarum,cap.3.num.11.& plures pro hac ſententia congeſſit Ioannes Garcia,de expenſis, cap.18. num.21.

SVMMARIVM.

1 *Dignus dicitur in iure, qui habet qualitates ad beneficiũ neceſſarias.*
2 *Electio digni valet, omiſſo digniore, licet eligens peccet mortaliter.*
3 *Dignior eſt ille,qui aptior eſt & magis vtilis ad beneficium cui præficitur.*
4 *Indignus dicitur,qui non habet qualitates requiſitas ad miniſterium,cui præficitur.*

QVÆSTIO DCLIX.

Vtrum eligens indignum priuetur iure præſentandi pro illa vice. Communis contra communem,& quid iure regio.

1 PRo declaratione quæſtionis ſequentis, præmitto,quod dignus ille dicitur in iure,qui habet qualitates ad beneficium neceſſarias, ætatem legitimam, literarum ſcientiam, morum honeſtatem, & ordinem neceſſarium,ca.cum in cunctis, §.inferiora,de electione,cap.eam te, cap præterea, de æta.& qualita. c.ſi pro clericis pauperibus,de præbend.lib.6. cap.1. ſeſſ.7.& ſeſſ.22.cap.2. & c.4. Concil.Trid. & tradit Selua,de beneficio,3.p.quæſt.5.nu.1. Flaminius,lib. 4.de reſignatione beneficiorum,queſtio.fin.num.15. cum ſeq.vbi reſoluit communem opinionem,& dicit
2 cum doctorum ſchola, valere electionem & præſentationem,& collationem digni, omiſſo digniori,peccare tamen mortaliter illam facientes: quam ſententiam etiam reſoluit communem ex Couarr.ſupra, & Soto, lib.3.de iuſti.& iure,queſt.6.art.1.concluſ.9. Syluestro,verb electione,queſt.16.Gutierrez,nouiſſime,in 2.p.canonicarum queſt.c.11.à num.38. cum ſeq.vbi declarat,an teneantur electores ad reſtitutionẽ. quam queſtionem etiam proſequitur Nauarra,de reſtitutio. lib.2.c.2.nu.140.cum ſequentibus, Padilla,in l.cum quidam,num.18.ff.de leg.2.Molina,lib.2.de Hiſpanorum primog.c.5.num.57. Soto,lib.4.de iuſti.& iure,quæſt,6.art.3.ad 6.& lib.10 queſt.2.art.3. Couar. in reg peccatum,2.p §.7.num.1.qui tenet, quod non teneãtur ad reſtitutionem, & quod hęc ſit benignior
3 opinio. Et dignior (vt nihil omittamus)dicitur,qui aptior & magis vtilis eſt ad beneficium, cui præficitur, vt tradit Palatios Rubeus,in c.per veſtras 3.notab. §.26.num.12.Couar.in reg.peccatum, 2.p,§.7.nu.4. Greg.in l.5.tit.15.p.1.Cuchus,in inſtitu.canon. lib. 4.tit.1.num.125.Soto,lib.3.de iuſti.& iure. queſt.6. art.2.& Gutierrez,ſupra,num.63.cum ſeq. Horeda, de benefic.incompat.1.par,c.23.nu.130. Flaminius,
4 de confidentia benefic.queſt.8.nu.8. & indignus dicitur ille,qui non habet qualitates requiſitas ad miniſterium cui præficitur.Ita Soto,ſupra,& ſanctus Thomas.2.2.queſt.63.art.2. & Rebuffus,de pacificis poſſeſſoribus num.173.Lambertinus, de iure patronat. 1.p.ſecundi libri,art.4.queſt.10 princ.num.21.Quibus ſic præhabitis . & ſuppoſitis in queſtione principali diſtinguit gloſ.ordin.in c.cum vos,de offic.ordi. ponens differentiam inter patronum clericum,& laicum,vt ille priuetur iure præſentandi,hic vero non,& iterum præſentare poſſit, cuius gloſſę opinionem ibi ſequuntur Cardinalis,& Ancharanus,num.4.Imola, num.7.dicens eſſe communem opinionem, quam ſequitur Boer.in c,quod autem,num.10. de iure patro. Bal.in c.quoniam,num.6.de iure patron.Lamb.lib.1. in 1.p.queſt.10.art.4.num,15.Didacus Perez,in l.2. tit.6.lib.1.ord. & pro hac ſententia eſt tex.in l.5. tit. 15.p.1.& ſequitur Spino,in ſpeculo teſtamentorum, glo.4.nu.87. & dicit communiorem opinionem Gregor.in d.l.5.verb.*otro*.

Sed contrariam ſententiam (imo quod nulla ſit differentia inter clericum, & laicum, ſed quod laicus etiam priuetur iure eligendi , & iterum præſentandi) tenet Abb.in d.cap quod autem, & ante eum Ioãnes de Lignag.& Hoſtienſis, colum.1.qui dicit gloſſam illam eſſe cancellandam, & hanc dicit communem opinionem Rochus de Curte,de iure patronatus, verbo,honorificum,quæſtione 4.num.15. & dicit communem Barbacia,conſil.33. num.2.volum.2. Padilla,in l.cum quidam, num.17. de legat.2. Gregorius, in dicta l.5.titu.15.par.1. Didacus Perez,in l.1 titu. 6.lib. 1.ordinamenti,& vide Gutierrez, de iuramento confirm.3.p.cap.13.num.10. & Philippum Probum, in c.ſi tibi abſente,num.53.de præbend. in 6.à prima tamen opinione , propter diſpoſitionem legis partitæ , recedendum non eſt in iudicando & conſulendo.

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO DCLX.

RES empta, & obligata, deinde fuit euicta ex l.2. C.de reſcinden.vendit.dubium eſt, an talis res, ad venditorem reuertatur cum ſua obligatione: & obligatam reddere, exiſtimat Bar.in l.vbi autem,§.Marcellus, ff.de in diem adiectione, cuius opinionem dicit eſſe communem Boer.deciſ.181.

Sed contrariam ſententiam (imo quod libera ad venditorem reuertatur) tenet Bald. in d.l.2. num.17, & hanc eſſe communem,dicit Socinus iun.conſ.119. num.16.volum.2.& eſſe veriorem,& receptiorem affirmat Pinelus,ibi.3.par.c.3.nu.33. à qua non eſt recedendum.

QVÆSTIO DCLXI.

Vtrum legatum rei immobilis factum eccleſiæ,poſſit prælatus repudiare. Communis contra communem,& quid iure regio.

DVbitari ſolet apud doctores de quæſtione præcedenti , & partem affirmatiuam tenet Federic.de Senis,conſ.9.Lapus,allegatio.36. Felin.in c.1.de præſcriptio.vbi Abb.illud extendit ad hereditatem, Socinus,in l.legatum, vbi Iaſ.ff.de leg.1. dicit communem,Aretinus,in l.is qui heres, §.fi.ff.de acqu.hered. qui etiam dicit cõmunem,& quod ſic ſeruatur in practica,tenet etiam Abb.in c.1.de dolo,& contuma. & doctores,in ca.1.de reb.eccleſ.non alien. & Anchar. conſ.136. & hanc dicit veriorem opinionem Spino, in ſpeculo teſtamentor.gloſ.8.princip. num.63.in fi. pro qua opinione expendit l.fi. par.6.quæ nihil probat,neque Greg. ibi.

Sed contrariam opinionem tenet Bald. in l.magis puto,§.fundum,ff.de reb.eor.Paulus, in d.l.legatum, vbi Alex.dicit communem, Imola,in c.tua nuper, de de his quæ fiunt à prælato, Ruynus,conſ.136. vol.3. qui dicit communem opinionem, & Felinus,in c.contingit,de ſenten.excom. qui dicit ſic tenere omnes doctores,præter Abbatem,quam opinionem ſequitur Peralta,in l.Titia,§.ſi ea,ff.de leg.2.& hæc opinio verior mihi videtur, licet contrariã ſequatur Anto.Gabriel, lib.4.communium,tit.de leg.concl.3.

QVÆSTIO DCLXII.

Vtrum executio peti poſſit pro intereſſe mediante inſtrumento guarentigio.Communis contra communem.

EXecutio non poteſt peti pro intereſſe , mediante inſtrumento guarentigio.Hæc eſt communis opinio,ſecundum Iaſ.in l.certi condictio,nu.21.ff.ſi cer.pet.vbi tenet ab hac opinione non eſſe recedendum.

Sed contrariam opinionem (imo quod poſſit peti executio, pro intereſſe, promiſſo in inſtrumento guarentigio)dixit communem Alex.in l.iuris gentium,§. quod ſere,ff.de pact. & refert duas communes contrarias Didacus Perez.in l.4.titu.8.lib.3.ordinam. pag. 1078.& tradit Parladorius,lib.1. rerum quotidianarum.c.6.§.2.nu.51.& quod pro æſtimatione facti poſſit fieri executio,tradit Couar.lib.2.variarum, ca.11. num.1.Auiles,in cc.prætorum,c.10. verb.execucion, nu.53.Et qualiter hoc ſit practicandum, quod inſtrumentum,pro intereſſe,& damnis,mandetur executioni,tradit Paz,in ſua praxi,4.par.1.tom.c.1.nu.15.vbi hoc declarat,& Peralta,in l.1. ff.de leg.2.nu.82.omnino videndus,vbi aſſignat rationem.

QVÆSTIO DCLXIII.

Vtrum in executione ſententiæ arbitrariæ requiratur libellus. Communis contra communem.

CVm ſententiæ arbitrorum habeant hodie executionem paratam,ex l.4.tit.21.lib.4.recop.eſt dubium,an ad illius executionem petendam, requiratur libellus,& quod nõ requiratur,dicit communem opinionem Felinus(poſt Socinum) in c.1.de libelli oblatione,col.3.verſ.7.& Iaſ.in l.intra,ff.de re iudic.

Sed contrariam opinionem (imo quod requiratur libellus) dicit communiter teneri Ripa , in d.l.intra , num.3. & has duas communes opiniones contrarias, refert Didac.Perez,in l.4.titu.8.lib.3.ordinam. pag. 1098.& illam legem regni,declarat Olanus,in Antinomia iuris,litera I.num.46. & hæc vltima opinio eſt verior,& receptior,& ita practicatur.

SVMMARIVM.

1 *Valor rei conſideratur ſecundum tempus.*
2 *Teſtis qui deponit de affectione,non facit fidem.*
3 *Teſtis debet de neceſſario concludere, non de contingenti.*
4 *Opinio Gomecij reprobatur.*
5 *Opinio Pineli declaratur.*
6 *Teſtis qui ſe refert ad communem valorem,facit fidem.*
7 *Teſtis qui dicit , quod tantum valet res , intelligitur de communi ualore.*
8 *Teſtis videtur deponere de particulari affectione, quando non eſt articulatum de communi æſtimatione.*

QVÆSTIO DCLXIV.

Vtrum teſtes,in caſu,legis ſecundæ.C.de reſcindenda uenditione,probent concludenter,ſi non deponant de communi æſtimatione,ſed tantum dicant,quod tantum valet res , quantum eſt articulatum . Communis contra communem.

1 IVris certiſſima concluſio eſt , quod valor rei debet
probari ſecundum communem æſtimationem conſiderato tempore contractus, in tantum, quod antea
neque poſtea non ſufficiet. Ita probat text. in l.ſi voluntate,C.de reſcind.vendit.l.56,tit.5.p.5.l.1.tit.11.
lib.5.recop. Idemque eſt diſpoſitum de iure canonico,vt in c.cum cauſam,el 2.de teſtib.c.cum dilecti,de
emptio.& venditio. Quam concluſionẽ exornat Gregor.in d.l.56.verb.*a la ſazon*, Pinelus , in d.l.2.in 3.
par.c.vltimo,num.15.vbi Padilla,nu.70. Matienço,
in l.1.glo.4.num.1.vbi Azeuedo,num.12.Nec enim
2 ſufficiet ad probationem valoris rei, vt teſtis deponat
ex affectione particulari,ſed debet res communi æſtimatione æſtimari.tex.in l.precia rerum 63. ff.ad l.falcidiam,ibi, *precia rerum non ex affectu, nec vtilitate ſingulorum , ſed communiter funguntur*. Ex quibus clare
colli-

Digitized by Google

colligitur, quod pretium & valor rei venditæ, debet
probari concludenter, ita vt teſtis deponat, quod tem
pore contractus res vendita iuxta communem æſtima
tionem valebat tãtum, & ſi teſtis aliter deponat, nihil
probat, vt tenet Bart. in d. l. 2. in fi. Imola, in d. l. precia
rerum, col. 2. verſ. quinto modo, Abb. in d. c. cum cau
ſam. Et hanc dicit communem opinionem Antonius
Gomez. 2. tomo variatum, cap. 2. numero 35. & opi-
nionem Bart. ſequitur Pinelus, dicens communem,
in d. l. 2. in 3. p. c. vlt. nu. 12. & Matienço, ſupra, gl. 2.
nu. 17. vbi dicit, quòd opinio Bartoli eſt verior & re-
3 ceptior & in praxi admiſſa: quia dictum teſtis debet
neceſſario cõcludere, l. nam ad hoc, C. vnde legitimi,
l. neque natales, C. de probatio. Et ſic cum non ſe re-
ferat ad communem æſtimationem, & poſſit referri
ad ſingularem affectionem, non probat concludeo-
ter. Quam opinionem etiam ſequitur Azeued. ſupra,
num. 13.

Sed contrariam opinionem (imo quod ſufficiat vt
teſtis dicat rem tantum valere, licet non deponat de
cõmuni æſtimatione, cum videatur ſe referre ad com-
munem valorem) tenet Bald. in d. l. 2. nu. 25. vbi Sali.
nu. 30. Ang. nu. 7. Cyn. in l. vnica, C. de ſent. quæ pro
eo, quod intereſt, vbi Alb. col. pen. Et hanc opinionẽ
4 ſequitur Anto. Gom. ſup. appellans communem, quã
non eſſe veram dicit Matien. & Azeu. ſup. vbi repro-
bãt Gomecium, & allegant pro ſua opinione Pinelũ,
5 vbi ſup. d. nu. 12. dicentes, quod ipſe appellat commu-
nem. Sed (ſalua illorum pace) ipſe Pinellus, non lo-
quitur ibi, nec diſputat noſtræ quæſtionis articulum,
nec opinionem, quam ibi ſequitur dicit communem:
ſed ſolum dicit, quod teſtis tenetur cauſam vel ratio-
nem ſui dicti aſſignare, & non ſufficere quod teſtis di-
cat, ſe ita pro certo credere, nec minus concludere te-
6 ſtimonium teſtis dicentis, quod tantum daret pro re,
de qua agitur. Nos vero loquimur, quando teſtis de-
clarat, quod tantum valet res, quantum eſt articulatũ
abſque declaratione communis valoris. In quo caſu
Anto. Gomez, reſoluit valere teſtimonium, eũ in hoc
caſu teſtis videatur ſe referre ad communem valorẽ,
ad quem ſe refert actio, & interrogatio. Et tantum a-
beſt, quod hoc impugnet Pinelus, in d. num. 12. quod
directo tenet contrarium, vt conſtat ex eius reſolutio
ne, ibi, *ſi tamen teſtis prius aſſeuerat commune pretium,
deinde ſubdat quod ipſe tantum daret, valebit teſtimo-
nium*. Ita Socinus nepos, conſ. 73. lib. 1. vbi num. 4. vi-
detur firmare, in hac materia non eſſe neceſſarium, qđ
teſtis rationem aſſignet. Quam doctrinam vlterius de
7 clarat, in num. 42. dicens: Credo etiam (contra plures
vbi ſupra) vt ſufficiat, teſtem dicere, quod res tantum
valebat, vt intelligatur de pretio communi. Et poſtea
ſubdit in vltimis verbis: & ita intellige ſupra dicta, nu
me. 12. Itaque non ſolum Pinelus, non ſequitur opi
nionem, quam tenent Matienço, & Azeuedo, imo di
recte tenet contrariam, & ſic Gomecij veriorem exiſti
mo opinionem, quando fuit articulatum de commu-
ni valore & æſtimatione, & teſtis interrogatus ſolum
depoſuit de valore, referens ſe ad articulum: quia vi-
detur deponere ſecundum eum, licet expreſſe non de
claret de communi valore, quia forte illud omittitur,
propter imperitiam Tabellionis interrogantis, & pro
8 hac opinione fuit iudicatum, vt refert Antonius de
Gama, in deciſ. 205. Si vero ex negligentia aduocati
non ſit articulatum, iuxta communem rei valorem, &
teſtis deponat de pretio iuſto, & nõ de communi æſti-
matione, tunc (quia eius dictum non poteſt referri ad
articulata, nec ad communem æſtimationem) intelli-
gitur teſtis deponere de particulari, & ſic illi non ad-
hibetur integra fides, vt in d. l. pretia rerum. Et ſecun
dum hanc reſolutionem poſſunt prædictæ opiniones
ad concordiam reduci.

SVMMARIVM.

1 *Pater & filius correlatiui ſunt.*
2 *Diſpoſitio loquens in vno correlatiuo, procedit in alio.*
3 *Pater habet legitimam in bonis filij, ſicut filius in bonis
patris.*
4 *Legitima filiorum, & parentum, nullum recipit grauamen.*
5 *Pater poteſt impugnare donationem inofficioſam.*
6 *Hereditas iacens in ſuis heredibus, non datur.*
7 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
8 *Priuilegium quod conceditur deſcendentibus, non exten-
ditur ad aſcendentes, in stricta materia.*
9 *Lex 1. tit. 11. p. 6. declaratur.*
10 *Lex 7 & 8. tit. 11. p. 6. ponderantur pro hac opinione.*
11 *De iure regio neque filius, neque pater deducunt duas
quartas.*
12 *Falcidia hodie nec debetur, nec detrahi poteſt.*
13 *Padilla & Gratiani opinio reprobatur.*

QVÆSTIO DCXLVI.

Vtrum pater grauatus à filio de reſtituenda hereditate, poſſit deducere duas quartas. (communis contra communem, & quid iure regio.

RESoluimus in quæſt. 74. filium, grauatum reſti-
tuere hereditatem, deducere duas quartas poſ-
ſe. Nunc vero, in patre grauato, proponitur quæſtio,
quæ non minus vtilis, quam difficilis eſt. Et pro par-
te affirmatiua facit, quia ſicut filius poteſt deducere
duas quartas (vt diximus in dicta quæſt. & tradit Be-
rengarius, num. 325. ff. ad l. Falcidiam. dicens ita eſſe
tenendum in iudicando, conſulendo, & legendo, &
quod ita per vniuerſum orbem ſeruatur, vt (pluribus
citatis) conſuluit Rolãdus, conſi. 12, num. 8. vol. 1.)
1 ſic etiam à paritate rationis, & pater poterit eas dedu
2 cere, cum pater & filius ſint correlatiui, & diſpoſitũ
in vno, cenſeatur diſpoſitum in alio, vt in l. 1. C. de cu
preſſis, lib. 12. l. fi. vbi doctores, C. de indicta viduita-
te toll. l. in ſuis, ff. de lib. & poſth. ibi, *Sola hac adiecta,
per quam diſtinguitur genitor ab eo qui genitus eſt*. Et
3 confirmatur hæc opinio, quia ſicut filius habet legiti
mam in bonis patris, vt in c. fin. de teſtam. lib. 6. (& vul
vulgatis) ita & pater habet legitimam in bonis filij, l.
nam & in parentibus, ff. de inoffic. teſt. l. ſcripto, ff. vn
4 de liberi. Præterea, ſicut legitima illorum nullum reci
pit grauamen, vt in l. quoniam in prioribus, C. de in-
offic. teſt. l. 11. tit. 4. p. 6. vbi Gregorius, verb. *libre men
te*, ita nec legitima aſcendentium, vt tradit Berenga-
rius, ſupra, nu. 87. Rurſus facit pro hac opinione, quia
ſicut filij poſſunt impugnare donationem inofficio-
ſam, de qua in l. 1, & 2. de inofficioſis donationibus:
5 ita & eodem modo, parentes contra immenſam dona
tionem

Digitized by Google

tionem liberorum agere poſſunt, per quam ipſorum
legitima minui poſſet, l.filius (vbi doctores) C.de in-
6 officioſis donatio. Vltimo fulcitur hæc ſententia, quia
quemadmodum in ſuis heredibus hereditas iacens
non reperitur, vt eſt gl. in l.eum hereditas, C.de poſt.
l.ſi poſt mortem, ff.de leg. 1. ita quando aſcendentes
ſuccedunt liberis, l.ſi ſeruus communis meus, §.1. ff.
de ſtipulatione ſeruorum, quam opinionem ſequitur
& dicit communem Iaſ.col.10.in auth.nouiſſima, C.
de inofficioſ.Rub.in l.pater filium, num. 10.ff.eo.tit.
Corraſius, in l.filium quem pater, nu.193. ff.de liber.
& poſthu. Et in expreſſo ita tenent Ang.& Cuman.
in l.ſi à milite, §.fi.ff.de milit.teſt. Berengarius, in d.l.
in quartam, num.333. Crotus, in l.qui Romæ, §.duo
fratres, nu.80.ff.de verb.oblig. Alex.in l.Titia, §.Im-
perator, num.26.ff.de leg.2.& in d.l.pater filium, nu
me.48. Barb.in c.Raynutius, in fi.de teſtam. Politus,
in d.l.filium quem pater, nu.170. Bertran.conſ.139.
num.4.vol.1. vbi hanc dicit eſſe communem opinio-
nem, & Crotus, in l.re coniuncti, nu.174. ff.de leg.3.
quem ſequitur Craueta, conſ.110.vol.1.nu.1. vbi te-
net contra Alex.& Iaſ.

7 Sed contrariam opinionem (imo quod pater non
poſſit niſi vnam quartam detrahere) ſequitur Bald.in
d.l.ſi à milite, §.fi. quem ſequitur Alex.in d.l.in ratio-
ne, §.quod vulgo, ff.ad l. Falcidiam, & in l.coheredi,
§.cum filiæ, nu.10.de vulgari. Iaſ.in auth.nouiſſima,
nu.39.C.de inoffic.& in l.generaliter, §.cum autem,
C.de inſtitutionibus, & in d.l.filium quem habentẽ,
nu.9. Galiaula, in l.Centurio, nu.4.de vulga. Ioannes
de Garronib.in auth.ex teſtamento, num.27. C.de ſe
cund.nupt. Polit.in d.l.filium, nu.141. Bertrand.con
ſi.19. vol.1. vbi dicit hanc opinionem veriorem, Pi-
cus, in l.Titia, §.Titia cum nuberet, nu.56.ff.de leg.2.
& in d.l.in quartam, num.285. vbi dicit hoc eſſe quo
tidianum, & de pane lucrando, & dicit communem
opinionem Corraſius, nu.44. in d.l.filium quem ha-
bentem, & Gozadinus, in d.l.qui ſe patris, num.191.
quem ſequitur Rolandus, conſil.28.nu.9. vol.3.aſſi-
8 gnans rationem, quia in materia ſtricta, priuilegium
quod conceditur deſcendentibus, non extenditur ad
aſcendẽtes, l.filiusfamilias, ff.ad l.falcidiam, & c.Ray
nutius, & c.Raynaldus, ſunt iura correctoria iuris ci-
uilis, & ſic extendi non debent, ex identitate rationis,
per tradita, in authen.quas actiones, vbi gloſ.C.de ſa
croſanct.eccleſ.& ex noſtratibus hanc opinionem ſe
quitur Oroſcius, in l.ſi arrogator, nu.73.ff.de adopt.
& Greg.in l.1.tit.10.p.6.& in l.12.eod.tit. & confir-
9 matur de iure regio ex text. in d.l.1.titu.11.par.6.ibi,
mas ſi los herederos fueſſen de los que deſcienden o ſuben
por linea derecha del fazedor del teſtamento, entonces de
be auer ſu parte legitima, à que liaman en latin, debitum
iure naturæ. Ex quibus verbis clare demõſtratur, filiũ,
vel patrem grauatum reſtituere, non poſſe deducere
duas quartas, vt notat Greg.ibi, verb.*ſu parte legitima*
idemque tenet Gregor.in l.12.(per illum text.) tit.5.
p.6.verb.*todos los otros bienes*, quod etiã ſequitur Par
ladorius, 1.p.rerum quotidianarum, c.11.nu.3.& Sal
zedo, in additio.ad Bernardum Diaz, reg.296.limit.
6.idem tenet Ant.Gomez, in l.5.Tauri, à num.80.&
quod hæc opinio ſit ipſa veritas de iure ciuili, tenet
Padilla, in auth.res quæ, num.33. C.commu.de lega.
vbi plures allegat, idemque tenet Couar.in d.c.Ray-
10 nutius, §.11.nu.6. pro qua opinione poteſt pondera-
ri text. in d.l.7.& 8.tit.11.p.6.ibi, *E ſi por auentura el*
inuẽtario no vuieſſen fecho, entonces no podrian ſacar fal
cidia: fueras ende ſi los herederos fueſſen de los que de-
ſcienden o ſuben por la linea derecha de los fazedores de
los teſtamentos, ca eſtos tales deuen auer ſu parte legiti-
ma, por deudo que an en los bienes del padre naturalmen
11 *te.* Ex quib. verbis conſtat, quod filius, vel aſcendens
priuantur dicto debito legali, ſi non conficiant inuen
tariũ: ſecus tamen debito iure naturæ: quæ opinio ve-
riſſima eſt, maxime de iure nouiſſimo, ſtante lege 6.
Tauri, & l.9.tit.de legatis, lib.3.fori, per quæ iura ge-
neraliter hodie non poteſt aſcendens grauatus reſti-
tuere (etiã ſub conditione, vel in diem) deducere duas
quartas, vt tenet Salzedo, ſupra, in 6.limitatione, Aco
ſta, in d.c.ſi pater, verb.abſque deductione, in 2.par.
num.22.& ipſe Gregorius, glo.fi.in d.l.12. & Burgos
de Paz, in l.3.Tauri, num.971. & Ant.Gomez in d.l.
3.nu.84. vbi dicit, quod hæc opinio eſt approbata de
conſuetudine in vtroque foro, quam ſequitur Moli-
na lib.1.de Hiſpanor.primog. c.17.num.8. vbi dicit
quod ita in practica eſt receptum. Quæ opinio confir
mari poteſt ex l.1.titu.2.lib.5.ordinam. per quam te-
12 net Gomecius, 1.tom.variarum, c.12.num.11. quod
hodie non debetur quarta falcidia, & Matienço, (con
tra alios) in l.1.tit.4.glo.14.nu.8.& 9.& gl.19.nu.5.
lib.5.recopil. Burgos de Paz, in d.l.3.Tauri, nu.975.
quæ opinio veriſſima eſt, & pro ea in caſu de facto
13 mihi contingenti obtinui, licet contrarium intendãt
probare Padilla, in l.eam quam, nu.109. C.de fidei-
comm.& Gratian.regul.200.in fi. quorum opiniones
de iure regio non ſunt ſequendæ.

SVMMARIVM.

1 *Reſignans facta renunciatione perdit titulum, & poſſeſ-*
ſionem, & habetur pro mortuo.
2 *Ceſſante cauſa cõmiſſionis, debet ceſſare delegatio cauſæ.*
3 *Cauſa debet committi conſtitutis in dignitate, ne ſedes*
Apoſtolica habili miniſtro repræſentetur.
4 *Ex mutatione ſtatus videtur mutata perſona.*
5 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur & de*
fenditur.
6 *Habilitas à principio actus deſideratur.*
7 *Tex. in c.ſtatutum, de reſcript. lib.6. declaratur.*
8 *Qualitas adiuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus*
verbi.
9 *Actus legitimus & conſummatus non viciatur ex cauſa*
ſuperuenienti.
10 *Doctores pro hac opinione referuntur, & reſolutio quæ-*
ſtionis traditur.

QVÆSTIO DCLXVI.

Vtrum ſi cauſa fuit commiſſa A.canonico, aut alio conſti
tuto in aliqua dignitate, qui poſt datam & receptio-
nem literarum, reſignauit canonicatum, vel aliam di-
gnitatem: in fauorem Petri, an ipſe reſignans poſſit
decidere cauſam, an Petrus reſignatarius. Communis
contra communem.

PRæſens quæſtio, quæ in hoc loco venit diſputan-
da, ſubtilis, vtilis, & frequens eſt (cum hominum
natura

natura prona ſit ad diſſentiĕdum) & ſic videtur dicen
dum reſignantem non poſſe cognoſcere de cauſa ſibi
1 cōmiſſa, quia reſignans (facta reſignatione) ſtatim per
dit titulum, & poſſeſſionem, & pro mortuo reputatur.
Ita eſt communis opinio, ſecundum Anton. de Butr.
in c. ſolicitæ, num. 13. de reſtit. ſpol. Mohedanus, de-
ciſ. 87. Cardinalis, & Abb. in cap. quod in dubijs, de
renunciatione, vbi dicunt quod per reſignationem a-
mittitur, nec dum dominium, & proprietas, ſed etiam
omnis poſſeſſio naturalis, & ciuilis. Quos ſequitur Pa
riſius Flaminius, lib. 1. de reſignatione beneficiorum,
q. 4. nu. 70. & q. 5. nu. 15. Quæ opinio etiam fulcitur
ex alio fundamento, quia illa commiſſio fuit realis, &
conceſſa contemplatione dignitatis, vt in c. ſtatutum,
de reſcrip. lib. 6. & ſic cum ceſſet cauſa commiſſionis,
2 propter reſignationem ſequutam, debet ceſſare dele-
gatio, c. cum ceſſante, de appell. l. adigere, §. quamuis,
ff. de iure patrona. maxime cum commiſſio perueniat
ad caſum, à quo non poterat incoari, l. ſi à me, l. 2. ff. de
3 iudic. & ſic cum cauſa debeat committi conſtitutis in
dignitate (ne Papa, & ſedes Apoſtolica habili mini-
ſtro repræſentetur, vt in d. c. ſtatutum, vbi gloſ. verb.
committat) non ſolum hæc ratio militat reſpectu prin
4 cipij, ſed in medio, & in fine cauſę, & ex mutatione ſta
tus videtur mutata perſona, c. femina, diſtin. 50. ca. 1.
diſtin. 33. & ceſſante dignitate (quæ fuit cauſa finalis
conceſſionis cauſæ) ſequitur quod nō poſſit reſignans
cauſam incoatam poſt regreſſum finire, c. nouit, de of
fic. deleg. quam opinionem dicit communem Abb. in
c. quoniam Abbas, nu. 8. de offic. deleg. vbi Innocen.
& communiter doctores, vt reſoluit Flaminius, ſupra,
quæſt. 11. num. 4. in fine.

5 Sed his non obſtantibus contraria opinio verior,
& receptior eſt, & magis communis, vt ipſe reſignans
poſt reſignationem poſſit cognoſcere, ſi tempore com
miſſionis erat canonicus, vel in aliqua dignitate con-
ſtitutus. Et ratio fundamentalis eſt, quia in qualibet
6 diſpoſitione principium ſpectandum eſt, & habilitas
tunc temporis deſideratur, c. 1. c. ſi eo tempore, de re-
ſcrip. c. dudum, de elect. l. feminæ, de ſenatoribus, l. cæ
cus, de iudic. l. ſi procurator, ff. mand. Et ſic cum tem-
pore commiſſionis reſignans eſſet in dignitate, ſuffi-
cit quod illa qualitas adfuerit eo tempore, in quo ipſa
diſpoſitio ſortiri debet effectum, l. a ff. de auro, & arg.
leg. l. ex facto, §. ſi quis, el 2. ff. ad Trebel. maxime, quia
7 tex. in d. c. ſtatutum, ſolum requirit vt cauſæ commit-
tantur habentibus dignitatem eccleſiaſticā: & ſic ſuffi
cit quod tempore commiſſionis illa qualitas ſubſiſtat;
8 & ratio eſt, quia qualitas adiuncta verbo, debet intel-
ligi ſecundum tempus verbi, tex. in l. in delictis, §. ex-
traneus, ff. de noxal. l. Titius, ff. de teſtam. milit. Et ſic
nihil obeſt, quod dignitas deficiat, cum ſemel à prin-
cipio commiſſionis ſtetiſſet, l. in ſubſtitutione, ff. de
vulgari, l. heredi, ff. ad Trebell. l. generaliter, C. de epi-
ſcop. & cler. l. fi. C. de nupt. vbi probatur, quod actus
9 legitimus perfectus & conſummatus, non vitiatur, li-
cet peruenerit ad caſum à quo incoari non poterat.
10 Quam concluſionem cōfirmat Ant. Gomez, in l. 48.
Tauri, nu. 5. & in l. 6. num. 11. & in l. 40. nu. 22. & 1.
tom. variarum, c. 19. nu. 14. Matienço, in l. 1. tit. 8. glo.
4. nu. 20. lib. 5. recopil. Paritius, conſ. 29. vol. 2. Dida-
cus Perez, lib. 5. ordinam. tit 3. fol. 148. Tiraquell. in
l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, nu. 23. & verb.
ſuſceperit liberos, nu. 155. & in tract. ceſſante cauſa, li
mit. 11. nu. 15. & nos plura congeſſimus in propoſi-
to, in quæſt. 728. à nu. 5. cum ſeq. Ex quibus funda-
mentis & rationibus, hanc opinionem tenet gl. in d. c.
ſtatutum, verb. canonico, verſ. & ſi tempore datæ, Ar-
chid. nu. 3. Anchar. nu. 5. Geminianus, nu. 9. in d. c. ſta
tutum: idem Gemin. nu. 9. in c. licet canon, in princ.
de elect. lib. 6. Cardinalis Zabarella, in clem. & ſi prin
cipalis; quæſt. 6. de reſcrip. Abb. conſ. 93. lib. 2. Pan. de
Caſtr. conſil. 327 vol. 1. Dec. in d. c. quoniam Abbas,
nu. 56. qui hanc dicit communem opinionem, & ibi
Felin. nu. 5. & dicit Flaminius, ſupra, nu. 66. in fi. hāc
opinionem defendiſſe, interpretando c. ſtatutum, de
reſcrip. vbi ſatisfacit fundamētis adductis pro contra-
ria opinione, & concludit, quod pro hac ſententia fuit
iudicatum in ſacra congregatione Concilij Trid. 21.
de Mayo, anno 1587. vbi congregatio cēſuit poſſe re
ſignantem de cauſa cognoſcere etiam poſt reſignatio-
nem, quæ opinio vera eſt, & tenenda.

QVÆSTIO DCLXVII.

*Vtrum in alienatione, vel venditione rerum eccleſiaſti-
carum, requiratur iuſta cauſa. Communis
contra communem.*

DVo copulatiue requiruntur in alienatione rerum
eccleſiaſticarum, videlicet iuſta cauſa alienandi,
& quod ſeruetur forma requiſita in c. 1. de rebus ec-
cleſ. non alien. lib. 6. clem. 1. eod. tit. c. ſine exceptione,
12. quęſt. 2. Quæ opinio communis eſt, vt tradit Abb.
in c. tua, de his, quæ fiunt à prælato ſine conſenſu ca-
pi. Dec. conſ. 282. & dicit etiam communem Rebuf-
fus, in d. c. ſine exceptione, num. 9.

Sed contrariam opinionē (imo quod ſufficiat quod
ſolennitas à iure requiſita ſeruetur) dixit communem
opinionem Socin. conſ. 15. vol. 1. quem ſequitur Gre
gor. in l. 63 tit. 18. par. 3. verbo, *agrauado*, & nos dixi-
mus, in quæſt. 675. & iuſtas cauſas alienationis con-
geſſit Rebuffus, ſupra.

QVÆSTIO DCLXVIII.

*Vtrum confeſſio ex deliberatione animi facta, reuo-
cari poſſit. Communis contra communem, &
quid iure regio.*

COnfeſſionem ex deliberatione animi factam, re
uocari non poſſe, tenet gloſ. in c. ex literis, de di-
uort. verb. admonita, quam dicit communiter appro-
batam Monachus, in ca. cum contumacia, num. 7. de
hereticis, lib. 6.

Sed contrariam opinionem tenet Iaſ. in l. 2. C. de
errore calculi, Felin. in c. fi. de off. deleg. verſ. tertio fa-
cit, Padilla, in l. error, nu. 15. C. de iuris & fact. ignor.
vbi refert duas communes opiniones, Duenas, reg.
118. Maſcardus, vol. 1. de probatio. concluſ. 345. nu.
60. quam opinionem ſequitur Gutierrez, de iuramen
to confirm. 3. p. c. 8. nu. 3. vbi optime declarat dictam
gloſſam, dicens eſſe communiter reprobatam, & ſic
hæc opinio eſt verior & tenenda, maxime de iure re-
gio, ex lege 5. titulo 13. par. 3. vbi Gregorius, verbo,
juyzio.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Qui non reſpondet poſitionibus habetur pro confeſſo.*
2 *Confeſſio ficta reuocari poteſt prætextu erroris.*
3 *Lex 5.tit.13.p.3.confirmat primam opinionem.*
4 *Practica Cancellariæ refertur.*
5 *Probatio in contrarium admittitur contra confeſſionem fictam.*
6 *Diſpoſitio legis ſemper debet de aliquo ſeruire.*
7 *Præſumptiones iuris ſunt liquidiſſimæ probationes.*

QVÆSTIO DCLXIX.

Vtrum confeſſio ficta à iure introducta prætextu erroris reuocari poſſit. Communis contra communem, & quid iure regio.

EX lege regni 2.tit.7.lib.4.recop. diſpoſitum ha-
1 bemus,quod non reſpondens poſitionibus, ha-
beatur pro confeſſo. Idemq; probatur in c.ſi poſt præ-
2 ſtitum,de confeſſis,lib.6. quæ confeſſio non eſt vera,
ſed ficta, & ſic prætextu erroris reuocari non poteſt.
Ita dicit glo.in l.quoniam,ff.de his qui notan.infam.
quam ſequuntur canoniſtæ,in c.ſi.de confeſſis,& te-
net Bald.in l.error, C.de iur.& fact.ignoran. vbi Iaſ.
nu.34.Imola,in l.fi.§.iuſſus, ff.de appellat. Paulus,in
l.2.C.qui teſtamen.facere poſſ. vbi Alex.num.5.dicit
communem opinionem,& Iaſ.etiam,num.7.quem ſe
quitur(referens duas communes) Menchaca,de ſuc-
ceſſionum creatione §.25.num.25. vbi hoc declarat,
3 & pro hac opinione eſt lex 5.tit.13.p.3.ibi,*no le em-
pece ſi pudiere probar el yerro, quanto quier ante que ſea
dado juyzio acabado ſobre aquel pleyto*, vbi hoc notat
Greg.verb *prouar el yerro*,& in verb.*juyzio*.

Sed contrariam opinionem(imo quod talis confeſ
ſio prætextu erroris reuocari non poſſit)dixit commu
nem opinionem Aretinus,conſ.4. quem refert & ſe-
quitur Padilla,in d.l.error,num.18. & Menchaca,ſu
pra,1.par.lib.3.§.23. nu.28. Sed profecto prima opi
nio,tam de iure cõmuni quam regio verior & tenen-
da eſt, quam ſequitur Didac.Perez, in l.1.tit.4.lib.3.
4 ord.col.917.vbi refert Auileſium,dicentem hanc opi
nionem eſſe in practica receptam, apud regios ſena-
tores Cancellariæ,quam etiam ſequitur Gutierrez,de
5 iuramen.confirma.3.p.c.8.num.7. Eſt tamen notan-
dum quod cõtra fictam confeſſionem admittitur pro
batio in contrarium,vt docent Angelus,& Paulus,in
l.ſi is qui, nu.5. C.qui teſtamen.facere poſſ. Anto.de
Butr.in c.ex parte,de confeſſis, Aretin.conſ.146.nu.
6 5.Alex.conſ.145.nu.4.lib.6.Nec huic reſolutioni ob
ſtabit dicere, quod de nihilo pœna illatum legum ſer
uiret,ſi probatio in contrarium admitteretur, argum.
text.in l.omne verbũ,C.commu.deleg.c.commiſſa,
de elect.quia reſpondeo,quod ſemper dicta ficta con
feſſio erit magni effectus, cum onus probandi con-
7 trarium tranſeat in aduerſarium, & præſumptiones
iuris ſunt liquidiſsimæ probationes, glo.in l. ſi tutor
petitus, C.de periculo tutorum, & tradit Paz, in
ſua praxi,1.partis,1.tom.8.tempore, nu.117.cum ſe-
quentibus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia debet ferri publice & palam & non occulte.*
2 *Sententia in luce non prolata, dicitur ferri clandeſtine.*
3 *Occulte fiunt ea quæ in nocte geruntur.*
4 *Lites ſine aliqua ſuſpicione debent procedere.*
5 *Iudex partibus præſentibus ſententiam proferre debet.*
6 *Tranſitus de nocte non conceditur.*
7 *Iudices inferiores non curant de apicibus iuris.*
8 *Practica Cancellariæ Pincianæ in recitandis ſententijs refertur.*

QVÆSTIO DCLXX.

Vtrum ſententia nocte lata valeat & teneat. Communis contra communem.

SEntentia lata prima hora noctis non valet, nec te-
net. Ita tenet glo.in l.more maiorum,ff.de ferijs,§.
omnis, Inſtit de verborum, quam opinionem tenet
Petrus de Bellapert.in l.non minorem,C.de tranſact.
Innocentius in c.conſuluit(per illum tex.)de offi.de
leg.vbi Felinus.nu.18.dicit communem opinionem,
& ita fuiſſe obſeruatum de facto, tenet etiam Aretin.
in d.§.omnis,num 7. & Iaſ.dicit communem, in d.l.
non minorem,nu.2. & alios plures refert & ſequitur
Padilla,in d.l.non minorem,num.9. & ratio eſt,quia
1 ſententia debet ferri publice,& palam, & non occul-
te,vt in l.cum ſententiam, C.de ſent.& interloc.om.
2 iud.& ſententia quæ non profertur in luce,dicitur fie
ri occulte,& clandeſtine, vt in l.donatio, C.de dona-
3 tionibus, & quod fit de nocte dicitur fieri occulte, vt
in l.1. ff.de furt.§.1.in princ. Inſtit.de obligatio.quæ
ex quaſi delicto naſcuntur. Præterea facit pro hac ſen
4 tentia, quia lites debent procedere ſine aliqua ſuſpi-
cione,vt in l.apertiſsimi,C.de iudic.l.1.§.3.ff.de ven
5 tre inſpiciendo,& cum iudex profert ſententiam,de-
bet habere præſentiam partis,vt in l.iudices, ff.de iu
6 dicijs,l.2. C.ſi per vim,vel alio modo: quia tranſitus
de nocte non conceditur,vt in l.itinere,C.communia
prædiorum,l.hoc edictum, ff.de his qui deiecerunt,
vel effud. Ex quibus fundamentis hanc dixit commu
nem opinionem legiſtarum & canoniſtarum Signor.
de Homod.conſi.52.vbi conſuluit pro hac ſententia.

Sed contrariam opinionem (imo quod ſententia
nocte lata valeat & teneat) ſequitur glo.in authen. de
iudic.§.ſed debẽt,verb.matutino, col 6.vbi dicit,quod
iudex poteſt (ſi velit) ſententiã nocte proferre. Et hãc
eſſe communem opinionem teſtatur Lancelotus De-
cius,in d.l.non minorem,C.de tranſact. Quę opinio
7 ſeruatur in praxi,apud iudices inferiores, qui non cu
rant de apicibus iuris: iudices tamen ſupremi(vt in re
8 gali Cãcellaria Pinciana vidimus) contrariũ faciunt,
quia publice leguntur ab ipſis & recitantur ſentẽtię,
quod tutiſsimum eſt, & ſic apud oẽs eſt ſeruandum.

QVÆSTIO DCLXXI.

Vtrum mater tranſiens ad ſecunda vota, priuetur ſucceſſione filij præmortui, quando alij filij non ſuperſunt. Communis contra communem.

PArentes,qui tranſeunt ad ſecundas nuptias, pri-
uantur ſucceſsione filij prioris matrimonij, mo-
rientis

magis communem opinionem Anto. Gabriel, ſupra, lib. 3. de pignoribus, concluſ. 1. & alios refert Duennas, reg. 240. num. 7. Villalobos, in ſuo ærario comm. litera A. num. 139. & 140.

Sed contrariam opinionem (imo quod ſufficiat hypotheca generalis) dicit communem Loaces, in repet. legis, filiusfamilias, §. diui, nu. 451. ff. de leg. 1. & dicit communem Fanus, de pignoribus, in 2. p. princip. in princ. nu. 6. Gratus, conſ. 95. num. 13. vol. 1. Couar. ſupra, c. 15. nu. 13. & plures doctores pro communi refert & ſequitur Duennas, ſup. limitatio. 7. & dicit magis communem Greg. verb. *ni las enagenara*, in l. 73. tit. 18. p. 3. & Villalobos, ſupra, & Parladorius, lib. 2. rerum quotidianarũ, c. fi. 4. par. §. 5. nu. 71. vbi refert duas communes opiniones, & ſequitur Gutier. in d. l. nemo poteſt, num. 43. & Greg. in d. l. 19. tit. 8. par. 5. verb. *dos caſos*, & Anton. Gomez, lib. 2. variarum, c. 3. num. 9. Quæ opinio verior eſt, & pro ea facit l. 37. tit. 18. p. 3. vbi aduertit Greg. ibi, & ſequitur Rolandus, conſ. 6. num. 26. lib. 1. & conſ. 62. nu. 3. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura maioratus potius eſt reſtringenda quam amplianda.*
2 *Fideicommiſſum continet onus.*
3 *Fideicommiſſum impedit liberam bonorum adminiſtrationem.*
4 *Libertas rerum à natura ineſt.*
5 *Fideicommiſſa præbent delinquendi occaſionem.*
6 *Delinquendi occaſio eſt vitanda.*
7 *Fideicommiſſum inducit votum captandæ mortis.*
8 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
9 *Fideicommiſſa concernunt publicam vtilitatem.*
10 *Sententia in dubio eſt ferenda fauore fideicommiſſorum.*
11 *Maioria Hiſpaniæ, ſunt fauorabiles.*
12 *Maioria Hiſpaniæ, ob bonum publicum introductæ ſunt pro familiæ conſeruatione.*
13 *Lex 6. tit. 11. p. 6. confirmat hanc ſecundam opinionem.*
14 *Reipublicæ intereſt, ſuprema hominum iudicia exitum habere.*
15 *Diſpoſitio an ſit odioſa vel fauorabilis, colligitur ex voluntate diſponentis.*
16 *Macedonianum reputatur odioſum, quia in odium creditorum emanauit.*
17 *Velleianum fauorabile exiſtimatur reſpectu feminarum.*
18 *Odium non conſideratur, quando uenit in neceſſariã conſequentiam conceſſionis fauorabilis.*
19 *Familiæ & honores per diuitias conſeruantur.*

QVÆSTIO DCLXXIV.

Vtrum fideicommiſſa cenſeantur fauorabilia, uel odioſa. Communis contra communem, & quid iure regio.

DVbitant ſcribentes (ſatis vtiliter) an fideicommiſſa (quę hodie ſunt maioratus ſucceſſiones) ſint fauorabilia, vel odioſa. Quod erit maximi effectus, nam ſi ſunt odioſa, contra fideicommiſſarium in dubio eſt iudicãdum, ſecus autem ſi fauor, vel vtilitas publica, in eis conſideretur. Et quod fideicommiſſa iudicentur odioſa, in dubioque ea non extare, iudicandum eſſe, tenet gloſ. in l. ex tribus, C. de inofficioſo teſtam. vbi Iaſ. ſequitur hanc opinionem & dicit communem, quam ſequitur Sylua, conſ. 64. nu. 19. & 25. & 28. & ita communiter omnes tenere teſtatur Boiſſat. conſ. 1. num. 12. Paulus de Leon. in tract. de ſubſtitut. compen. num. 259. & alios refert pro communi Michael Craſſus, receptarum ſententiarum, §. fideicommiſſum, quæſt. 2. & Cæphalus, conſ. 134. num. 21. & 339. num. 44. vol. 1. Menoc. conſ. 85. nu. 39. & conſi. 150. num. 10. & 11. & 204. nu. 57. & 220. nu. 71. Riminald. iun. conſ. 117. nu. 35. & 485. nu. 13. Dec. conſi. 465. nu. 14. Crauera, conſil. 98. nu. 14. & conſ. 130. & 180. nu. 1. lib. 1. Pariſius, conſi. 41. nu. 31. vol. 1. Al
1 ciatus, reſp. 134. nu. 7. Burgos de Paz, conſ. 34. n. 19. Simancas, de catholicis inſtitu. c. 9. nu. 126. & ex hac ratione dicit Burgos de Paz, ſup. quod ſcriptura maioratus potius eſt reſtringenda quam amplianda. Et ſic dixit Palatius Rubeus, in l. 46. Tauri, nu. 4. quod iura armantur cõtra maioratus, vt ſtricte procedant. Et dixit Menchaca, lib. 1. controuerſiarũ illuſtr. c. 41. nu. 6. maioricatus obnoxios eſſe ĩ Hiſpania, & ideo eſſe vtiliſſimum eos diſſolui, & ſic conſtat, quod ſi fideicõmiſſa ſunt magis odioſa, quam fauorabilia: pro qua ſenten-
2 tia facit, quia fideicommiſſum (cum onus contineat) ſemper cẽſetur odioſum, l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulgari, l. ab eo, C. de fideicom. & ſic magis debet interpretatio fieri, vt fideicõmiſſum remoueatur, quam
3 inducatur & ſuſtineatur, maxime cum liberam rerum adminiſtrationem impediat, quod iuri contrarium & iniquum videtur, l. non vſque adeo, ff. ſi quis a paren-
4 te fuerit manumiſ. & libertas rerum à natura ineſt. l. altius, C. de ſeruitutibus, c. nimis, de iureiur. & poteſt ſemper contingere, ꝙ ob ignorantiam fideicommiſſorum decipiantur emptores in pretio rerum, onere fideicommiſſi grauatarũ, & ſic ſequitur, quod prædicta
5 fideicõmiſſa præbent delinquendi occaſionẽ, quæ po
6 tius erat vitanda, vt in l. cõuenire, ff. de pact. dotal. cũ
7 & inducere videantur votum captandæ mortis, cum ſint collata fideicõmiſſa poſt mortem grauati, ꝙ quidem iura abhorrent, l. fi. C. de pact. c. ne captan. de conceſſ. præb. lib. 6. Ex quib. rationibus & fundamentis hæc videtur verior, & ſecurior opinio.
8 Sed his & alijs rationibus non obſtãtibus, contraria ſnĩa magis recepta & cõior eſt, imo ꝙ prædicta fideicommiſſorum materia potius fauorabilis, ꝗ odio-
9 ſa ſit iudicanda, cũ prædictæ diſpoſitiones concernãt ſemper publicã vtilitatem. Quam opinionẽ ſequitur, & dicit cõem Curt. iun. conſ. 111. nu. 12. quã (plurib. rationibus) cõprobat & defendit Mãtica, de cõiectur.
10 vltimar. volun. lib. 7. tit. 1. nu. 34. vbi dicit, quod fauore fideicommiſſorum, ſunt ferendæ ſnĩæ. Quã opinionẽ abſq; dubio procedere, tenet Mantic. in epitom. de fideicom. 2. p. nu. 8. & eam defendit, & dicit cõem Michael Craſſus, in d. §. fideicõmiſſum, quæſt. 2. in fi. Cæphalus, conſ. 3. vol. 1. Roman. conſ. 50. lib. 1. Guid. Papæ, cõſ. 131. nu. 3. Tiraq. de iure primog. quæſt. 4. nu. 13. (cum ſeq.) Antonius Peregr. de fideicommiſ. ar. 1. nume. 24. vbi hanc dicit communem opinionem, & quod indubitanter prædicta fideicommiſſa ſunt fauorabilia, quod etiam tenet, & confirmat, pluribus ra-
11 tionibus Burgos de Paz, conſil. 31. numero 43. vbi etiam loquitur in maioribus Hiſpaniæ, idem in

 quæſt.

quæſt. 2. nu. 36. vbi hanc dicit magis communem opi
nionem, quam ſequitur Couar. lib. 3. variarum, cap. 5.
num. 5. Padilla, in rub. C. de fideicommiſſis, nu. 4. Ro
dericus Xuarez, in l. quoniam in prioribus, limit. 11.
ad l. regiam, Caſtillo, in l. 27. Tauri, verb. *para ſiempre*,
Tellus Fernandez, ibi, nu. 20. Rojas, in epitome, ſuc-
ceſſ. c. 3. à num. 20. & 43. Pinelus, in l. 1. de bonis ma
ternis, 1. p. nu. 99. Molina, de Hiſpanorum primoge.
lib. 1. c. 18. & c. 4. nu. 8. & 28. vbi loquitur in fideicó-
12 miſſis & maioratibus Hiſpaniæ, & dicit quod illę di-
ſpoſitiones introductæ ſunt ob bonum publicum, &
vt dignitates familiarum conſeruentur, & ſic ex men
te diſponentis amplianda eſt potius, quam reſtringen
da eius diſpoſitio. Quam opinionem ſequitur Peral-
ta, in l. 3. §. qui fideicommiſſam, num. 121. ff. de here-
di. inſt. Mieres, de maioratu, 2. p. q. 5. num. 4. qui addu
13 cit pro hac ſentẽtia l. 6. tit. 11. p. 6. ibi, *que no la pueda
vender ni enagenar, mas que ſiempre finque a el y a ſus
herederos*. Et in l. 44. tit. 5. p. 5. ibi, *mas que ſinque ſiem
pre à mi hijo, y ami heredero, porque ſea ſiempre mas
honrado y mas tenido*, quam legem ad hoc expendit
Burgos de Paz, ſupra, conſ. 2. nu. 43. & eſt bonus tex.
in l. 1. §. pen. ff. de ventre inſpici. l. 2. tit. 15. p. 2. quæ
iura pro iſta opinione ponderat Peralta, ſupra, & nos
dicemus in quæſt. 725. nu. 4 & 33. Pro qua opinione
facit text. expreſſus, in §. 1. inſt. de fideicommiſſis, ibi,
tantuſque eorum fauor factus eſt, quod quidem profe-
14 cto nullam dubitationem habet, cum publice expe-
diat ſupremas hominum voluntates exequi, l. vel ne-
gare, ff. quemadmo. teſtamen. aper. & nihil eſt quod
magis hominibus debeatur, quam vt ſupremæ volun
tatis (poſtquã amplius velle non poſſunt) liber ſit ſty-
lus, liberumque, quod amplius non redit arbitrium,
vt dicit text. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. Quod qui-
dem non ſolum procedit reſpectu executionis, ſed in-
15 ſpecta principali diſponentis intentione: ex qua de-
ducitur, an diſpoſitio ſit fauorabilis, vel odioſa, l. na-
uis, ff. ad l. Rhodiam de iactu, l. non omnis, ff. ſi cert.
16 peta. Et ſic Macedonianum reputatur odioſum, quia
in odium creditorum emanauit, quamuis redundet
in fauorem filiorumfamilias, & etiam Velleianum fa
17 uorabile exiſtimatur, quia licet cedat in damnu creditorum,
tamen procedit ob fœminarum fauorem, ita
Bart. & Bald. in l. qui exceptionem, ff. de condict. inde
biti. Decius, in l. venia, num. 13. C. de in ius vocando.
Nec prædictis obſtat fundamentum pro contraria o-
pinione, quod ex eo quod fideicommiſſum continet
18 onus, non debet fauorabile iudicari: quia reſpondeo,
ꝗ quando odium venit in neceſſariam conſequentiã
conceſſionis fauorabilis, non eſt conſiderabile, l. cum
ex oratione, §. fi. ff. de excuſationibus tutorum, & do-
cet Baldus, in l. quod fauore, oppoſitione 7. C. de legi-
bus. Et ob hanc rationem, quia fideicommiſſa ordi-
nantur ad beneficium, & vtilitatem fideicommiſſa-
rij, non conſideratur onus heredis, vel legatarij graua
ti, vt ex eo fideicommiſſum non reputetur fauorabile,
19 cum familiæ, & honores, per diuitias conſeruentur,
vt late Tiraquel. ſupra, quæſt. 4. num. 13. Soto, de iu-
ſtitia & iure, lib. 4 quæſt. 5. art. 5. §. at vero, Simancas,
de primog. Hiſpaniæ, lib. 1. c. 16. 18. 19. & 20. Peral-
ta, ſupra, num. 121.

SVMMARIVM.

1 *Actus vtiliter geſtus valet, etiamſi omittatur iuris ſo-
lemnitas.*
2 *Solemnitas requiſita in alienationibus rerum minorum,
& eccleſiæ reſpicit illorum vtilitatem.*
3 *In claris non eſt locus coniecturis.*
4 *Tranſactio ſuper alimentis ſine prætoris auctoritate, eſt
valida ſi ex ea reſultet vtilitas.*
5 *Actus ſuſtinetur deficiente iuris ſolemnitate, quando atcento
fine, & effectu, vtilitatem conſequitur.*
6 *Obligatio impuberis, ſine tutore, valida eſt, quando ex ea
ſequitur utilis liberatio pupillo.*
7 *Pupillus ſine auctoritate tutoris meliorem ſibi conditio-
nem facere poteſt.*
8 *Lex, non eo minus, C. de procuratoribus, declaratur, &
num. 9.*
9 *Sententia lata contra minorem in iudicio comparentem,
ſuſtinetur quando fertur in fauorem illius.*
10 *Lex 55. Tauri, non procedit in contractu vtili marito, ſed
in damnoſo.*
11 *Statuta diſponentia, quod nõ valeat contractus minoris,
vel mulieris ſine aliqua ſolemnitate, intelliguntur de
contractibus damnoſis, non vero de vtilibus.*
12 *Minor in fauorabilibus reputatur maior.*
13 *Contraria opinio proponitur in quæſtione principali.*
14 *Quando duæ ſolemnitates copulatiuæ requiruntur in ali-
quo actu, non ſufficit quod vna ſolum interueniat.*
15 *Forma rei non poteſt mutari.*
16 *Fruſtra in alienatione rerum eccleſiarum requireretur
ſolemnitas iuris, ſi ſufficeret vtilitas.*
17 *c. 1. & clementina 1. de rebus eccleſiæ non alienandis, in
ducuntur pro hac vltima opinione.*
18 *Dictio, præſertim, eſt iuris implicatiua.*
19 *Nemo ad vendendum compelli poteſt, etiam cum pro-
pria vtilitate.*
20 *Concordia opinionum traditur.*
21 *Iura pro prima opinione adducta declarantur.*
22 *Contractus geſtus à minore ſine ſolemnitate, quando ipſe
ſolus remanet obligatus, eſt nullus abſq; reſtitutione.*
23 *Contractus, in quo minor, vel eccleſia, obligatur, ſi fiat ſi
ne iuris ſolemnitate eſt nullus, licet vtilis ſit eccleſiæ
uel minori.*

QVÆSTIO DCLXXV.

*Vtrum eccleſia uel minor poſſint alienare rem ſuam cum
utilitate, ſi non interueniat ſolemnitas à iure requiſi-
ta. Communis contra communem.*

1 CONcluſio notiſſima iuris eſt, quod ſi res bene ge
ratur ceſſantibus ſolemnitatibus, quæ alias requi
rebãtur, valeat actus, qui alias non valeret, ſi actus ma
le gereretur. Ita docet gl. fi. in c. 1. de ſchiſmaticis, pro
qua ſententia allegatur tex. in c. quia quibuſdam, de ſi
deiuſſoribus, & pro regula hanc concluſionem tradit
Bernardus Diaz, reg. 550. quam exornat Tiraquellus,
poſt leges connubiales, glo. 8. nu. 56. cum ſequent. Et
noſtram concluſionem videtur probare text. in c. tua
nuper, de his quę fiunt à pręla. ibi, niſi forte aliquid fa
ciat, vt meliora proſpiciat, & rõ eſt, quia ſolemnitas re
2 quiſita in alienationib. rerũ eccleſię, & minoris, fauo-
rẽ eorũ adhibetur, ergo ſi conſtat clare, & euidẽter, ie

vt.li-

Digitized by Google

vtilitate eccleſiæ, non eſt neceſſarium vt adhibeantur
3 illæ iuris ſolemnitates: quia in claris non eſt locus con
iecturis, vt in l. continuus, §. cum ita, de verborum, &
fruſtra ſpectatur euentus, cuius rei nullus ſequitur ef-
fectus, vt in l. fi. C. de adoptionibus. Pro qua opinione
bene facit ratio text. in l. cum hi, §. eam tranſactioné,
4 ff. de tranſact. vbi probatur, quod licet non poſſit ali-
mentarius ſuper alimentis tranſigere ſine prætoris au
ctoritate, valebit tamen tranſactio, ex qua eius condi-
tio melior facta eſt, abſque prætoris pręambula licen-
tia, & ſic notat gloſ. ibi, quod ſi eccleſia, vel minor, alie
nent in cauſam ſibi non conceſſam, tenet alienatio, ſi
illud vtiliter geſtũ eſt. Et ratio rationis eſt, quia quan
5 do in aliquo actu debet aliqua iuris ſolemnitas inter
uenire, habito reſpectu ad certum finem, tunc attento
fine, & effectu, per quem ſolemnitas introducitur, ſu-
ſtinetur actus, licet non interueniat, tex. in c. ſi qua de
rebus, 12. quæſt. 2. l. 1. §. deinde, ff. de noui oper. nunc.
quam rationem aſſignat Rebuffus, in cap. ſine excep-
tione, 12. quæſt. 2. num. 34. vbi hanc ſequitur opinio
nem. Pro qua ſententia facit tex. (cum ſua glo.) in l. 2.
6 ff. de acceptilationibus, vbi admittitur obligatio im-
puberis ſine tutore, quando ex ea ſequitur vtilis libe-
7 ratio, text. etiam, vbi eſt alia gloſ. notanda, in §. 1. Inſt.
de auctorit. tutor. ibi, *namque placuit meliorem condi-
tioné licere eis facere ſine auctoritate tutoris*, quod pro-
bat etiam tex. in l. 1. C. de auctoritate præſt. & ſic ele-
ganter docet Imola, in l. cum lex, in fi. ff. de fideiuſſo-
ribus, quod quando in aliquo actu requiritur ſolem-
nitas, fauore alicuius perſonæ, valeat actus abſque ea
ſolemnitate geſtus, ſi reperiatur vtilitas perſonę. Qué
ad hoc ſequitur Socinus iun. conſi. 28. num. 11. lib. 2.
8 Vltimo pro hac opinione facit elegans text. in l. non
eo minus, C. de procuratoribus, cui conſonat text. in
l. 3. tit. 5. par. 3. l. 11. tit. 2. l. 12. in fine. tit. 22. par. 3. vbi
9 probatur, quod licet ſenteñtia lata contra minorem, in
iudicio comparentem, ſine curatore, ſit nulla, ſi tamen
feratur in ſui fauorem, bene ſuſtinetur, nec poterit ad
uerſarius allegare nullitatem, & aſſignat text. ratio-
nem, ibi, *quoniam minoribus ætas in damnis ſubuenire,*
10 *non in rebus proſpere geſtis obeſſe conſueuit.* Ex qua le-
ge optime declarat & ampliat Gutierrez, lib. 2. practi
carum, quæſt. 22. num. 7. legem 55. Tauri, vbi non va
let contractus celebratus à muliere coniugata, ſine li-
centia viri, vt procedat in contractu damnoſo, ipſa le-
gis prohibitio, non vero in contractu vtili, ab ea cele-
brato abſque damno ipſius mariti, quem intellectum
ad d. l. tradit Antonius Gomez, in d. l. 55. num. 2. Pa-
latius Rubeus, in repet. rubricæ de don. §. 68. num. 6.
Baeça, de non meliorand. c. 11. nu. 54. Menchaca, de
ſucceſſionum creatione, §. 24. num. 4. Mariençо, in l.
3. tit. 3. gloſ. 1. num. 14. lib. 5. recop. & noſtram princi
palem opinionem dicit, veriorem Decius, in c. eccle-
ſia ſanctæ Mariæ, num. 9. de conſtitutionibus, Docto-
res, in c. terrulas, 12. quæſt. 2. Ripa, lib. 1. reſponſorũ,
c. 1. num. 60. & dicit communem opinionem Oroſcius,
in d. §. eam tranſactionem, num. 4. Auédannus, in ca.
pp. lib. 1. c. 4. nu. 41. Salzedo, in addit. ad Bern. Diaz,
d. reg. 650. verſ. Sed opinionem contrariam, vbi plu-
res doctores antiquos refert & ſequitur pro hac opi-
nione, quam etiam tenet Rolandus, conſil. 54. nu. 19.
vol. 2. vbi aſſignat aliam rationem, ex dicto Baldi, in
11 l. neque, C. de contrahen. & commit. ſtipul. vbi dicit,
quod ſtatuta diſponentia, quod cõtractus mulierum,
vel minorum, non valeant ſine præſentia propinquo
rum, debent intelligi de contractibus damnoſis, non
12 vero de vtilibus, quia quoad fauorabiliter geſta, mi-
nor pro maiore reputatur, vt in d. l. neque, quod dictũ
dicit eſſe menti tenendum. Ang. in d. l. 1. ff. de accept.
Iaſ. in d. l. is cui bonis, Barba. conſ. 35. & conſ. 53. col.
fi. vol. 2. Ex quibus doctoribus, & rationibus & fun
damentis, hęc pars vera & iuridica videtur.

Sed contrariam opinionem (imo quod non ſuffi-
13 ciat, vt alienatio rei eccleſiaſticæ ſit vtilis eccleſiæ, niſi
cum ſolemnitate, & interuentu eorum, quibus à iure
hęc res commiſſa eſt, alienatio fiat) tenet Bart. Alberi.
Baldus, Angelus, & Fulgoſius, in d. §. eam tranſactio-
nem, vbi Iaſ. dixit communem opinionem, quam ſe-
quitur Tiraquellus, poſt leges connubiales, glo. 6. nu
me. 56. Ripa, in l. is cui bonis, nume. 47. de verbo.
Decius, conſ. 282. Pinelus, in l. 1. de bonis mater. 3. p.
num. 31. cum ſequentib. Gutierrez, practicar. quæſt.
lib. 2. quæſt. 22. Sarmiento (qui doctiſſime & elegan-
ter declarat) de reditibus eccleſiaſt. c. 2. num. 1. cum ſe
quen. Loaces in repetitio. l. filiusfamilias, §. diui, num.
403. de leg. 1. & dicit cõmunem opinionem Sarmien
to, & Gutierrez, ſupra, & magis communem & verio
rem appellat Pinelus, ſupra, num. 21. & ratio huius
14 opinionis eſt, quia duo copulatiuę requiruntur, in a-
lienationibus rerum minorum, videlicet, quod inter-
ueniat vtilitas, & ſolemnitas à iure requiſita, & hæc
15 omnia requiruntur pro forma, quæ non poteſt muta
ri, l. qui hęredi, l. Mæuius, ff. de condit. & demonſtrat.
c. 1. de baptiſmo. Et ſic, licet contractus ſit vtilis mino
ri, appoſitio decreti iudicis requiritur, l. magis puto,
ff. de rebus eorum, quæ ſi interueniat interponitur ſo
lemnitas, & ſic in d. c. ſine exceptione, in alienatione
rerum Eccleſiaſticarum, non ſufficiet ſola vtilitas, ni-
ſi ſolemnitas iuris, & iudicis decretum interueniat,
16 & ſi ſola vtilitas ſufficeret, fruſtra decretum, & reli-
quæ ſolemnitates deſiderantur: vnde optime Bernar-
dus Diaz, ſupra, in limitatione prima, limitat noſtram
concluſionem in alienatione rei eccleſiaſticæ, etiam
vtili: ex eo quia ſolemnitas eſt introducta pro forma
in tali vẽditione, & ſic nullo pacto omitti poteſt: pro
17 qua ſententia facit text. in clem. 1. de reb. eccleſ. non
alien. vbi expreſſe diſponitur, quod ad hoc vt res ec-
cleſiaſtica alienari poſſit, dẽt hoc neceſſitas eccleſiæ,
aut vtilitas expoſcere, & nihilominus aſſenſus pręla-
ti accedere debet, qđ etiam probatur in c. 1. extra eod.
18 tit. in verſ. pręſertim, quę eſt dictio implicatiua, vt in
l. ſi fine, (vbi glo.) §. fi. ff. rem rat. hab. quem tex. ad hoc
ponderat & declarat Salzedo, ſup. quę opinio ẽt cõm
probatur & fulcitur ſecũdum Sarmientum, ſup. ex eo
19 quia alias ſequeretur, ꝙ quotieſcunque ſit vtilis con-
ditio eccleſię, poſſit cõpelli ad vendendum bona ſua,
quod longe diſtat à vero tramite veritatis, cũ ad hoc
nullus priuatus compelli poſſit, vt in l. inuitum, C. de
contrahen. emptio. Ex quib. fundamentis hęc pars eſt
magis tuta, & iuri conſona, licet cõtraria ſummã hẽat
20 ęquitatem. Quare in hac opinionũ varietate, vt diffi-
cultas & fundaméta pro qualibet opinione adducta,
ad amicitiam reducamus talis cõcordia, & diſtinctio
aſſignanda eſt, videlicet, ꝙ aut cõtractus geſtus ab ec
cleſia, vel minore, ſine ſolẽnitate, eſt illis vtilis, & in
nihilo dãnoſus, nec pıudicialis: & tũc, ſi ille actus eſt

talis naturæ, & cõditionis, quod nulla interuenit obli
gatio ex parte eccleſię, vel minoris, ſed alium ipſi obli
gant, (vt quãdo ijs donatur, vel ſibi ſtipulatur, vel ſen
tẽtia fauorabilis pro eis profertur) tunc ſine dubio ali
quo, etiam ſi nulla iuris ſolemnitas interueniat, vale-
bit talis actus, quatenus cõcernit vtilitatem minoris,
vel Eccleſiæ. Et in hoc caſu procedunt fundamenta
21 primæ opinionis. Cuius diſtinctionem probant no-
bis, & inſinuant, verba ſingularia tex. in d. §. pupillus,
Inſtit. de inutilib. ſtipulationib. ibi, *nam alium ſibi obli
gare, etiam ſine tutoris auctoritate poteſt*, idemque pro
batur, in §. 1. de auctoritate tutor. ibi, *ſiquis dari ſtipule
tur, non eſt neceſſaria tutoris auctoritas, quod ſi alijs pro
mittãt pupilli, neceſſaria eſt tutoris auctoritas. Namque
placuit meliorem quidem ſuam conditionem licere eis fa-
cere, etiam ſine tutoris auctoritate, deteriorem uero non
aliter, quam cum tutoris auctoritate.* In quo caſu proce
dit & loquitur dicta l. non eo minus, C. de procurato
ribus, quia ex eo ibi valuit ſenteutia pro minore nõ le
gitime defenſo, quia per illam, non minor alijs, ſed a-
lius minori obligatur, & ſic intelligis text. in d. §. eam
22 tranſactionem, & reliqua iura ſuperius adducta. Eſt
tamen ſecundus caſus, quando ipſe minor, vel eccle-
ſia, contrahunt ſine ſolemnitate, ſe iãtum obligando,
non autem obligat, cum quo contractum celebrat, &
tunc contractus iſte eſt nullus, cum ex propria illius
natura, damnũ afferat eccleſiæ, vel minori, & tantum,
quod nulla indiget reſtitutione, vt in l. j. vbi glo. C. de
23 in integrum reſtit. Tertius caſu (qui magis congruit
noſtro aſſumpto) eſt, quando contractus eſt reciprocus,
cus, ex parte minoris, vel eccleſiæ, & etiam illius, cum
quo contractus celebratur, vt in caſu l. Labeo, §. con-
tractum, ff. de verb. ſignifi. in quo caſu contractus eſt
nullus, etiam ſi vtiliter geſtus ſit: quia ſola vtilitas, ſi-
ne iuris ſolemnitate, non ſufficit, vt in d. §. nec tamen,
& in iuribus pro contraria parte allegatis in hac vlti-
ma opinione. Quæ cõcordia veriſſima & iuridica eſt,
quam optime declarat Sarmiento, ſupra, vbi plura iu-
ra ſic declarat tam eleganter, quam ſubtiliter.

QVÆSTIO DCLXXVI.

Vtrum tempus ſtatuti ad inquirendum contra reum, currat à die ſcientiæ, vel delicti commiſſi. Communis contra communem, & quid iure regio.

SI à lege vel ſtatuto municipali præfigatur terminus ad formandam inquiſitionem, vel accuſationem, contra reum, talis terminus non currit niſi à die ſcientiæ commiſſi delicti. Ita docet Bart. in l eum qui, §. in popularib. in fi. ff. de iureiur. quam opinionem di cit communem Natta, conſ. 225. nu. 2. vol. 1.

Sed contrariam opinionem (imo quod tempus currat à die commiſſi delicti) dixit magis communem Alex. in d. §. in pupillaribus, nu. 12. & Iulius Clarus, recept. ſenten. §. fi. quæſt. 51. verſ. ſed quæro, & in §. iniuria, num. 9. Plaça, de delictis, c. 6. in fine, & nos diximus, in quæſt. 679. vbi amplectimur primam opinionem, ex l. 22. tit. 9. par. 7. & ſic eſt intelligenda l. 4. tit. 17. p. 7. vbi tranſacto quinquennio, non præſcribitur contra mulierem actio adulterij, quod procedit à die ſcientiæ, vt notat Queſſada, in ſuis quæſt. cap. 18. verſ. ſecundus caſus.

QVÆSTIO DCLXXVII.

Vtrum interdictum, Vnde vi, concedatur, quando aliquis eſt deiectus à poſſeſſione percipiendi annuam præſtationem. Communis contra communem.

NOn leuis eſt Doctorum altercatio, an interdictum, Vnde vi, concedatur, quando aliquis eſt deiectus à poſſeſſione, vel quaſi, percipiendi annuam præſtationem, & partem affirmatiuam dicit communem Matthæus de Afflictis, deciſio. 395. num. 6. & 8. & Felinus in cap. conqueſtus, de foro competen. pro qua ſententia adducunt doctores text. in c. fi. de reſti. ſpoliat.

Sed cuntrariam opinionem eſſe communem legiſtarum affirmat Ripa, in l. 1. nu. 3. ff. quorum bonor. & Menoc. de recup. poſſeſ. remed. 1. nu. 87. vbi refert duas communes opiniones, reſoluens primam eſſe veriorem, à qua recedendum non eſt.

SVMMARIVM.

1 *Lex 1. C. vbi de criminibus agi oporteat, declaratur pro affirmatiua opinione.*
2 *Reus criminis in tribus locis poteſt puniri.*
3 *L. 2. tit. 9. p. 5. expenditur pro hac opinione.*
4 *Delicta & contractus pariſicantur, quo ad ius fori.*
5 *Ratione contractus poteſt aliquis conueniri in loco contractus & domicilij.*
6 *Occaſio delinquendi eſt vitanda.*
7 *Doctores pro opinione affirmatiua referuntur.*
8 *Iudex eccleſiaſticus poteſt procedere contra clericum originarium, ratione delicti alibi commiſſi.*
9 *Contraria opinio in quæſtione principali adducitur.*
10 *Reus criminis in eo loco debet puniri in quo delinquit.*
11 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
12 *Officium iudicis non extenditur vltra ſua iuriſdictionis territoria.*
13 *Inquiſitio eſt generaliter probibita, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
14 *Puniri reus non debet ſine accuſatore.*
15 *Doctores pro hac opinione negatiua referuntur.*
16 *L. 1. titu. 1. lib. 8. recopilationis, ponderatur pro hac opinione.*
17 *Opinio Antonij Gomez reprobatur.*
18 *Remiſſio non eſt facienda niſi prius conſtet ſummarie de delicto, & vbi fuit perpetratum.*
19 *Iudex originis poteſt reum punire, licet alibi delictum ſit commiſſum, quando non fuit petita remiſſio.*
20 *Præuentioni eſt locus quando iudices habent iuriſdictionem accumulatiuam.*
21 *Lex 10. tit. 13. lib. 8. recop. declaratur.*
22 *Iudex ordinarius etiam in caſibus fraternitatis poteſt cognoſcere de delicto, ſi præueniat per capturam rei.*
23 *Præuentio ſit per citationem & per capturam.*
24 *Præuentio realis præualet uerbali.*
25 *Præuentionis materiam cum ampliationibus & limitationibus declarat Azeuedo.*

QVÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIO DCLXXVIII.

Vtrum iudex originis poſſit ex officio procedere per viã inquiſitionis, contra reum originarium delinquentem extra territorium. Communis contra communem, & quid iure regio.

PRæſens quæſtio, quæ in hoc loco venit explicanda, eſt ſatis difficilis, vtilis, & quotidie in praxi cõtingens, cuius veram reſolutionem dixit Alex. conſil. 111. vol. 1. eſſe valde dubiam, quem ſequitur Ruinus conſ. 84. nu. 9. vol. 4. & Socinus iunior, conſ. 76. nu. 8. vol. 3. & varias opiniones refert Pariſius, conſi. 159. vol. 4. & in primis pro parte affirmatiua adducitur
1 text. in l. 1. C. vbi de criminibus agi oporteat, vbi de
2 delicto perpetrato poteſt reus criminis in tribus locis puniri, primo in loco commiſſi delicti, ſecundo in loco originis, vel domicilij, tertio in loco litis conteſtatæ: idemque probat text. in auth. qua in prouincia, C. eodem tit. & in l. 1. C. de iuriſdict. omn. iudic. c. 1. vbi gloſ. extra de raptorib. l. ſolent, ff. de cuſtodia reorum, glo. in l. à diuo Pio, §. ſententiam Romæ, ff. de re iudi. Ex quibus conſtat, quod ratione delicti poteſt quis effici reus in pluribus locis, & per conſequens iudicem originis poſſe procedere, quia ſicut intereſt iudici, vbi delictum fuit perpetratum, purgare prouinciam malis hominibus, vt in l. congruit, ff. de offic. præſid. ita etiam intereſt iudici originis, vel domicilij, ſubditum caſtigare, & prouinciã purgare ſimilibus hominibus, licet alibi delicta commiſerint, l. præſes. ff. de officio præſid. & probat l. 2. tit. 9. p. 5. ibi, *deuelo de preſentar*
3 *al juzgador que vuiere de juzgar*, e *moſtrarle el yerro que fizo*, vbi notat Greg. Rurſus confirmatur hæc ſen-
4 tentia, quia quo ad ius fori parificantur contractus, & delicta, l. omnem, ff. de iudic. authen. vt omnes obediant iudicibus, §. hoc conſiderantes, col. 5. ſed ſic eſt,
5 quod ratione contractus poteſt quis conueniri in loco ipſius contractus, & domicilij, l. heres abſens, §. fi. ff. de iudic. l. aſſumptio, §. filius, ff. ad municipalem, l. 3. C. de muner. & orig. lib. 10. c. Romana, §. cõtrahentes, de foro compe. lib. 6. vbi glo. tex. in l. 32. tit. 2. p. 3. Ergo ſimiliter delinquens cõueniri poterit coram iudice originis ipſius delinquentis, vt expreſſe notat Salicetus, in d. l. 1. q. 3. C. vbi de criminibus agi oporteat, & ſi ſecus fieret, magna daretur occaſio delinquendi,
6 quæ potius eſt vitanda. l. conuenire, ff. de pactis dotalibus, & quilibet reus ad delinquendũ, in alienas prouincias properaret, ſi in loco originis puniri non poſ-
7 ſet. Et ſic opinionem hanc ſequitur Cynus, quem allegat Bart. in l. cunctos populos, C. de ſumma Trinit. & fide cathol. idem Bar. in l. ſi cui, § fi. ff. de accuſatio. Bald. in l. fi. ff. de iuriſd. omn. iudic. vbi Ang. & in d. l. 1. C. vbi de crimi. agi oporteat, & in l. etiam, C. de executione rei iudic. Ang. in l. ſi vacantia, C. de bonis vacantibus, lib. 10. & in tract. maleficiorum, verbo, hæc eſt quædam inquiſitio. Abb. in c. cum contingat, vbi Felinus, & Butrius, de foro competen. Butricarius, in c. fi. eod. tit. Guido Papæ, quæſt. 202. & hanc partem ſequi doctores modernos, dicit Bal. conſi. 224. vol. 5. qui dicit eſſe communem opinionem, in d. l. cunctos populos, & dicit etiam communem, veram & approbatã Bologninus, conſ. 57. & pro hac opinione fuiſſe iudicatum dicit Ang. in d. l. vacanti, quã etiam ſequitur (dicens communem) Syluanus, conſ. 103. Alcia. in c. 1. nu. 67. de offic. ordin. quam refert Villalobos, in ſua coll. communium, litera D. num. 57. Caſſaneus, in conſuetudinibus Burgundiæ, tit. *des iuſtices*. §. 5. num. 11. Boſius, tit. de foro compet. nu. 182. vbi dicit, quod hanc opinionem vſus approbauit, & ſequitur Marcus decis. 989. num. 6. Bombinus, conſ. 8. num. 11. & Couarr. practic. quæſt. c. 11. nu. 6. verſ. ſexto, & (alijs relatis) hanc ſequitur Iulius Clarus, lib. 5. recept. ſent. §. fi. quæſt. 29. nu. 4. in fi. vbi dicit, quod hęc opinio eſt cõſuetudine approbata, & quod ab ea non eſt in practica recedendum: quam opinionem ſequitur, & dicit cõ-
8 munem Bernar. Diaz, in pract. canonica, c. 8. nu. 2. vbi reſoluit, quod iudex eccleſiaſticus proprię originis, poteſt procedere contra clericum originarium, ratione delicti alibi commiſſi, vt inducit text. pro hac ſententia in c. cum nullus, de tempor. ordinan. lib. 6. & alios refert Salzedo, ibi, & in c. 9.
9 Sed contrariam opinionem (imò quod ſolus iudex delicti, & non originis poſſit per inquiſitionem procedere) veriorem eſſe exiſtimamus, ex ſequẽtibus. Pri-
10 mo, ex vulgatiſſima iuris regula, qua cauetur, quod in eo loco debet quis puniri, in quo delinquit, text. in l. 1. & in l. ſi cui, §. penul. ff. de accuſatio. l. deſertorem, 3. ff. de re milit. ibi, *eum plecti pœna debere, vbi facinus admiſſum eſt, diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt.* tex. etiam in d. l. 1. & in auth. qua in prouincia, C. vbi de crimine agi oporteat. Et ſic cum iudex delicti co-
11 gnoſcat de crimine in ſuo territorio perpetrato, ſequitur quod iudex originis nullam habet cauſę cognitionem, cum incluſio vnius, ſit excluſio alterius, l. cũ prætor, ff. de iudi. l. maritus, C. de procuratoribus, l. qui accuſare, ff. de accuſatio. Et facit pro hac opinione honus text. de iure canonico, in c. ſi. illic, a 3. quæſt. 4. ibi, *vendicetur iniuria, ubi plectibilis eſt orta præſcriptio.* tex. in l. ſi peccauit, 11. quæſt. 1. ibi, *ubi contingit malum,*
12 *ibi monatur.* Rurſus confirmatur hęc ſententia, quia officium iudicis non extenditur vltra ſuę iuriſdictionis limites & territoria, l. 1 & fin. ff. de iuriſdict. omn.
13 iud. maxime, quia inquiſitio regulariter eſt prohibita, niſi in caſibus à iure expreſſis, l. 2. §. ſi publico, ff. de adult. Bart. in d. l. congruit, ff. de offi. præſid. Hippoly-
14 tus, conſ. 110. num. 17. & eſt contra iuris regulas, vt ſine accuſatore aliquis puniatur, nec condemnetur, l. reſcripto, §. ſi quis, ff. de muner. & honor. & ita habetur Ioan. c. 8. vbi Chriſtus dixit Mulieri: Vbi ſunt qui te accuſant, & deficiente accuſatore, dixit: Nec ego te condemnabo. Vnde cum iudex originis non dicatur eſſe offenſus, vt in auth. de iudicibus, §. quod ſi delinquentes, & in auth. de armis, col. 6 ſed ſolum iudex loci delicti, cui & toto populo iniuria facta eſt, vt in l. ſi quis ff. de iniur. & in l. quod ſenatus, ff. eod. tit. tex. ẽt in l. licitatio, §. quod illicite, ff. de publi. ſequitur quod ad ipſum, & nõ ad iudicem originis ſpectet vindicta, & delictorum punitio: maxime cum nullo iure caueatur, quod iudex originarius (ratione delicti perpetra-
15 ti extra territoriũ) poſſit inquirere & punire. Quam opinionẽ in terminis noſtrę quæſtionis tenet Speculator, in tit. de adit. iudic. incomp. §. 1. Ioan. Andr. in addit. & plures doctores antiquos refert & ſequitur Rolandus, conſil. 19. vol. 2. nu. 20. vbi conſuluit pro hac opinione, quam ſequitur Ruynus, conſ. 84. nu. 9. vo-

lum.4.& conſil.292. vol.4. & conſ.292. eodem vol.
Barbat.in c.cum contingat, num.26. Hippolytus, in
d.l.fi.nu.53.de foro competen.& conſ.14.num.9. &
in conſ.57.& 67.& 110. nu.15. Pariſius, conſ.159.
& 169.num.17.vol.4. Boerius,deciſ.270. Grammati
cus,deciſ.26. & dicit communem opinionem Alberi
cus,in tract.ſtatutorum, 3.p.q.36. & dicit magis com
munem Bologninus,(ſibi contrarius)conſ.8. & dicit
Rolâdus,ſupra,quod hæc eſt crebrior opinio,& quod
pondere,& numero prævalent doctores tenētes hanc
opinionem, & quod ita in practica eſt ſeruandū,cum
nitatur æquioribus, & fortioribus fundamentis,& ſe
quitur Alex.conſ.112.lib.1. Bernardus Diaz,in pra-
ctica canonica,c.9.& alios refert Iulius Clarus, ſupra,
nu.4. Gandinus,de maleficijs,tit.de pœnis, Cantera,
in quæſtionib. criminalibus, quæſt.7.nu.3.& nouiſſi
me hanc opinionem ſequitur vigilantiſſimus Azeue
16 do,in l.1.tit.1.lib.8.recop.nu.37.& 40. vbi pro hac
ſententia ponderat verba dictæ legis primæ,quam di
cit à nemine vidiſſe ponderata, & verba dictæ legis,
ita ſe habent. *Y porque los nueſtros pueblos vivan en
paz,y ſoſſiego,y tranquilidad: porende mandamos,que ſi
algun robo,o otro qualquier maleficio ſe hiziere,que el al
calde o juez en cuyo termino el dicho maleficio o robo fue
re fecho haga peſquiſa e inquiſicion ſobre ello, y le de co-
pia y traslado de la peſquiſa, y ſumariamente proceda,
porque los delinquentes no queden ſin pena*. ex qua lege
17 cōfirmatur noſtra ſententia, quam ampliat Antonius
Gomez.3.tomo variarum,c.1.nu.87. in fi.in tantum
procedere quod licet non conſtet iudici originis deli-
ctum eſſe commiſſum in iuriſdictione petentis remiſ-
ſionem,tenetur eam facere, licet cauſæ cognitio non
18 præcedat. Quæ opinio vera non eſt, quia priuſquam
fiat remiſſio debet conſtare de delicto, & in quo loco
fuit commiſſum,alias non eſt locus remiſſioni,vt do-
cet Oroſcius,in d.l.congruit,& Couar.ſupra, quos re
fert & ſequitur Azeuedo, in d.l.1.nu.39. (licet non
alleget Gomecium)& hanc dicit communem opinio
nem,& quod in practica obſeruatur, Iulius Clarus,li-
bro 5.recep.ſenten. §.fi.quæſt.38.nu.19. vbi limitat,
quando à iudice vbi delictum fuit commiſſum, non
19 fuit petita remiſſio, quia tunc ipſe iudex originis po-
teſt procedere in cauſa, & reum punire, quæ opinio
communis eſt, vt docet Couar.pract.quæſt.q.11.nu.
6.& ſic reſolutiue dicendum eſt,iudicem originis,do
micilij & delicti,poſſe procedere,& inquirere contra
delinquentem, ſiue ad inſtantiam partis offenſæ, ſiue
ex officio, nec vnus proceſſus alium impediet.Si ve-
ro iudex delicti petat reum ſibi remitti per literas re-
quiſitorias,& conſtat de delicto,& loco,vbi fuit per-
petratum,tenetur illum remittere, etiamſi præuenerit
in cauſa: at vero ſi non fuerit requiſitus, vel non con-
ſtiterit de delicto, nec de loco in quo fuit cōmiſſum,
non tenetur facere remiſſionem, & ita quotidie pra-
20 cticatur. In alijs vero caſibus, quando iudices habent
accumulatiuam iuriſdictionem, eſt locus præuentio-
ni,quæ debet fieri realis,quæ capturam,non vero alio
modo, vt eleganter oſtendunt verba legis, 10.tit. 13.
21 lib.8.recop.ibi, *Y en tal caſo los alcaldes que primero lo
prendieren, ſean juezes del delicto haſta la ſentencia*, &
22 ſic ſi iudex ordinarius capiat delinquentem (etiam ſi
delictum commiſſum ſit de caſibus pertinētibus, *a la
hermandad vieja y nueua*, de quibus habetur in l.2.tit.
3.lib.8.recop.l.52.tit.18.lib.6.& in l.19.tit.2.lib.8.)
poterit in cauſa procedere, & reum punire, nec vllo
modo tenetur, nec poteſt compelli reū ad iudices fra
ternitatis remittere: quia prædicti iudices habent iu-
riſdictionem accumulatiuam,cum iudicibus ordina-
riis,(in caſibus de quibus ipſi peculiariter cognoſcūt)
non vero priuatiuam, vt conſtat ex dicta lege, vbi no
tat Azeuedo,nu.91.& tradit Tiberius Decianus,con
ſi.8.nu.23.vol.3.& in tract.de delictis, c.55.tomo 1.
lib.4. Nec exiſtimes illam legem partitæ aliquid ſano
23 tabile nouiter inducere, quia de iure communi ſem-
per iudex, qui præuenit per capturā rei criminoſi,cō-
24 gnoſcit de cauſa, licet alter iudex prius verbaliter, &
iudicialiter in cauſa cognouiſſet: ita Barto.in l.3.ff.de
cuſtodia reorum,Bald.in l.1. C.vbi de crimi.agi opor
teat, Hippolytus, in d.l.fi.nu.206.ff.de iuriſdic.omn.
iudic. Decianus,d.c.21.nu.9.& Maſcardus,de proba
tionibus,vol.3.concluſ.1227.nu.8. & plures nouiſſi
me refert & ſequitur Azeuedo,ſupra,numero.5.& 7.
25 vbi per totam legem latiſſime proſequitur materiam
præuentionis,conſtituens regulam cum vndecim am
pliationibus,& duodecim limitationibus,ad quam re
currendum eſt cum caſus contingent.

SVMMARIVM.

1 *Actio iniuriarum præſcribitur per ſpatium vnius anni.*
2 *Præſcriptio currit contra ignorantes.*
3 *Lex 22.tit.9.p.7.declaratur.*
4 *Pœna legis 2.tit.10.lib.8.recop.non procedit quando ver
ba iniurioſa in abſentia dicta ſunt.*
5 *Tempus anni datum teſtamentarijs, non currit igno-
ranti.*
6 *Opinio Antonij Gomecij reprobatur.*
7 *Accuſatio in delictis præſcribitur triginta annis.*
8 *Actio adulterij præſcribitur quinquennio à die ſcientia
computando.*

QVÆSTIO DCLXXIX.

*Vtrum terminus anni ad proponendam actionem iniu-
riarum, currat à tempore facta iniuria, etiam igno-
rantibus. Communis contra communem,& quid iure
regio.*

1 NOtiſſima eſt in iure concluſio,quod iniuriarum
actio præſcribatur per vnius anni ſpatiū. Ita pro
bat tex.in l.ſi non conuitii, C.de iniur.l.22.tit.9.p.6.
Ex qua receptiſſima ſentētia dubitāt doctores, à quo
tēpore incipit currere annus iſte, & Guliel.de Cugn.
in l.ſi cū exceptione, 14.§.ſatis clementer,ff.de eo qđ
metus cauſa, tenet quod illud tempus currit ignoran
ti,quod dictum dicit ſingulare Greg. in d.l.22. verb.
deſde el dia,& iſtam opinionem ſequitur Salic. in d.l.
ſi non conuitii, & tenet Alex.cōem dicens, in l.eum
qui,§.in popularibus,nu.12.ff.de iureiu. Ruyn.conſ.
27.nu.6.vol.4.Marſ.in pract.crim.§.conſtante,num.
2 85.& 87.& ratio eſt, quia regulariter omnis præſcri-
ptio currit ignoranti, vt tradit late Iulius Clar.lib.7.
receptar.ſenten.§.præſcriptio, et in terminis propriæ
quæſtionis tradit idem,lib.5.§.fi.quæſt.51.nu.5.

Sed his non obſtantibus, contrariam opinionem,
(immo quod hæc annalis præſcriptio non currat
igno-

Digitized by Google

ignorantij) tenet Greg. in d.l.22. quam dicit commu-
nem Natta, conſi. 225. num. 2. prout eum allegat Iul.
Clar. ſupra, qui refert duas communes, & pro hac vl-
tima facit text. in l. annus, ff. de calumniator. c. quia di
uerſitatem, de conceſſ. præb. & hoc expreſſe probatur
3 in d.l.22. ibi. *Porque puede home aſmar que non ſe tuuo*
por deshonrado, pues tanto tiempo ſe callo que non fizo
4 *en de querella*, quæ ratio ceſſat in eo, qui ignorat ius
ſuum, & verificari poteſt in iniuria facta abſenti, &
in l. item apud Labeonem, §. conuitium, ff. de iniurijs,
per quam legem tenet Parlador. rerum quotidianarũ,
c. 17. num. 14. & 15. & quod pœna legis 2. tit. 10. lib.
8. nouæ recop. habet locum, quando illa verba iniu-
rioſa contra abſentem dicta ſunt, maxime in cœtu ho
minum, & cum vociferatione, ex quibus datur decla-
5 ratio ad l. 6. tit. 1. p. 6. vbi teſtamentarijs aſſignatur an
nus ad exequendum teſtamentum defuncti, vt illud
tempus non currat ignorantibus, licet in hoc referat
quatuor opiniones Tellus Fernandez, in l. 33. Tauri.
Ex cuius reſolutione; & ex traditis per Matienςum,
6 in l. 7. tit. 4. gloſ. 2. & 6. lib. 5. recopil. exiſtimo veram
non eſſe opinionem Gomezij, in d. l. 33. Tauri, nu. 4.
qui abſolute tenet, quod tempus illius legis ad con-
dendum teſtamentum commiſſario conceſſum, cur-
rat ignoranti, quod latius per me explicatur, in quæſt.
374. & quanto tempore accuſatio cuiuslibet delicti
duret, tradit Gomez, 3. tom. variarum, ca. 1. nu. 5. vbi
7 reſoluit, quod per triginta annos, ſiue delictum ſit pu
blicum, ſiue priuatum, per text. in l. querelam, C. ad l.
8 Cornel. de falſis, l. 3. tit. 7. vbi Gregor. notat, quod fal-
lit in crimine adulterij, nam tranſacto quinquennio
actio præſcribitur, vt in l. mariti, §. fi. ff. ad l. Iuliam de
adult. l. 4. tit. 17. p. 7. quod tempus currit à die ſcien-
tiæ, vt tradit Queſſada, in ſuis quæſtionib. c. 18. verſic.
ſecundus, quod eſt notandum.

QVÆSTIO DCLXXX.

Vtrum acta proceſſus facta per iudicem poſt recuſatio-
nem, ſint ipſo iure nulla. Communis
contra communem.

ACta proceſſus, facta per iudicem recuſatum, &
ſententiam poſt recuſationem latam non eſſe ip
ſo iure nullam, tradit Philipp. Franceus in c. cum ſpe-
ciali, nu. 47. de appellat. vbi dicit communem eſſe opi
nionem, cum Innocentio, ibi, & Ioãne de Neuizanis,
conſi. 36. num. 8. in fine.

Sed contrariam opinionem (imo quod ſententia ſit
ipſo iure nulla) tenet Rober. Lancelotus, in tract. de at
tentatis, 2. p. c. 6. tam de iure ciuili, quam canonico, &
plures doctores pro vtraque opinione (referens duas
communes) tradit Cacheranus in deciſ. Pedemonta-
na, 84. vbi ex profeſſo agitatur hæc quæſtio, & ita ſe-
cundum eum iudicauit Senatus, & hanc dicit magis
communem opinionem, & (his non citatis) duas com
munes opiniones refert Anto. Gabriel. in 2. tom. com
mun. concluſ. 5. vbi neutram ſequitur opinionem. De
qua re videndus eſt Auendãnus, de exeq. mand. 2. p.
c. 23. num. 14. & Couar. pract. c. 26. l. 22. tit. 4. p. 3. vbi
Gregor. & (pluribus citatis) dicit communem Azeue-
do, in l. 1. titu. 16. num. 8. lib. 4. recopil. & ibi Didacus
Perez, col. 955.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio loquens generaliter, generaliter eſt intelli-*
genda.
2 *Communis opinio in quæſtione principali proponitur.*
3 *c. 15. ſeſſ. 23. Concilij Tridentini declaratur.*
4 *Virtute bullæ Cruciatæ poteſt ſacerdos abſoluere ab irre*
gularitate contracta ratione peccati.
5 *Sacerdos poteſt abſoluere à peccatis venialibus, & à mi-*
nori excommunicatione abſque approbatione ordi-
narij.

QVÆSTIO DCLXXXI.

Vtrum facultas eligendi confeſſorem per bullam crucia-
tæ, intelligatur de curato, vel de ſimplici ſacerdote.
Communis contra communem, et quid ex Concilio Tri
dentino.

APud doctores eſt ingens controuerſia, an facultas
eligendi cõfeſſarium, intelligatur de parocho ha
bente curam animarum, vel de ſimplici ſacerdote. Et
pro parte affirmatiua facit gloſ. in c. omnis vtriuſque
ſexus, verb. alieno ſacerdoti, de pœnit. & remiſſ. quam
ibi ſequuntur Card. Anto. & Abb. & Archid. in c. per
lectis, 25. diſt. nu. 23. & eſt gloſ. verb. ſpeciali, in fine,
in clem. 1. de priuileg. quã ibi ſequuntur Card. q. 23.
Imo. & Boniſac. & Abb. in c. ſignificaſti, de fo. compe.
& ita fuit deciſum per capellã Toloſſanam, in q. 221.
vbi additionator Aufredus, reſoluit, quod communi
ter doctores tranſeunt cum hac opinione: cui ſenten-
tiæ accedit Gabriel, in 4. diſt. 17. quæſt. 2. concl. 5. &
dicit communem Barbar. in c. poſt ceſſionem, nu. 34.
1 de probat. Et ratio huius opinionis ea eſt, quia diſpo-
ſitio loquens generaliter, & ſine limitatione, generali
ter eſt intelligenda, l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. l.
age cum Geminiano, C. de tranſact. l. in fraudem, §. fi.
de teſtam. mili. & ſic facultas illa eligendi confeſſariũ,
de ſimplici clerico eſt intelligenda, & nõ de parocho
habente curam animarum.
2 Sed contrariam ſententiam tenet Abb. (ſibi contra
rius) in clement. 1. de præbend. Collect. in d. c. omnis
vtriuſq; ſexus. Hoſt. in ſumma, §. cui confitendum, de
pœnit. & remiſs. Palud. in 4. diſt. 17. quæſt. 4. concl. 5.
& dicit communem Adrian. in 4. de ſacramento pœni
tentiæ, fol. 69. & Caietan. 2. p. opuſcul. quæſtione vni-
ca, de miniſtro ſacramen. pœniten. Ang. in ſumma, ver
bo, confeſſio, el. 3. §. 4. Barbac. in c. poſt confeſſionem,
de proba. nu. 35. Feli. in c. 1. nu. 9. de reſcript. & iſtam
opinionem, ſeruari teſtatur Adrian. vbi ſupra, & Au-
fred. in d. deciſ. Toloſ. Nauar. in c. placuit, de pœnit. di
ſtin. 6. nu. 57. & 60. & ſequitur Medin. in ſua ſumma
de pœniten. tract. 2. de ſacerdote alieno, & tradit duas
cões opiniones Mexia ad legẽ Toleti, *de los terminos,*
6. par. 2. fundamento, num. 7. fol. mihi 63. & pro hac
opinione eſt text. in extrauag. quia quorundam, de
verbor. ſignific. Quæ quidem controuerſia hodie ex
noua lege Concilij Trident. eſt declarata, in c. 15. ſeſ
ſio. 23. ibi, *ſine approbatione epiſcopi, nullus etiam regu-*
laris, poteſt confeſſiones ſecularium & ſacerdotum audi-
re, non obſtantibus priuilegijs in contrarium conceſſis, &
cõſuetudine immemoriali, & ſic quilibet ſacerdos ab or

dinario approbatus eſt ſufficiens, quod quidem & in
Ipſa Bulla ſatis exprimitur ibi, *de los aprobados por el*
ordinario, quam opinionem ſequitur Azeuedo, in l.3.
tit.1.lib.1.recopil.nu.6.(quem vidi poſt hæc ſcripta.)
4 Et an virtute Bullæ poſſit ſacerdos abſoluere ab irre-
gularitate contracta ratione peccati. explicat Ioan. Gu
tiettez, in ſuis Canoni.quæſt.c.3.& in c.6. explicat il
5 lam difficilem quæſtionem, an ſimplex ſacerdos (etiã
hodie ſtante Concilio Tridentino) poſſit abſoluere
approbatione ordinarij, à peccatis venialibus, & à mi
nori excommunicatione, qui tenet quod ſic, cõtra Co
uarr.in c.alma mater, 1.p.§.12.num.6.& Soto, in 4.
diſt.22.quæſt.2.art.3.

SVMMARIVM.

1 *Pater non poteſt compelli ad donandum filio ob cauſam.*
2 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
3 *Bona ad cuius titulum aliquis ordinatur, dicuntur quaſi caſtrenſia.*
4 *Dignitas non computatur.*
5 *Reſolutio quæſtionis proponitur.*
6 *C.2.ſeſſ.21.Concilij Tridentini, confirmat vltimam opinionem.*
7 *Bona ad cuius titulum aliquis eſt ordinatus, non poſſunt vendi ſine licentia epiſcopi.*
8 *Bona quæ non poſſunt alienari, non computantur in legitima.*
9 *Opinio Gutierrez damnatur.*
10 *Accidens non mutat ſubſtantiam.*
11 *Donatio patrimonij, ad cuius titulum aliquis ordinatur, non poteſt excedere legitimam filij. & meliorationem tertij, & quinti.*
12 *Praxis, quæ ſeruatur, quando aliquis ordinatur ad titulum patrimonij, traditur.*
13 *Lex 3.tit.4.p.1.declaratur.*

QVÆSTIO DCLXXXII.

Vtrum donatum à patre filio ad ſacros ordines ſuſcipiendos, imputetur in legitimam filij. Communis contra communem.

PVlchrum dubiũ, & valde neceſſarium, ac in pra-
xi quotidie contingens ſe offert nobis explican-
dum, in quo ſunt duæ contrariæ communes opinio-
nes ex doctoribus regni, & quilibet pluribus rationi-
bus, & fundamẽtis ſuam defendit ſententiam. Et pro
parte affirmatiua, quod talis donatio ſit in legitimam
filij computanda, adducitur Couarr. in c. Raynaldus,
§.2.nu.7.de teſtam. quam opinionem ſequitur Auen
dan.reſp.17.nu.4.in verſ. ex quo infertur, aſſignans
1 rationem, quia hæc eſt donatio ob cauſam, ad quã fa-
ciendam pater inuitus cogi poterat, pro qua ſenten-
tia adduci poſſũt tradita per Mench. de ſucceſſ.creat.
§.30.nu.203. vbi dicit communem, & in §.22.num.
44.& Couarr.lib.1.variarum, c.4.nu.4.in fi. Angulo,
in l.1.tit. *de las mejoras*, gloſ.4.nu.5.& 17. Ayora, de
partitio.2.p.quæſt.13. Gutierrez, pract.lib.2.quæſtio.
65.num.12. qui reſoluit iſtam eſſe veriorem opinio-
nem, in iudicando & conſulendo, quam etiam tenet
obiter tamen, Anton.Gom.in l.29.Tauri, num.21.
& Salzedo, in praxi ad Bernardum Diaz, cap.18.nu-
me.16.qui defendit contra Tellum Fernandez, opi-
nionem iſtam, quam etiam tenet Ioſephus Gonça-
lez, variarum quæſtionum, c.12.num.25. & Spino,
in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ.18. nume.66. idem
Menchaca, de ſucceſſio.creat. libro tertio, §.22. nu-
mero 44.
2 Sed licet iſta opinio ſit communis, & à tot grauiſ-
ſimis viris approbata, non deſunt qui neruoſe contra
riam defendant, & appellent etiam communem, ſe-
quentes opinionem Ioannis Fabri, in §. fi.num.3. In-
ſtitutio.de inofficioſo teſtamento, quam ſequitur Caſ
ſaneus, in conſuetudinibus Burgundiæ, rubr.6. §.5.
(qui alios refert) & Menchaca, de ſucceſſionum crea-
tione, lib.3.§.30. num.216. qui dicit veram & com-
munem, quam ſequitur Matienço, in l.3.titul.8.lib.
5.recopilatio.gloſ.2.num.14. & Tellus Fernandez,
in lege 27.num.16. qui ſequitur Fabrum, in d.§.fin.
& in l.ſi emancipati, C.de collatio. tradit Ioannes I-
gneus, in leg.3.§.ſubuenitur, num.177. ff.ad Sylla-
nianum, Aym.Crauet.conſil.136. relati & ſequuti à
dicto Tello, dicente quod hæc opinio ſibi videtur
communis, & quod ſit magis communis defendit
3 Gracianus, reg.195. num.6. ex eo quod illa bona di-
4 cuntur quaſi caſtrenſia, & dignitas non computatur,
neque quod eius ratione datur, argumento text. in l.
caſtrenſe peculium, ff.de caſtrenſi peculio, l.ſacroſan-
ctę, C.de epiſcop.& clericis, l.omnimodo, §.imputari,
C.de inofficioſo teſtamento, Caſtro, qui legit. l.cum
oportet, C.de bonis quæ liberis, 4.par. numero 165.
Roias, in epitome ſucceſſion.cap.7.num.46. Didacus
Perez, in l.4.tit.12.lib.3.ordinamen.pag.1187. Aze-
uedo, in l.10.tit.6.nume.29.lib.5. nouæ recopilatio.
Dubium igitur eſt, quid tenendum in tanta doctorũ
5 controuerſia? Bonum enim eſſet, ad lites impedien-
das, & dirimendas, quod lege, aut pragmatica ſanctio
ne, iſte articulus diffiniretur, ne litigantes ad inuicem
bona conſumant, & aduocati (ſalua & tuta conſcien-
tia) vtramque opinionem defendant, modo primam,
modo ſecundam amplectendo, cum quælibet ſit pro-
babilis opinio, ſed hodie hæc vltima probabilior eſt,
6 ſtante Concilio Tridentino, ſeſſione 21.cap.2. vbi bo
7 na donata à patre filio, vt ordines ſuſcipiat, non poſ-
ſunt vendi ſiue alienari, abſque licentia epiſcopi: quia
8 dantur in titulum perpetuum. Si ergo non poſſunt a-
lienari, ſequitur, quod non computantur in legitimã.
9 Neque obſtat, quod ſupra dicit doctiſſimus Gutierr.
quod prohibitio Concilij non eſt perpetua, quia ſuffi
cit quod reſpectu initij detur prohibitio, licet reſpe-
ctu cauſæ ſuperuenientis permittatur, quia illud pro-
cedit ex accidenti, & ſic non mutat ſubſtantiam, l.na
turalem, §.apium, ff.de acquir.rer.domi. illa enim do-
natio in ſuo principio valida eſt, nec exigit, quod ad
eius validitatem ſequatur mors parentis, vt tenet Co-
11 uar. ſup. Sed aduerte, quod hęc donatio non poteſt ex
cedere legitimam filij, & tertium, & quintum, vt in l.
26.Tauri: quia alias daretur parentibus occaſio frau-
dandi filios ſua legitima, quia totum patrimonium
donarent filio clerico, pro titulo ad ſacros ordines
12 conſequendos. Vnde domini conſiliarij Archiepi-
ſcopi (prout quotidie video in hac ciuitate Toleta-
na) faciunt informationem, ſi illa donatio poteſt
à parentibus fieri ſine damno aliorum filiorum, quod
erit conſiderata legitima, & tertio, & quinto.

Et

Digitized by Google

Et cum hac declaratione eſt tenenda hæc ſecunda, quæ magis communis appellatur, vt ſupra reſolutum eſt, & pro ea videtur facere l.3. in fin. tit.4. par.3. ibi, 13 *Fueras ende ſi el padre fizieſſe cauallero a ſu fijo, o le dieſſe cauallo, e armas, o le fizieſſe aprender alguna ciencia*, quod quidem à maioritate rationis in milite cæleſti dicendum eſt, vt tradunt doctores, per gl. ibi, verb. facere poteſt, in l. miles. ff. de re iud. auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccleſ. l. nepos Proculo. ff. de verb. ſignif. & aliam rationem aſſignat Azeuedo, ind. l.10. tit.6. num.31.

QVÆSTIO DCLXXXIII.

Vtrum debitor ex cauſa ciuili, confugiens ad eccleſiam, gaudeat immunitate. Communis contra communem, & quid iure regio.

NOn leuis quidem quotidie vertitur controuerſia inter doctores, an debitor ex cauſa ciuili gaudeat eccleſiæ immunitate, vel an ab ea inuitus poſſit à iudicibus ſecularibus extrahi. Et pro parte affirmatiua facit opinio Abb. in c. inter alia, de immunit. eccleſ. num.22. vbi dicit eſſe communem opinionem, quæ comprobatur per l.2. tit.11. p.5. vbi Gregorius & Remigius, de immunit. eccleſiarum, fallent. 27. Rodericus Xuarez, in l.2. tit. *de los goniernos*, lib.2. fori, q.5. & Nauar. in man. cap.25. nu.19. & Couar. qui dicit ſic in praxi ſeruari, lib.2. variarum. cap.20. nu.14. quos ſequitur Paz, in ſua praxi. 1. tom.5. par. c.3. §.3. nu.152. Humada, in l.2. tit.11. par.1. glo.2. nu.2. vbi dicit quod lex regni, quæ diſponit quod pro debito ciuili debitor extrahatur ab eccleſia, non ſeruatur de conſuetudine, & iſtam opinionem eſſe ſequendam in iudicando & conſulendo (tanquam veriorem & communiorem) reſoluit doctiſſimus Guttierrez, practicarum lib.1. quæſt.1. num.13. vbi adducit concordiam, videlicet vt iſta communis opinio procedat in ſimplici debitore, non autẽ in eo, qui abſcondit bona; quia in mercatoribus fallitis, & in cambijs fugitiuis, procedit, quod tradit Gracian. reg.127. num.13. idemque tenet Azeuedo, in l. fin. tit.2. lib.1. recop. nu.3. etiam ſtante illa lege, & Gironda, de gabellis. 4. p. §.1. num. 29. quod quidem diſpoſitum expreſſeq; cautum eſt; per quandam regiam pragmaticam ſanctionem, contra mercatores & cambios fallitos promulgatã Madriti, anno domini 1590. in menſe Iulij.

Sed pro contraria parte, & opinione, (ſtante iure communi,) allegatur Iaſon. in l. vinum, num.4. ff. ſi cer. peta. & in l. plerique. num.26. de in ius vocando, Enerard. in Centu. legali. cap.40. Couar. lib.2. variarum. c.20. num.14. qui aſſerit ſemel vidiſſe regias literas, vt debitor ex cauſa ciuili ab eccleſia extraheretur, ex l. fi. tit.2. lib.1. recop. idem teſtificatur doctiſſimus Gutierrez, ſupra. nu.1. quod quidem iam habui de facto, & ita prout lege illa regni diſponitur, obſeruatũ fuit, vtraque enim commuis eſt opinio, prout videre eſt per Gutierrez, ſupra, & in l. nemo poteſt, de leg.1. num.184. Duennas, reg.175. Gracian. reg.58. nu.16. Olano, in concordant. iur. litera F. num.104. Didacus Perez, in l.4. tit.2. lib.1. ordin. Anton. Gomez. 2. tom. var. cap.11. num.55. qui reſoluit quod hodie debitor non gaudet immunitate eccleſiæ, idem Gomecius, in l.79. Tauri, num.5. Parlador. rerum quotidianarum lib.2. c. fi.5. p. §.6. num.2. Quod tenendum eſt, licet iudices eccleſiaſtici hoc male admittant, defendendo omni modo eccleſiæ immunitatem, ſiue ſeruetur lex regni, ſiue non, cui morbo ſuccurritur, per regias prouiſiones, quæ quotidie dantur, inſerta prædicta lege regni, ſi vero debitor ſit mercator fallitus, non debet gaudere eccleſiæ immunitate, vt tradit Duennas, reg. 389. Gutierrez, lib.1. pract. quæſt. num.4. Azeuedo, in l.13. tit.2. lib.1. recop. num.6. Olano, in concord. iur. litera M. nu.41. Menoc. de arbitr. quæſt.90. num.14. contra quos mercatores fallitos promulgata eſt ſupradicta pragmatica ſanctio (videnda omnino.) Et tradit Remig. de immunitate eccleſiarum, fallentia 27. Auẽdan. reſp.40. num.15. & in tit. *de las excepciones*, nu. 22. & nouiſſime (poſt hæc ſcripta) Gironda ſup. n.31.

QVÆSTIO DCLXXXIV.

Vtrum qui ex animi deliberatione ex interuallo aliquẽ occidit abſque proditione gaudeat immunitate eccleſiæ. Communis contra communem.

QVotidie in tribunalibus eccleſiaſticis oritur controuerſia inter aduocatos actoris, & rei, an qui ex deliberatione animi poſt repentinum iræ motum, non in rixa, ſed ex interuallo (abſque proditione tamen) aliquem occiderit, gaudere debeat immunitate eccleſiæ. Et partem negatiuam tenet Ancharan. in c.1. de homicidio, & pro hac conſuluit Alex. conſil. 145. num.5. lib.7. Guid. Pap. dec.151. Alciat. de præſump. reg.3. præſumpt.33. num.4. & hanc eſſe magis communem opinionem, & ſecundum eam fuiſſe iudicatum pluries, inquit Couar. lib.2. var. c.20. nu.7. Iul. Clarus, lib.5. recept. ſent. §. fin. q.30. quæ comprobari videtur per l. fin. tit.11. p.1.

Sed contraria ſententia longe verior eſt, teſte Couar. vbi ſupra, & ſic, quod homicida ex propoſito & deliberatione (abſque proditione tamen) debeat gaudere immunitate, tenet Abb. in c. inter, alia. nu.18. de immunit. eccleſ. & in d. cap.1. de homicid. Boſius, in praxi criminali, tit. de captura, poſt nu.21. & relati à Paz, in praxi 1. tom.5. p. c.3. §.3. num.131. cum ſeq. & poſt Iulium Clarum, vbi ſup. verſ. ſcias tamen, & explicat Gomezius, 3. tom. c.10. nu.3. verſ. quinto limita. Remigius, de immunit. eccleſ. lim.13. & Ioan. Gutier. pract. quæſt. lib.1. q.2. nu.14.

S V M M A R I V M.

1 *Deponenti valiſiam clauſam, penes ſtabularium, ſi poſtea eam diſſigillatam inueniat, an iuranti credatur.*
2 *Hoſpes inuitus recipiens hoſpites, an teneatur de valiſia aperta, ſeu fardello diſſigillato.*
3 *Stabulariorum genus furaciſſimum eſt.*
4 *Iuramento alicuius quando ſtandum eſt, arbitrio iudicis relinquitur, & quid inſpiciendum ſit vt iuſiurandum deferatur.*

QVÆSTIO DCXXXV.

Vtrum ſtetur iuramento hoſpitis contra ſtabularium, quando reperitur valiſia aperta, vel diſſigillata. Communis contra communem, & quid iure regio.

Multoties

MVltoties in praxi contingit, & euenit viatori-
bus, vt poſtquam in hoſpitio depoſuerunt va-
1 liſiam clauſam, apertam & diſſigillatam reperiant, &
eſt dubium, an his hoſpitibus, ſeu viatoribus creda-
tur cum iuramento, de rebus ſubtractis, contra ſtabu
larios, quando res fuit conſignata, & illis tradita, vel
receperunt clauem cubiculi, & poſtea reperitur aper-
tum. De quo eſt titulus, ff. vt nautæ, caupones, & ſta-
bularij recepta reſtituant, eſtque lex. 7. tit. 14. par. 7.
& ibi Gregor. verb. *por hoſtalage*, vbi poſuit quæſtio-
2 nem de hoſpite particulari, qui dum rex veniſſet in
ciuitatem, compulſus fuit hoſpites ex domo regis re-
cipere, an teneatur de rebus ſibi ablatis: & eſt optima
lex. 26. titu. 8. par. 5. vbi Gregorius, verb. *guardar las
bien*, idem Gregorius in l. 2. tit. 3. par. 5. glo. fi. Ad rem
igitur accedendo, varij varia dixerunt: nam plurimi
ſcribentes reſoluunt, quod non credatur iuramento
hoſpitis, dicentis aliqua bona eſſe ſibi furto ſublata:
quia durum & iniquum eſſet, quod teſtimonio pro-
priæ partis credatur, in facto proprio, quod ius abhor
ret, vt ſunt iura vulgaria, & tradit Bart. in l. 1. §. fi. nu.
5. ff. ſi famil. fur. feciſſe dicatur, & ibi Alex. in apoſtillis,
dixit quod quotidie ita ſeruatur, tanquam communia
& receptiſſima ſententia.

Sed hæc ſententia à multis increpatur, & Iaſ. in l.
in actionibus, num. 41. ff. de in litem iurando, dicit
contrariam opinionem communem, & Pariſ. conſil.
74. num. 11. lib. 1. Bernard. Diaz, reg. 186. Abb. con-
ſil. 109. lib. 2. Antonius Gomez, 2. tom. c. 7. nu. 2. cir-
ca med. Iul. Clar. lib. 5. receptarum ſenten. §. furtum.
nu. 27. qui dicit, quod magis cómunis eſt opinio, vt
credatur & ſtetur iuramento ipſius deponentis, ita
Rolandus, conſ. 87. num. 10. vol. 4. cum huiuſmodi
3 genus hominum ſit furaciſſimum, & ideo illorum vi
tia reprimenda ſunt, quam opinionem ſequitur Aze
ued. in l. 4. tit. 2. num. 19. (cum ſequentibus) lib. 4. re-
copil. pro qua opinione facit lex illa, ibi, *è tal jura co-
mo eſta*, vbi dicit Azeuedo, quod hoc iuramétum eſt
veritatis, & non affectionis, & ita probat lex 9. in fine,
titul. 30. pat. 7. & Auendannus, in c. prætorum, in 2.
par. cap. 8. num. 4. Quod quidem intelligendum pu-
to, quando hoſpes eſſet perſona grauis, honeſta, bonæ
opinionis, & probatæ vitæ, & è contra ſtabularius vi-
lis, & ſiniſtræ opinionis, & ſuſpicionis: quæ omnia
4 iudex arbitrabitur, inſpectis alijs adminiculis, & cir-
cumſtantijs. In cauſa vero depoſiti videndus eſt text.
in l. 1. §. ſi ciſta, ff. depoſiti, & l. 15. tit. 2. p. 3. vbi Gre-
go. verb. *maleta, o ſaco cerrado*. Et ſi caſus iſte de facto
contingat, videndus eſt Menoch. de arbitr. lib. 2. cen-
tur. 3. caſu 208. num. 26. vbi vſque ad numerum 34.
poſuit ſex notabiles limitationes, & declarationes, &
Gracian. reg. 225. qui refert Hyppol. in rubr. de pro-
bat. qui dicit hanc communem opinionem. Et vide
15. limitationes ad regulam huius principalis quæ-
ſtionis, quas tradit Salzedo ad Bernar. Diaz, reg. 186.
omnino videndus, & Maſcardus, vol. 2. probat. concl.
832. nu. 10. Pro qua ſententia conſuluit Ioannes Bot
ta, conſ. 30. num. 8. & 15. vbi refert practicam proce-
dendi contra hoſpites.

SVMMARIVM.

1 *Pars negatiua quæſtionis proponitur.*
2 *Expenditur l. cum pater §. a filia, ff. de legat. 2.*
3 *Rogatus fundum poſt mortem reſtituere, an poſſit in vi-
ta reſtituere.*
4 *Eleemoſynam certa die diſtribuendam iuſſus heres, non
poteſt ante diem diſtribuere.*
5 *Forma non poteſt mutari, nec tempus vbi ponitur pro
forma.*
6 *Miſſa debet celebrari in loco, ſeu capella deſignata à te-
ſtatore.*
7 *Voluntas teſtatoris ſeruanda eſt.*

QVÆSTIO DCLXXXIV.

*Vtrum bona, quæ certo tempore heres grauatus eſt dare
pauperibus, vel diuidere ad dotandas virgines paupe
res, poſſit ante illud tempus dare, vel diſtribuere. Com
munis contra communem.*

CAſus huius dubiæ quæſtionis poteſt quotidie
in praxi verſari, & contingere, quia in pluribus
teſtamentis grauantur heredes certa bona heredita-
ria, reditus, vel prouentus, inter pauperes certo die
deſignato, in quolibet anno diuidere. Et partem ne-
1 gatiuam, quod talem eleemoſynam non poſſit heres
ante tempus aſſignatum pauperibus dare, ex multo-
rum iurium auctoritate comprobatur, & primo ex l.
2 cum pater. §. à filia. ff. de leg. 2. vbi filia grauata prædia
reſtituere, cui vellet, ex ſuis libertis, cú moreretur, non
poteſt in vita facere prædictam reſtitutionem, quia
fideicommiſſarius, vel heres, debet expectare ad elee-
moſynam faciendam, ſeu reſtitutionem, tempus mor
tis, alias enim iniuria fieret pauperibus eo tempore
viuentibus, & poteſt contingere, quod ille qui hodie
eſt nominatus, & electus, non viuat tépore, quo dies
legati cedit. Et ita in proprijs terminis per illum tex.
ſequuntur iſtam ſententiam Bart. Pau. Imol. & com-
muniter ſcribentes in d. l. cum pater. §. à filia, vbi Peral-
ta, num. 3. Angel. & Iaſ. num. 7. in l. poſt mortem. C.
de fideicom. & in l. filiusfam. §. diui, de leg. 1. & doct.
in l. ſed ſi alio. §. ſi quis ſub conditione, ff. ad Senatuſ-
conſ. Trebel. & eadem iſta appellatur communis opi-
nio, prout atteſtatur Iaſ. in d. l. poſt mortem, nu. 7. vbi
Padilla, num. 9. Gracian. reg. 286. Decius, in reg. cum
tempus, nu. 2. de reg. iur. Couar. in cap. tua nos, de te-
ſtam. nu. 5. Padilla, in leg. vnum ex familia, in princ.
nu. 12. ff. de leg. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. q. 83. nu.
3. Burgos & Paz, conſ. 20. num. 17.

Sed contrariam opinionem & ſententiam, quod
poſſit heres, vel executor teſtamentarius, eleemoſyná
deſignatam pauperibus in certo tempore, ante illud
tempus diuidere, & diſtribuere inter pauperes, tenet
Bal. in d. l. poſt mortem, num. 10. vbi dixit Paul. quod
primo anno, quo venit Paduam ad legendum, vidit
maximam quæſtionem ſuper hoc, quia cum quædam
domina fuiſſet inſtituta heres, & grauata poſt morté
ſuam bona hereditaria inter pauperes diuidere, & di
ſtribuere, hanc diſtributionem fecit in vita, vocando
ſuos coniunctos, quod optimo iure (meo iudicio) fie-
ri potuit, ſecundum Bald. & Paul. ibi, & Imol. in d. §.
Diuus, in quæſt. fin, quos ſequitur Anton. Gomez, in
l. 7. Tauri, num. 7. qui reſoluit, quod iſta eſt vera & có
munis opinio, & tenenda in iudicando & conſulen-
do, licet Ang. in d. l. poſt mortem dicat, quod prima

opinio

opinio ſemper fuit in praxi obtenta, tamen huic vlti-
mæ opinioni accedit Couar. in d.c. tua nos, nu.5. de
teſtamentis, qui aſſignat rationem traditam per De-
cium, in d.reg.cum tempus, ff.de reg.iur.quod teſta-
tor legando pauperibus, potius reſpexit ad ſalutem
animæ, quam ad temporis executionem, quod magis
intelligitur poſitum fauore hæredis, & ne cum maxi-
mo diſpẽdio bona hæreditaria venderet, cum aliqua
Incommoditate, quam quod teſtator præſentes, vel fu
turos pauperes prædiligeret. Ita Abb. conſ.11.vol.2.
Anchar.conſ 202 Cagnol.in d.l.cum tempus, nu.6.
de reg.iur.quos nouiſſime ſequitur Spino, de teſtam.
in titu.de executor.teſtam.gloſ.28.num.71.qui affi-
gnat intellectum ad d.§.à filia, quod ibi, fideicommiſ
ſum erat relictum incertis perſonis, de certis non au-
tem generice, & indefinite, prout in caſu propoſito,
quod antea tenuerunt DD.in d.leg.poſt mortem, vbi
expreſſe Iaſ.illum tex. intellexit, nume.7. & pro iſta
vltima ſententia (quæ etiam communis contra com-
munem appellatur ab Spino, vbi ſupra) facit tex.in d.
l.poſt mortem, & l.mulier, ff.ad Senatuſconſ. Treb.
& l.vxorem.§.Scæuola. ff.de leg.3. vbi rogatus reſti-
3 tuere poſt mortem: poteſt in vita facere reſtitutionẽ.
Sed in hac varietate doctorum dicam quid de iſto du
bio ſentiam, videlicet, quod ſi teſtator iuſſit diſtribue
re bona inter pauperes, pro prima vice poſt mortem
heredis, vel ad certum tempus, poterit heres ante tem
poris executionem bona diſtribuere, cũ ille ſolus pri-
uetur emolumento interuſurij medij temporis, ſine
contrauentione voluntatis teſtatoris. Quam opinio-
nem tenet Meneſ. in d.l.vnum ex familia, num.12.
(alijs citatis) & in d.l.poſt mortem.nu.12.& Greg.in
l.6.tit.10.p.6.gl.2.& (poſt hæc ſcripta) idem tenet Gu
tierrez, practicarum.q.79.à nu.3.& 11. At vero, ſi in
perpetuum teſtator iuſſerit, quod in die Natiuitatis
4 Domini, vel ſancti Ioannis Baptiſtæ, talis eleemoſina
diſtribuatur (prout quotidie fit) in hoc caſu, propter
deuotionem defuncti nõ poterit heres, vel patronus
talis memoriæ, ante aduentum illius temporis à teſta
tore deſignati eleemoſynam præbere pauperibus, vel
dotes aſſignare virginibus. Et ita obſeruatur à domi-
nis canonicis huius ſanctæ eccleſiæ Toletanæ, qui tan
quam patroni, & executores plurimorum teſtamen-
torum, ſequendo voluntates defunctorum, non mu-
tant diem, neque illud præueniunt in talibus elee-
moſynis faciendis, & dotibus præſtãdis virginibus,
arg.tex.in d.l.6.tit.10.par.6.ibi, *en aquella manera, e
faſta aquel tiempo que el finado mando en ſu teſtamẽto*,
& ibi ſentit Greg. gloſ. 2. quia ex hoc magis conſer-
uatur memoria defuncti, & in hoc caſu illud tempus
certæ diei, cenſetur appoſitum pro forma, vt in gloſſ.
In authen. quæ ſupplicatio, C.de precib. imperat. offe.
5 & forma non poteſt mutari.l.qui heredi.l.Mæuius.ff.
de cond.& demonſt. Ex qua reſolutione colligitur,
quod ſi teſtator diſponat in ſuo vltimo elogio, quod
6 In tali altari vel capella celebretur miſſa, non poteſt ſa
cerdos locum deſignatum mutare. Ita Nauarrus, in
manu.latino.c.25.nu.134.& Sebaſtian.de Medicis,
in ſua ſumma, tit.de acquir.& conſeruand.rerum do
minio.3.p.gl.2.nu.75.& Spino, in ſpec.teſtam.gloſſ.
3.nu.55.Gutierrez, conſ.1.nu.21.licet cõtrarium vi-
deatur ſentire Lapus, allegat.35. nu.2. & Duenas,
reg.134.validum enim eſt in iure noſtro argumentũ,
de loco ad perſonam, & de tempore ad locum, vt tra-
dit Euerard. in locis legalib. loco 90.& 91. quod qui
7 dem operatur voluntas teſtatoris, quæ eſt ſeruanda
l.1.C.de ſacroſ.eccleſ.auth.de nup. §.diſponat.colla.
4.l.in conditionibus primum locum.ff.de condit. &
demonſtra. (cum vulgat.) & in quæſtione principali
plura fundamenta pro parte affirmatiua tradit Ma-
tienzo, in l.4.tit.4.gl.1.à nu.37.vſq; 45.lib.5.recop.

SVMMARIVM.

1 *Pars negatiua quæſtionis proponitur.*
2 *Fur manifeſtus, non tenetur in conſcientia ad pęnam quadrupli.*
3 *L.7.tit.14.p.7.& l.16.& 18.eiuſd.tit.declaratur, & reſoluitur, quod pęnæ conuentionales compromiſſorũ non exequuntur.*
4 *Hæreticus non peccat non deferendo bona fiſco ante condemnationem.*
5 *Pęna legalis debetur in foro conſcientiæ, & contraria & affirmatiua pars quæſtionis traditur.*
6 *Pęna conuentionalis vtroque iure debetur, licet ſecus ſit de conſuetudine.*
7 *Sententia lata in pænalibus, reus tenetur in foro conſcientiæ.*

QVÆSTIO DCLXXXVII.

Vtrum pęna legalis in foro conſcientiæ exigi, vel ſolui debeat. Communis contra communem.

DVbia & anceps apud noſtros vertitur cõtrouer-
ſia vtrum aliquis poſſit exigere in foro conſcien
tiæ pęnam legalem, in quam aduerſarius incurrit pro
pter aliquod factum, vel non factum. Et partem nega
1 tiuam, quod exigi, & ſolui non debeat de iure canoni
co, tenuerunt gl.in c.fraternitatis, verb.cum augmen
to.12.q.2. circa cuius interpretationem plures docto
res refert Zenedo. in colle. ad decretum, collectaneo
2.nu.3.& vltra ab eo citatos, idem tenent Hoſtiẽſis,
in cap.dilecti, de arbitris, & ibi Antonius de Butrio
(iſtam concluſionem extendens ad pœnam conuen-
tionalem) idem Hoſtienſis in ſumma, tit. de arbitris.
§.qualiter conſtituatur, verſic. ſed neque religioſus,
Imol. in d.c.cum dilecti, nu.10. Anchar.conſ.47.Bal.
in c.ſicut, de iureiur. Barbacia, in cap.Raynaldus, de
teſtam. Matth.ſing.47.qui dicit, quod neutro iure te-
netur quis ad pœnam. Et iſtam opinionem dixit com
munem Gomez, in §.ſic itaque, de act.num.16.Iaſ.in
§.ſed iſte quidem, nu.111. eod.tit. vbi reſoluit quod
2 in foro conſcientiæ non ſunt debitæ pœnæ legales tri
pli, & quadrupli, & ſic fuit, ſed quantumcunque ma-
nifeſtus, non tenetur in conſcientia in pluſquam ad
reſtitutionem rei ablatæ, & ita eſt limitanda l.7.titu.
3 14.parte.7.ibi, *pecha, do blada*, & l.16.ibi, *la eſtima-
cion doblata*. & l.18.eod.tit. & p.quæ iura procedunt
iure ciuili inſpecto, non autem in foro conſcientię. &
ſimiliter ex his declaratur lex 11.tit.16.lib.5.& l.3.
tit.26.lib.8.recop.quæ loquuntur de pœnis conuen-
tionalibus, quæ quotidie apponuntur in compromiſ
ſis, quia de conſuetudine curiarum nunquam exigun
tur, vt docet Auendannus in ſuo repertorio, verb. *pe-
na conuencional*, & Gutierrez, de iuram.confir.1.par.
cap.36.

Digitized by Google

cap. 36. num. 10. Azeuedo, in l. 4. tit. 21. nu. 37. lib. 4. recopil. & noſtram principalem concluſionem tenet & defendit late Felinus, in cap. 1. de conſt. num. 52. vbi limitat quinque modis, & dicit communem Decius, ibi in 1. lectura, num. 20. & 2. lectu. à num. 19. Alex. conſi. 51. nu. 7. lib. 4. Antonius Gomez, in l. 1. Tauri, num. 5. Socinus, conſ. 174. nu. 2. lib. 1. Hyppolyt. in l. patre, vel marito, nu. 8. ff. de quęſt. Guid. Pap. ſing. 260. Bened. in cap. Raynutius, verb. ſi abſque liberis, el 1. a nu. 31. Bernar. Diaz, reg. 544. Gutierrez, lib. 1. canonicarum quæſt. c. 1. nu. 23. & in practicis, lib. 2. q. 180. num. 2. Gracian. reg. 294.

4 Ex qua deciſione infertur, quod hæreticus non peccat non deferẽdo bona fiſco ante iudicis condemnationem, licet à die hæreſis omnia bona ſint confiſcata, vt in cap. ſecundum leges, de hæret. ita Soto, libro 1. de iuſtitia & iure, q. 6. art. 6. Simanc. de catho. inſtit. c. 9. a nu. 157. & 28. Matienço, in l. 10. titul. 9. gl. 3. nu. 2. lib. 5. recop. Couarrus, de ſponſalib. 2. par. c. 6. §. 8. nu. 10. Caſtro, de l. pœnali, lib. 2. c. 5. & dicit communem Syluester, verb. aſſaſſinus, q. 5. Angelus de Clauaſio, verb. pœna. §. 3. ſumma de Roſella, verb. abſolutio. 1. §. 19. & verb. reſtitutio. §. 5. quã opinionẽ (contra alios) dicit veram & receptam Padilla, in l. ſi quis maior, num. 58. C. de tranſact. Azeuedo, in l. 1. tit. 17. nu. 11. lib. 8. recop. & dicit communem opinionem theologorum, & iuriſperitorum, Xuarez. 2.

5 p. cen. c. §. nu. 14. Reueniendo tamen ad partem affirmatiuam, & ſic quod pęna legalis in foro conſcientiæ exigi & ſolui deneat, non deſunt qui eam communẽ appellant, vt videre eſt apud Cornem, conſ. 69. nu. 39. vol. 2. & in conſ. 2. Bal. in auth. ad hæc. C. de viur. Abb. in c. ſuam, de pęnis, & in c. 1. nu. 1. de conſtitutionibus, vbi Felin, & Dec. nu. 2. Nauar. in man. c. 23. nu. 66. Anton. Gom. lib. 3. variarum. c. 2. contra quos tenet Padilla, ſupra, & dicit illorum opinionem eſſe communiter exploſam (etiam ſi prima optio communior ſit) vt reſoluit Anton. Gabr. lib. 7. commun. opin. concluſ. 34. nu. 8. & ſic ab ea non eſt recedendum. intelligendo & declarando, ſecundum diſtinctiones per eum ibi traditas, non tamen ſimpliciter, quia regulariter loquendo, pęna legalis non debetur in animæ iudicio, ante iudicis ſententiam, vt tradit Anchar. in regula poſſeſſor. col. 13. de reg. iur. Corn. conſ. 119. lib. 2. ſanctus Thom. & Caietan. 2. 2. q. 62. art. 2. & Simancas, vbi ſup. nu. 31. Anton. Gom. 3. to. variarum, c. 2. nu. 5. Segura, in l. filius dum in ciuitate, nu. 15. ff. de verb. obligat. Couar. in 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. nu. 10. Nauar. in c. ſacerdos, de pęnit. diſt. 6. nu. 148. Didac. Perez, in l. 1. tit. 9. lib. 2. ordinameori, Medina, de reſtit. in rub. de rerum diuiſio. q. 1. & eſt gl. notab. & communiter recepta, in d. c. fraternitatis. 12. q. 2. & nouiſſime hanc opinionem exornat obſeruantiſſimus dou Ioan Vela, in tractatu, de pęna deli-

6 ctorum. c. 32. verſ. contra eos (etiam ſi pęna imponatur ipſo iure.) Si vero pęna non fuerit legalis, ſed conuentionalis, recte vtroque iure peti poteſt, ita Cornens, conſ. 69 nu. fi. vol. 2. Innoc. in c. ſacto. de ſent. excom. quem ſequitur Rebuff. dicens communem, in l. vnica, C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. num. 32. Ang. conſ. 44. Decius conſ. 298. Purpurat. in l. rogaſti. §. ſi tibi, nu. 87. ff. ad Trebel. quod late exornat Menoch. de arb. lib. 2. cent. 3. caſu 260. nu. 38. Sed hoc eſt ſublimitandum de conſuetudine & ſtylo curiarũ, & ſic nunquam vidimus, quod fiat condemnatio pœnæ conuentionalis, niſi in eo quod intereſt, vt tradit Auendan. in ſuo dictionar. verb. *pena conuencional*, & Matth de Afflict. deciſ. 135. quod pluries habuit de facto Gutierrez, de iuram. confir. 1. p. cap. 36. nu. 10. & ita conſuluit in caſibus ſibi contingẽtibus, & poſt hæc ſcripta idem reſoluit, in lib. 2. canonic. qq. c. 20. nu. 5. vbi per totum late explicat hanc materiam, circa exactionem pœnę conuentionalis: limitat tamen ſi in promiſſione pęnæ interueniat iuramentum, ex l. ſi quis maior. C. de tranſact. ita Anchar. conſ. 146. Couar. in 4. decretal. 2. p. c. 6. §. nu. 11. vbi limitat in foro

7 conſcientiæ, niſi à parte petatur. Lata vero ſententia, etiam in pœnalibus, tenetur reus in foro conſcientiæ, ſecundum D. Thom. 2. 2. q. 62. artic. 2. quem & alios plurimos ſcribentes (more ſolito) refert & ſequitur Tiraquel. in l. ſi vnquam. C. de reuocand. dona. verb. reuertatur, num. 291. & alios refero in quæſt. 113. vbi ponitur caſus fallentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Diſtinctio Ioan. Garciæ in hac quæſtione exploditur.*
2 *Increpatur Gutierrez ab Azeuedo.*
3 *Doctores partis negatiuæ referuntur.*
4 *Iuramentum non confirmat contractum in caſu quæſtionis, quando nobilitas renunciatur.*
5 *Priuilegium nobilium dirigitur in fauorem totius nobilitatis.*
6 *Reprobantur doctores tenentes, valere iuramentum in tali renunciatione nobilitatis.*
7 *Iuramentum non confirmat contractum, in præiudicium alicuius.*
8 *Contractus mulieris, etiam cum iuramento non valet ſine licentia viri.*
9 *Fidalgus proprie non dicitur nobilis.*
10 *L. 3. tit. 21. par. 2. declaratur.*
11 *Diſpenſatio Pontificis cum cauſa nobilium verificatur in fidalgo.*
12 *Nobilis quis dicatur in republica.*
13 *Conditio nubendi cum nobili, verificatur in filia dalgo.*

QVÆSTIO DCLXXXIX.

Vtrum nobilis poſſit priuilegio ſuæ nobilitatis renuntiare, ut pro debito ciuili ſicut plebeius poſſit in carcerem detrudi, & quid ſi iurauit. Communis contra communem.

MAgna, & difficilis apud noſtros vertitur controuerſia (quæ profecto lege regni dirimi deberet) an nobilis, qui large ſumpto vocabulo, fidalgus dicitur, renunciare poſſit priuilegio ſuæ nobilitatis, quod habet, vt pro debito ciuili non capiatur: & an ſit tanti effectus illa renunciatio, vt ſicut plebeius poſſit pro debito ciuili in carcere detineri. Et partem affirmatiuam tenet doctiſſimus Gregorius Lopez, in l. 34. tit. ſi. p. 6. verb. *de ſangre*, & Caſtillo, in l. 79. Tau. in princ. & Couar. in c. quamuis pactum, de pactis, in 6. 2. par. num. 5. qui refert, quod ita fuit iudicatum in Granatẽſi prætorio (licet dubius & anceps remaneat) quem ſequitur Menchaca, de ſucceſſionum creatione,

Digitized by Google

ne,§.30.nu.295.&§.29.nu.17. & in hac ſententia
ita obtinuiſſe dicit Horozius,in l.ius agnationis, nu.
12.ff.de pactis. & Didacus Perez, in l.1.tit.2.lib.4.
ordin.col.1365.& hanc appellat communem, & ex
profeſſo pluribus fundamentis eam ſequitur Baeça.
de inope debitore,c.16.nu.37.& num.103. qui limi
tat iſtam ſententiam in homine, nobiliſſimo, Duce,
Comite, vel Marchione, & pro hac ſententia iudica-
tum fuiſſe in Pinciano Senatu, dicit Otalora,de no-
bilitate.2.p.§.9.nu.8. qui rem diffinitam relinquit,
& tenet Pelaez, de maioratu, 1.p.q.38.nu.2. idemq;
tenet Parlad.lib.2.rerum quotid.c.fi.5.p.§.6.nu.12.
& Ioan.Garcia(meritiſſimus fiſci patronus) in tract.
de nobilitat.gl.6.nu.18.& 19.in princ.vbi (vltra om
nes)conſtituit in hac quæſtione quandam diſtinctio-
nem,ſcilicet quod nobilitas naturalis,ex eo quod eſt
1 qualitas generis,& ſanguinis à maioribus deſcendēs,
ſit irrenunciabilis,at vero effectus nobilitatis,& præ-
rogatiua à iure nobilibus conceſſa,ſecus. Quæ diſtin
ctio non placet, quia in hac quæſtione ſolum tracta-
tur per doctores de effectu, & priuilegio nobilitatis,
an renunciari poſſit, vt in carcere pro debito ciuili
detrudatur,non vero de ipſa nobilitate, quatenus eſt
ius ſanguinis:quia de hoc nulla eſt controuerſia,neq;
dubitatio inter doctores,& ſic merito aduerſus Ioan.
Garcia,tenet nouiſſime Azeue.in l.4.&5.tit.2.li.6.re
cop.nu.14.col.2.in verſ. cōtrariam ſñīam, vbi etiā
increpat diſtinctionem doctiſſimi Gutierrez, de qua
2 in tractatu,de iuramento confirmat. 1.p.c.16.nu.78.
quatenus conſtituit differētiam inter nobilem ex cla
ro ſanguine,& progenie,& nobilem ex priuilegio, vt
primo caſu non valeat renunciatio,ſecundo vero ſic,
& plurima fundamenta pro cōfirmatione huius prin
cipalis quæſtionis,traduntur à doctoribus ſupra,præ
cipue à Gutierrez, qui pro vtraq; parte adduxit octo
fundamenta,ex quibus hæc quæſtio dubia ſatis,& dif
ficilis redditur.

3 Sed pro contraria parte non deſunt auctores ma-
gnæ auctoritatis & doctrinę,qui indiſtincte reſoluūt,
quod nobilis(etiamſi renunciauerit priuilegio nobili
tatis, vt poſſit pro debito ciuili incarcerari)non obſtā
te renunciatione,poſſit allegare ſuam nobilitatem,&
ſi ſummarie de ea conſtiterit, iudex teneatur, eum à
carceribus relaxare, quam ſententiam tenet Ciſuen-
tes,in l.79.Tauri,verſ.quarto quæro, & ibi Ant.Go-
mez nu.3.idem Gomezius, variar.reſol.2.tom.c.11.
num.54.qui aſſerit hanc eſſe magis communem opi-
nionem.Eandem tenet Otalora,de nobilitate, 2.par.
princ.c.6.nu.3.& dicit etiam communem(vſu & ap-
plauſu receptam) Meneha. de ſucceſſ. creat.§.22.nu.
77.& Didacus Perez, in d.l.1. tit.2.lib.8. ordinam.
colum.1365.cum ſequentib. Auiles, in cc.prætor.in
procemio,gl.1.num.27.& Montaluo,in ſuo reperto-
rio,verb. *hidalgo*, Auendan.in ſuo dictionario, verb.
cauallero,quos ſequitur doctiſſimus Gutierrez,1.par.
de iur.conf.c.16.nu.61.& 62. amplians ibi hanc ſen
4 tentiam, vt etiam procedat in renunciatione iurata,
quia non obſtante iuramento, gaudebit nobilis ſuo
priuilegio,& non poterit pro debito ciuili incarcera-
ri,ſecundum Gomez. in d.l.79.Tauri, num.3.quem
ſequitur Didacus Perez, vbi ſupra,& Burgos de Paz,
conſ.10.num.7.Couar. lib.2.var.c.1.num.7.argum.
tex.in l.alia.§.eleganter.ff.ſoluto matrim. c.ſi diligen
ti,de foro compet. & hanc ſententiam principalem,
tanquam veriorem,ſequitur Gutier.ſupra,quæ eſt te-
nenda in iudicando,& conſulendo, & pro ea conſu-
luit Burgos,de Paz,d.conſ.10.num.17. contra Gre-
gor.& Couar.hanc etiam ſequitur Auendannus, vbi
ſupra,verſ.ſit ergo concluſio,& nouiſſime iſtam opi-
nionem ſequitur Azeuedo, in l.4.& 5.tit.2.lib.6.re-
cop.nu.14.col.2.qui vtramque opinionem dicit com
munem,licet contrarium tenet Parlad.vbi ſupra,imo
quod cum iuramento valeat talis renunciatio. In hac
vero doctorum contrarietate, hanc vltimam opinio-
nem,tāquam veriorem,& æquiorem,ſemper ſum am
5 plexus, quia priuilegium quod cōceditur nobilibus,
dirigitur in fauorem totius nobilitatis, cui fieret ma-
ximum opprobrium,& ſumma iniuria, ex renuncia-
tione & incarceratione vnius nobilis, & ſic merito te
nendum eſt, quod quemadmodum clericus non po-
teſt(etiam cum iuramento) renunciare priuilegio fo-
ri, vt in d.c.ſi diligenti,ita & eodē modo,& à parita-
te rationis,nec nobilis ſuo priuilegio. Eſt & alia no-
ua ratio,quia per legem non poteſt conſtitui (iuridice
& rationabiliter loquēdo)vt nobilis incarceretur pro
debito ciuili,quia lex debet eſſe iuſta & rationabilis,
tex.in c.erit autem.4.diſt. ergo ſi per legem non poſ-
ſet fieri,ſequitur quod neque per pactum, tex. in l.fi.
C.de fideiuſſor.l.non impoſſibile,ff.de pact.& ibi do
ctores,& tradit Iaſon,in §.quædam, nu.35. Inſtit.de
actio.quod procedit,etiam ſi iurauerit,ſecundum Go
6 mez,ſupra,quidquid dixerit Meneha.de ſucceſ.crea.
1.p.lib.3.§.28.limitat.32. nu.19. & Baeça, de inope
debit.c.16.nu.91. qui reſoluunt, quod valida ſit re-
nunciatio adhibito iuramento,cujus contrarium mi-
hi videtur, nam ſi ex eo non valet talis renunciatio,
quia fieret iniuria toti ordini & collegio nobilium,
reſpectu enim huius præiudicij, quid intereſt quod
nobilis ſimpliciter, vel cum iuramento faciat renun-
7 ciationem, cum ſit notiſſimum, quod iuramentum
non confirmat contractum, neque renunciationem,
in præiudicium & iniuriam alterius, vt in iure eſt di-
ſpoſitum de muliere, quæ iurauit contractum à ſe fa-
ctum(ſine licentia mariti,requiſita per l.55.Tau.) nā
8 non obſtante iuramento propter iniuriam & dānū
quod pateretur maritus ex tali contractu,non ſuſtine
bitur contractus,ita Palat.Rub.in d.l.55.num.18.&
ibi Gomez Arias,nu.84. & tradit ipſe Meneh.de ſuc
ceſſ.creat.§.30.nu.56.& Couar. in 4.2.p.c.7.§.1.nu.
3.Auend.in dictio.verb.*otorgamiento*, & Azeue.in l.
2.tit.3.nu.87.lib.5.recop.& in d.l.4.& 5.tit.2.lib 6.
nu.18.& 19.vbi expreſſe reſoluit, quod etſi nobilis
iuret renunciationis ſcripturam,non ex eo poterit in-
carcerari,etiam ſi veniat contra renunciationem iura
tam,ſecus tamen erit ſi non opponat, nec alleget no-
bilitatem,ſecundum eum. Nunc autem obiter aliud
dubium ſe offert,an illud, quod reſoluimus de nobi-
libus,habeat locum in eis, qui Hiſpano ſermone vo-
9 cantur,*hijosdalgo*,Quia aliud eſt nobilis,& aliud fi-
10 dalgus.Ita probat l.3.aurea,& memoriæ ſemper cō-
mendanda,tit.21.par.2. ibi, *pero la mayor parte de la
fidalguia ganan los homes por honra de los padres. E
maguer la madre ſea villana, y el padre fijodalgo fijodal
go es el fijo que de los naciere, e por fijodalgo ſe pueda
contar,mas non por noble.* Ecce igitur,quod nobilis d
citur ex vtroque parente,fidalgus vero qui deſcendi

ax

ex patte fidalgo,& ita aduertit Greg.ibi,& Peregr. litera M.verſi.3. quarto, folio mihi 310. & illius legis deciſionem in multum extollit Olano, in concordan. iur.litera B. nu. 10. & ſic, ſi ex dicta lege fidalgus non dicitur nobilis, videtur quid dicta doctorum, quæ loquuntur in nobilibus non procedant in fidalgis.

Sed contrarium eſt verius, quia reſpectu priuilegiorum, ita nobilis eſt fidalgus ex patte,& matre plebeia, ſicut duces,& Comites Hiſpaniæ, qui appellantur nobiliſſimi, & pariformiter omnes gaudent hoc priuilegio, vt pro debito ciuili non capiantur in carcerem, quod non contradicitur in illa lege in qua ſo-
11 lum declaratur proprietas ſtricta verbi, *nobilis*. Et ſic
in diſpenſationibus, quæ conceduntur à Ro. Pontifice, ad matrimonia contrahenda inter conſanguineos, appoſita cauſa nobilitatis, ſatis videtur verificata cauſa, probata fidalguia ex patre, ſi mater fuerit plebeia, & ita vidi ſæpe practicari. Et ratio eſt, quia nobilis di-
12 citur à noſcendo, id eſt, quia notus eſt in republica,
& pro nobili habetur, æſtimatur,& tractatur. Ita Tiraquellus, de nobilitate, cap.2. in princ. & num. 74. Caſſaneus, in Catalogo, gloriæ mundi, 3. conſideratione, 8. partis. Humada, in prologo glo. 16. nu. 2. Otalora, de nobilitate, 1. pat. c. 5. nu. 5. Ioan. Garcia, in eodem tractatu, glo. 48. §. 3. num. 2. vbi dicit, quod nobilis eſt qui pecunijs abundat,& diuitijs, tex. in l. nobiliores. C. de cõmercijs mercatorum,& nobilitas qualiter probetur, vide Maſcard. vol. 2. cõcluſione 1094.
13 & ſic conditio nubendi cum nobili verificatur cum
filia dalgo, ſecundum communem conſuetudinẽ. Ita in terminis dictæ legis 3. declarar Mieres, de maioratu, 1. par. quæſt. 51. num. 3. in fine, quod eſt ſumme notandum.

QVÆSTIO DCLXXXIX.

Vtrum clerici vel religioſi committẽtes delictum,& confugientes ad eccleſiam, gaudeant eius immunitate. Communis contra communem.

ALtercata eſt quæſtio inter ſcribentes,& non leuẽ habet difficultatem, an clericus committens delictum gaudeat immunitate eccleſiæ, in caſibus, in quibus laicus, vel quilibet alius gauderet. Et partem affirmatiuam, quod clericus, & religioſus debeat gaudere immunitate eccleſiæ, tenet Card. in c. inter alia, nu. 6. de immunitate eccleſiarum, & in clem. 1. q. 7. nu. 9. de pœnit. & remiſſ. & pro hac ſententia conſuluit Rom. conſ. 234 & 227. quam opinionem etiam tenet Mainer. in l. nemo, ff. de reg. iu. & dicit communem Bernar. Diaz, in pract. crim. c. 132. & Remig. in tract. de immun. eccleſ. fallentia 21. & Couar. lib. 2. variarum, c. 20. nu. 16. qui dicit hanc opinionem magis communem, idem tenet Villalobos, in Antinom. iuris, litera I. num. 2. & Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 30. Menchaca, de ſucceſſ. creat. §. 22. nu. 54. idem nouiſſime tenet Anaſt. Germon. de ſacrorum immunitatib. lib. 3. c. 16. à nu. 92. & Azeued. in l. 3. tit. 2. lib. 1. recop. num. 17. qui omnes iſtam amplectuntur ſententiam, non alia ratione, niſi quia iura canonica indiſtincte,& generice loquuntur,& ſic non eſt facienda diſtinctio, præcipue cum ſit maior ratio in clerico, quam in ſeculari.

Sed his non obſtantibus, contraria opinio eſt magis recepta communiter, ab omnibus iudicibus eccleſiaſticis, vt in quocunque delicto, ſi clerici fugiant ad eccleſiam, ab ea extrahantur, ex doctrina Abb. in d. c. inter alia, num. 15. qui adducit aliqua fundamenta. Idem tenet Faber, in l. 1. C. de his qui ad eccleſiã confugiunt.& Remigius, in d. fallentia 21. num. 1. tenet etiam Faber, in §. 1. num. 3. Inſt. de his qui ſunt ſui, & Boer. deciſ. 109. nu. 3. qui alios refert, & ſequitur hanc communem, Ang. de Clauaſ. in ſua ſumma, verbo, immunitas, in verſ. 14. Syluester, verb. immunitas, el 3. num. 2. & iſtam opinionem (alios referens) ſequitur Mẽchaca, de ſucceſſionum creatione. §. 22. num. 54. Humada, in l. 4. tit. 11. p. 1. gl. 8. nu. 2. Nauar. in man. latino, c. 15. nu. 22. Azeued. in d. l. 3. titu. 2. lib. 1. recop. nu. 17. & ita de conſuetudine obſeruari tenet Bern. Diaz,& Couar. vbi ſupra, quos refert & ſequitur Iul. Clar. loco ſupra citato,& Nauar. vbi proxime,& nouiſſime idem tenet Ioan. Gutierrez, pract. quæſt. in 2. par. lib. 3. queſt. 3. num. 3. qui dicit, quod hæc eſt cõmunis praxis, & conſuetudo,& quod nunquam vidit contrarium. De quo etiam poſſum teſtificari, quod dum eſſem in ciuitate Abulenſi, cum caſus iſte contingeret, clericus fuit ab eccleſia extractus, & nulla fuit facta contradictio,& in hac ciuitate Toletana ita vſus & conſuetudo obſeruat. Sed prima opinio ſemper in pũcto iuris magis vera mihi viſa fuit, licet ab hac poſteriori (propter auctoritatem conſuetudinis) durum, & forsaſſis ridiculum eſſet recedere, ſaltim in his locis vbi hæc practica viget.

SVMMARIVM.

1 *Lex 5. tit. 8. lib. 3. ord. & l. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. recop. declaratur.*
2 *Lex 5. tit. 21. lib. 4. recop. declaratur.*
3 *Inſtrumenta publica de iure communi non habent paratam executionem.*
4 *Leges regni ſunt correctoriæ iuris communis.*
5 *Contraria opinio, in quæſtione principali adducitur.*
6 *Dicta l. 5. titu. 21. lib. 4. recop. extorquetur pro hac opinione.*
7 *Concordia opinionum traditur.*
8 *Clauſula guarentigia virtualiter cenſetur appoſita, licet omittatur, (ſecundum aliquos.)*
9 *Debitor poteſt compelli facere creditori inſtrumentum guarentigium; licet de clauſula guarentigia nihil actum ſit.*
10 *Clauſula conſtituti, quando cenſeatur appoſita.*
11 *Clauſula hypotheca bonorum, quando cenſeatur appoſita remiſſine.*

QVÆSTIO DCXC.

Vtrum contractus publicus ſine clauſula guarentigia, habeat de iure regio paratam executionem. Communis contra communem.

PRacticabilis, & neceſſaria ſe offert diſputatio, an contractus publicus ſine clauſula guarentigia, de iure noſtro regio habeat executionem paratam. Et
1 partem affirmatiuam videtur probare tex. in l. 5. tit. 8.
lib. 3. ordinam. quæ eſt l. 1. & 2. ti. 21. lib. 4. recop. ibi,

cartas

cartas y contractos publicos,ex quibus verbis ſatis cla-
re colligitur,quod cōtractus publicus,etiam ſine clau
ſula guarentigia, mereatur executionē. Secūdo proba
2 tur iſta ſententia, ex l.5.d.tit.21.ibi,*los conocimientos*
reconocidos por las partes, y las confeſſiones que ſe ha-
zen en juyzio como los otros contractos otorgados ante
nueſtros eſcriuanos, que traen aparejada execution. Ter
3 tio probatur,quia de iure cōmuni inſtrumenta publi
ca non habebant executionem paratam, tex. in l.mi-
nor viginti quinque annis cui fideicommiſſum, ff.de
minoribus,& tradit Alex.in auth.prætor, §.iudex.C.
de re iudicata, Segura,in l.ſi ex legati cauſa, art.10t.
ff.de verb. Xuarez,in declaratione legis regni, poſt l.
poſt rem iudicatam, in princ.num.6. Auiles in c.10.
4 prætorum,verb.*execution*,in princ. Ergo cum ius re-
gium corrigat ius ciuile in contractibus publicis, ſe-
quitur quod quilibet contractus factus coram tabel-
lione,etiam omiſſa clauſula guarentigia, habebit exe
cutionem paratā,& ſic Villalobos, in ſua iur.antino.
verb.inſtrumentum, & verb.obligatio,tenet expreſ-
ſe. Eandem opinionē,tenet etiam Palát. Rub.in l.63.
Tauri,nu.a 1.& ibi Caſtillo,verb.*obligacion perſonal*,
Gomecius,l.64.Taur.num.4.idem tenet Salazar, de
vſu & conſuetudine.c.3.num.4. Auendannus,in tit.
de las exceptiones, à num.1. qui omnes contendunt,
quod hæc ſit receptiſſima, & communi praxi appro-
bata ſententia, vt etiam refert Olano, in concordan-
tia iuris, litera L.nu.35.Paz,in ſua praxi. 3.tom.c.6.
§.6.num.28.& Azeuedo,in l.1.à num.54. tit.21.lib.
4.recop.Matienço, in l.10.tit.17.lib.5. recop. gl.11.
& in dialogo relatoris, tit.1.proœm.17. caſu 20.pri-
uilegio 2.nu.4.Gracian.reg.179.num.9. & nouiſſi-
me Parlador.lib.2. rerum quotidianarum, 1.p. c.ſi.§.
11.num.5. qui dicit hanc eſſe magis communem, &
receptam ſententiam.
5 Sed (ſalua pace tantorum virorum grauiſſimorū)
contraria opinio magis vera & communis eſt,& quo
tidie ſeruatur & practicatur,quam tenet, & ſequitur
& defendit Segura,vbi ſupra nu.78.Couar.lib.2 va-
riarum,c.11.num.3.& Auend.vbi ſupra,Paz,in pra-
xi.4.par.1.tom.c.1.nu.10. Olano, vbi ſupra, nu.34.
qui dicit communem,& Padilla,in l.1.num.20.C.de
iur.& facti ignor.Baeça, de inope debitore.c.1.num.
31.Quemada, q.9. Gutier.de iuram. confirmat.1.p.
c.2.num.6.& practicarum quæſt.lib.1.quæſt.110.&
dicit veram opinionem & in practica receptam, Gi-
ronda,de gabellis,a.p.§.1.num.15. Salcedo, in pra-
ctica ad Bernar.Diaz,reg.344.& ibi Salzedo,& Feli
cianus, de Solis,lib.3. de cenſibus, c.1.a num.4.Pro
6 qua ſententia facit d.l.5.tit.21. lib.4. nouæ recop. in
fi.ibi, *Las executen conforme a la ley de Toledo,que ha-*
bla ſobre la execution de los contractos guarentigios. In
7 qua doctorum & opinionum varietate mediam viā,
ſeu tertiam opinionem, conſtituit Didacus Perez,in
l.3.tit.8.lib.3.ordinam.quæ eſt l.a.tit.16.lib.5.reco-
pil.dicens, quod regulariter, & ſemper ſit neceſſaria
clauſula guarentigia,& quod ita adhæret cōtracto pu
blico, quod etiam ſi de ea nihil actum ſit, virtualiter
cenſeatur appoſita,argum.l.fi.C.de fideiuſſor.l.quod
ſi nolit.§.quia aſſidua,ff.de ædil.edicto,quod videtur
ſentire Segura,in l.3.§.fin.nu.32.ff.de liberis,& po-
ſthumis. & Couar.in rub.de teſtam. 2.par.num.14.
Menchaca,de ſucceſſ.creatione.lib.1.§.6.num.53.&
Mieres,de maioratu.1.p.q.48.num.18. & 19.vbi la-
9 te confirmat iſtam opinionem,& reſoluit poſſe debi-
torem compelli ad faciendum creditori inſtrumentū
guarentigiatum, etiam ſi nihil de clauſula guarenti-
gia à principio actum ſit, & quod ita ſeruatur de re-
gni conſuetudine.

Sed in hoc vltimo contrarium tenet Salazar, vbi
10 ſupra c.3.num.4. imo quod clauſula guarentigia, ſi
expreſſe non apponatur in contractu publico, nō cen
11 ſeatur appoſita,neque clauſula conſtituti, neque hy-
potheca bonorum, & ibi reſpondit ad d.l.fi. C.de fi-
deiuſſoribus, quod quidem mihi verum videtur. Idē-
que tenet Azeuedo,vbi ſupra,num.58.& Gutierrez,
d.c.62.num.6.quia,vt dicit Bald.quod ſcriptura non
cantat,neque ego cantabo, in l.Æmilius Largianus,
ff. de minoribus. quæſtio tamen principalis eſt pro
amico.

SVMMARIVM.

1 *Pars affirmatiua quæſtionis proponitur.*
2 *Lex 7.tit.11.p.6.adducitur pro contraria opinione.*
3 *Opinio Sarmienti non poteſt ſuſtineri extante lege par-*
titæ.
4 *Auctor dubitat.qualiter compatiatur, vt filius poſſit de*
ducere partem legitimam, non conficiens inuentariū,
& ſimiliter quod teneatur creditoribus hereditarÿs.
5 *Heres non conficiens inuentarium, perdit Falcidiam &*
Trebellianicam.
6 *Argumentum validum eſt de falcidia ad Trebellianicā.*

QVÆSTIO DCXCI.

Vtrum filius priuetur ſua legitima, ſi non confecerit in-
uentarium bonorum, quæ ſuperſunt tempore mortis
patris. Communis contra communem, & quid iure
regio.

QVotidie in dubium reuocatur illa celebris quæ-
ſtio,an filius, qui poſt mortem patris fuit negli
gens in conficiendo inuentario intra tempus à iure
præfixum,priuetur ſua legitima. Et partem affirmati
1 uam,tenet Fulgoſ.in auth.ſed cum teſtator.C.ad l.fal
cid.Iaſon,in l.fi.§.autem.C.de iure delib.Ang.in l.1.
§.hæc ſtipulatio.ff.ſi cui plus quam per l.falcid. & ibi
Imola.Pro qua ſententia conſuluit Oldra. conſ.134.
& Corneus conſ.168. nu.3. vol.3. qui reſoluit quod
iſta ſit opinio communis,& de iure verior, quod late
diximus in q.30.num.2.vbi plures pro vtraque opi-
nione congeſſimus.
Sed contraria opinio magis vera & communis eſt,
ſecundum eundem Corneum, conſil.189. volum.4.
Guid.Pap.deciſio.53.& etiam dixit communem Cal
caneus,conſil.57.num.6.Galiaula,in l.centurio, nu-
mero a 26.ff.de vulgarib. & dixit magis communem
Bellonus, conſ.80. numero 19. & Iaſon, in l.ſcimus,
§.penul.num.21.C.de iur.delibet. Segura,in l.3.fin.
num.12.de lib.& poſthum.plures tradit Anton.Ga-
briel,lib.6.commun. titu.de legitima,concluſ.7.qui
non dicit contrariam communem. Pro qua opinione
eſt gl.in auth.hoc amplius,C.de fideicom. verb.*natu*
rale,& ibi illud tenet Padilla, nu.19.maxime de iure
2 regio ex l.7.tit.11.p.6. & confirmatur hæc opinio ex
ſententia

Digitized by Google

ſententia gloſſæ. verb. excedat, in auth. ſed cum teſtá-tor. C. ad l. falcidiam, & gl. in l. fi. §. penult. C. de iure delib. Ruder. Xuar. in l. quoniam in prioribus l. C. de inofficioſo teſt. limitat. 7. Couar. in c. ſi heredes, num. 9. de teſtam. & conſuluit Alex. conſ. 5. vol. 6. & conſul. 165. eodem vol. Aret. conſ. 44. Ruynus, conſ. 57. vol. 2 & conſil. 135. vol. 3. & alios refert & ſequitur Anton. Gabriel, lib. 6. commun. concluſ. 7. titu. de legitima, 7. Reyes, in epitome ſucceſſionum c. 7. nu. 3. qui dicit communem, & Menchaca (qui adducit pluta fundamenta) de ſucceſſionum creat. § 8. num. 15. & iſtam ſequitur Spino, in ſpeculo teſtam. glo. 5. nu. 7. & Padilla, in l. ſi emancipata, nu. 31. C. de iuris & facti ignorantia. Quæ opinio hodie eſt approbata per l. 7. tit. 11. pat. 6. ibi, *E ſi por auentura el inuentario non vuieſſe fecho, entonces non podria ſacar la falcidia fueras ende ſi los herederos fueſſen de los que deſcienden, e ſuben por la linea derecha de los facedores de los teſtamentos, a eſtos tales deuen auer ſu parte legitima.* & ibi notat Greg. verb. *legitima*, & in l. 10. tit. 6. verb. *de las mandas* ead. p. 6. & iſtam quæſt. latiſſime, & ex profeſſo diſputat Sarament. lib. 2. ſ. lectarum. c. 7. qui tenet

3 primam opinionem, non te ob datus dictæ legis partitæ, de cuius intellectu, & veritate, adhuc dubito, & neſcio qualiter hodie poſſit procedere, vt filius deduceat

4 ſuam legitimam non conficiens inuentarium, & ex alia parte teneatur creditoribus, vt in d. l. fi. §. ſin vero poſtquam, C. de iur. delib. d. l. 10. titu. 6. par. 6. & ſic teneo, quod filius teneatur ad debita ex corpore hæreditario & ad legata, ex legitima, ad quorum ſolutionem non teneretur, ſi conficeret inuentarium, quæ opinio confirmatur, ex traditis per Couar. in c. 1. de teſtam. nu. 14. quam ſequitur Gratian (faciens hanc di-

5 ſtinctionem) reg. 316. num. 21. in fi. in extraneo vero hærede, qui non confecit inuentarium, procedit etiam communis opinio, quod amittit Trebellianicam. Ita Paul. in l. cum tale. §. 1 ff. de cond. & demon. & conſ. 7. vol. 2. qui dicit communem.

6 Sed in hoc etiam contraria opinio eſt communis, vt tradit Anton. Gabriel, lib. 4. commun. titu. ad Trebellian. concluſ. 10. ſed prima verior hodie eſt ex d. l.

7 7. titul. 11. p. 6. arguendo de falcidia ad Trebellianicam, vt tradunt doctores, ſupra, & Antonius Gabriel, vbi ſupra, concluſ. 1. & eſt glo. in l. ſi vt allegat, verb. pro falcidia. C. ad l. falcid. & dixi ſupra, in q. 17. quam opinionem dixit magis communem Cagnolus, in l. 4. §. meminiſſe, nu. 16. ff. de inoffic. teſt. vbi dicit, quod ita vidit ſeruari per totum mundum, & quod ab hac opinione non ſit recedendum in iudicando, & conſulendo, & ſequitur Rolandus, conſ. 27. nu. 26. vol. 1. & conſ. 26. nu. 26. volum. 3.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca ſequitur bonorum poſſeſſorem.*
2 *Actio perſonalis ſequitur fundi poſſeſſorem, fauore alimentorum.*
3 *Lex 2. ff. de alimentis legat. declaratur.*
4 *Iure digeſtorum actio hypothecaria competebat pro legatis.*
5 *Pro legitima filij competit condictio ex lege.*
6 *Non eſt iure cautum quod pro legitima habeat filius hypothecam.*
7 *Contra heredes, etiã extraneos, poteſt filius agere pro alimentis, non vero contra ſingularem poſſeſſorem.*
8 *Bona dotalia non ſunt pro alimentis tacite hypothecata.*

QVÆSTIO DCXCII.

Vtrum bona paterna ſint filijs hypothecata pro ſua legitima, & alimentorum præſtatione. Communis contra communem.

NOtabilis, & contingibilis eſt in iure quæſtio, an bona patris pro legitima filiorum ſint hypothecata, & pro alimentorum præſtatione, quod quidem

1 eſt magni effectus, nam ſi datur hypotheca in his caſibus, ſequitur manifeſte, quod contra tertium bonorum poſſeſſorem poterit filius intentare ſuam actionem hypothecariam, quãdo bona paterna ſunt in filij fraudem alienata l. fi. C. ſine cenſu vel reliquis fundum comparare non poſ. l. imperatores, ff. de publica. & vectigalibus. Et partem affirmatiuam tenet Bald. pro qua conſuluit, conſ. 171. vol. 1. qui tenet indiſtincte quod bona patris ſont tacite hypothecata, idemq; tenet Picus, in l. in quartam, nu. 49. ff. ad l. falcid. dicens communem, & Fulgoſius. conſ. 34. idemque reſoluit Couar. in 4. 2. par. c. 8 §. 6. nu. 14. & Guid. Pap.

2 q. 576 qui reſoluit, quod fauore alimentorum actio perſonalis ſequitur tertium bonorum. poſſeſſorem. Idem oſtendit Gualdenſis de arte teſtandi, tit. de hered. inſtit. vel exhered. ad tit. 10. nu. 7. vbi dicit, quod filius poteſt agere contra poſſeſſores bonorum, cũ bona paterna ſint tacite pro alimentis hypothecata, & onus alimentorum ſequatur quemlibet poſſeſſorem, quod dicit eſſe nouiſſime notandum, & pro iſta ſententia adducitur tex. in l. 2. ff. de alimentis leg. ibi, *Diui quoque Seuerus, & Antonius reſcripſerunt, & licet ad fiſcum bona fuerint deuoluta, ex quibus alimenta debeantur, præſtãda ſunt ſicuti ſi ad quemlibet poſſeſſorem tranſiſſent.* Ex quibus verbis ſine dubio videtur procedere iſta ſententia, & cum caſus iſte mihi de facto contingeret, in hac ciuitate, pro iſta ſententia patrocinium præſtiti, & informaui iudicẽ, qui ſemper fuit dubius de illa Gualdenſ. doctrina, ita vt lis fuit ad concordiam deducta, & amicabiliter compoſita. Maturius tamen conſiderando, contrariam ſententiam amplector, neque tex. in d. l. 2. probat id, ad quod allegatur, nam ibi expreſſe conſtat, quod fundus qui tranſit ad fiſcum, erat ſubnoxius oneri hypothecę, quod probatur, eo quod patronus libertis ſuis ex illo fundo alimenta legauit, & ita denotant verba illa, *ex quibus alimenta debeantur*, & ſic mirum, ſi illa bona tranſeãt ad fiſcum, cum onere alimentorum, cum à principio illa bona fuiſſent pro alimentis legata, & ſic hypothe-

4 cata, vt in l. 1. C. commun. de legat. (& etiam iure Digeſtorum, ſecundum Bart. in l. is cui, §. poſtquam. ff. vt in poſſe. legato. & Roman. in ſing. 536.) competebat actio hypothecaria pro legatis & ſic merito reprehenditur & increpatur Gualdenſ. à Couarru. ſupra, quod quidem comprobatur ex dictis per Decium, conſil. 135. nu. 8. vſque ad finem, & Fulgoſ. conſ. 83. quem intellectum (poſt hæc ſcripta) aſſignat Boboia, ad d. l. 1. in l. 1. ff. ſoluto matrimonio 3. partis, nume. 29. & Lara, de alimentis, in l. ſi quis a liberis, §. ſi quis ex his, num. 33. ff. de liberis agnoſcendis. In caſu vero

noſtræ

noſtræ quæſtionis principalis, magis vera & commu-
nis eſt opinio, quod bona patris non ſint tacite hypo
5 thecata, pro legitima filij, qui ſolum habet condictio-
nem ex lege, contra heredes patris. Ita Salicet. in l.
omnimodo. C. de inofficioſo teſtamento, & dicit eſſe
communem opinionem Alexander, conſ. 78. volum.
3. & conſi. 116. nu. 18. volum. 6. Corneus, conſ. 282.
num. 15. volum. 1. Ruinus, conſi. 17. volumi. 5. De-
cius, conſi. 235. nume. 8. qui dicit eſſe veriorem opi-
nionem, & Padilla, in l. ſi emancipata, num. 37. C. de
iuris & facti ignoran. Afflict. deciſione 162. nume. 4.
& dicit etiam communem Fanus, de pignoribus, 2.
par. membro. 4. num. 64. & Anton. Gabr. lib. 6. com-
mun. concluſ. titu. de legitima, concluſ. 5. & Michael
Craſſus receptarum ſententiarum. §. legitima, quęſtio
6 ne 14. qui dicit, quod hæc opinio eſt tenenda, cum de
iure nõ ſit cautũ, ꝙ pro legitima habeat filius tacitam
hypothecam, neque pro alimentis poſſit agere contra
7 poſſidentes bona paterna, ſed ſolum contra heredes,
etiam extraneos, vt in l. ſi quis a liberis. §. item reſcri-
ptum, ff. de liber. agnoſcen. & hæc eſt communis opi-
nio, vt tradit Ruynus, conſi. 124. num. 12. volum. 1.
Rojas, in epitome ſucceſſ. cap. 21. num. 56. & 57. con
tra Mẽchacam, de ſucceſſionum creat. lib. 2. §. 20. nu.
313. pro qua ſententia eſt hodie textus, in l. 8. tit. 13.
par. 6. vbi notauit Gregor. verb. *herederos*, & ſic ſecus
eſt de ſingulari ſucceſſore cõtra Gualdenſ. vbi ſupra.
Pro qua ſententia faciunt tradita per Laram, in d. l. ſi
quis à liberis. §. ſi quis ex his, nume. 38. qui explicat,
8 vtrum bona dotalia ſint pro alimentis vxoris hypo-
thecata, & reſoluit quod non, contra alios, quam opi-
nionẽ ſequitur, & defendit Barboſa, ſupra, & Gutier-
rez, de iuramento confirmatorio, 1. par. cap. 46. nu. 5.
Communis tamen opinio eſt in contrarium, vt tradit
Anton. Gabr. lib. 6. commun. concluſ. titu. de alimen.
concluſ. 2. nu. 1. De iure vero regio habes tex. ſingu-
larem in l. 4. tit. 13. p. 5. vbi filius habet hypothecam
pro ſua legitima, ibi. *Y ſi por auentura los enagena ſe-
ſincarian porende obligados, y empennados al hijo*, quã
legem declarat Couar. lib. 1. var. c. 8. num. 13. Anton.
Gom. in l. 46. Tau. num. 16. quod tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Conſilium in detrimentum alterius nemo poteſt mutare.*
2 *Patronus laicus intra quadrimeſtre tempus poteſt quo-ties voluerit variare.*
3 *Verba ſimpliciter & affirmatiue prolata, intelliguntur de prima vice.*
4 *Variatio eſt odioſa, & ſic reſtringenda.*
5 *Contraria opinio communis refertur.*
6 *Capellania ſacerdotalis, utrum poſſit conferri non ſacerdoti, quando intra annum poteſt ordinari.*
7 *Teſtator ſemper diſponere videtur, ſecundum legis diſpoſitionem.*
8 *Omne beneficium, etiam curatum, quod habeat annexũ onus celebrandi miſſas poteſt conferri clerico in minoribus conſtituto, ſi ſit ætatis vt poſſit intra annum ordinari.*
9 *Capellania ſacerdotalis, quæ datur in titulum, poteſt conferri non ſacerdoti.*
10 *Sacerdos dicitur iuris interpretatione, qui intra annum poteſt ordinari, & numero 14.*
11 *Annexio ſacerdotij ad beneficium intelligitur facta per modum aptitudinis, & non actualiter.*
12 *Teſtator magis intelligitur diligere cõſanguineos & propinquos, quam extraneos.*
13 *Habetur pro diſpoſito, quod teſtator diſpoſuiſſet, ſi de caſu omiſſo fuiſſet interrogatus.*
14 *A verbis legis, & a voluntate teſtatoris recedendum non eſt.*
15 *Dominus Doctor, Petrus à Caruajal, ſancta Toletanæ eccleſiæ Decanus laudatur.*
16 *Caput 6. ſeſſ. 23. Concilij Tridentini, declaratur.*
17 *Ætas quatuordecim annorum, & prima tonſura requiritur, vt aliquis poßit obtinere beneficium eccleſiaſticum, vel capellaniam.*
18 *Capellania dicitur beneficium eccleſiaſticum.*
19 *Beneficiũ eccleſiaſticũ non poteſt conferri non ordinato.*
20 *Non dicitur venire in iudicium quod poſt cæptum iudicium venit, num. 25.*
21 *Qualitas à teſtatore requiſita debet interuenire à principio, neque ſufficiet poſt appellationem.*
22 *Qualitas clericatus ſuperueniens non prodeſt nec ſententia prius lata reuocatur.*
23 *Actus legitimus non uitiatur licet perueniat ad caſum à quo incipere non poterat.*
24 *Capellania alicui data, ob defectum cõſanguinei clerici, non auferetur, licet poſtea ordinetur conſanguineus.*
25 *Qualitas ordinis ſuperueniens conſanguineo lite pendente, nihil illi prodeſt contra inſtitutum.*
26 *Capellanus nominatus à patrono præfertur non nominato, data paritate idoneitatis.*
27 *Ordinarius tenetur conferre capellaniam præſentato a patrono, alias prouiſio eſt nulla.*
28 *Magis dignus præfertur minus digno.*
29 *Prouiſio capellaniæ non impeditur interpoſita appellatione.*
30 *Nobilis præfertur in capellania plebeio.*
31 *Nobilis genere melior præſumitur.*
32 *Nobilitas deuiat a malo, & inclinat ad bonum.*
33 *Capellanus originarius præfertur alienigenæ.*
34 *Cauſa originis ſemper pręualere debet.*
35 *Pauper præfertur diuiti in beneficijs obtinendis & capellanijs.*
36 *Doctor præfertur non graduato, & doctor in vtroque, doctori in uno gradu, & theologus cęteris graduatis, & baccalaureus ſcholari.*
37 *Senex præfertur iuniori, in prouiſione capellanię.*
38 *Dignitas pręfertur ſenectuti.*

QVÆSTIO DCXCIII.

Vtrum patronus laicus uſque ad finem pręſentationis poſſit uariare, non ſemel, ſed pluries. Communis contra communem.

PAtronum laicum poſſe variare, & laicum ad ca-
pellaniam præſentare, probat textus in cap. cum
autem, & in capit. paſtoralis, de iure patronatus, &
l. 6. tit. 15. p. 1. & tradit Gutierrez, de iuram confir. 3.
p. c. 13. nu. 1. de qua re nemo vnquam dubitauit, quia
1 licet regula ſit, quod nemo in detrimentum alterius
poſſit variare, & mutare conſilium, vt in l. nemo. ff. de
reg. iur. tamen illa procedit, quando alteri eſt ius iam
quæſitum, & radicatum, ſecus vero re integra, vt pro-
bat textus, in l. apud Aufidium, ff. de opt. leg. & in c.

bonæ,el 2.de poſtula.prelat. & ſic cum nullum ſit ius
queſitum præſentato,ante inſtitutionem canonicam,
vt in c.dilectus,de offic.legar.& in c.cum Bertoldus,
2 de ſentent.& re iud.ſequitur manifeſte, quod vſque
ad finem quatuor menſium, talis patronus laicus ha-
bet ius præſentandi,etiam variando in prima præſen
tatione. Quod adeo verum eſt, vt exiſtiment docto-
res communiter,quod vſq; adeo patronus laicus poſ-
ſit variare in preſentatione, vt hoc procedat non ſo-
lum ſemel, ſed pluries, & toties quoties illi placue-
rit,dum tamen fiat intra quadrimeſtre tempus. Ita vi-
detur probare tex.in clemen.plures,de iure patrona-
tus,vbi glo.verb.plures. Decius,in c.quanto.de iudi-
cijs,num.5.& Beroius,in c.quod autem,num.19. de
iure patronatus. Calderiu.conſ.19.ſub tit.de iure pa
tronat. Et pluribus fundamentis iſtam ſententiam &
opinionem tenet & defendit Rochus de Curte,in tra
ctatu iuris patronatus.verb. honorificum, quæſt.10.
num.53.& Gregor.Lopez,in l.6.titu.15. par.1.gloſ.
1.& hanc eſſe communem opinionem tenet Nauar.
in c.placuit,de pœnitent. diſt.6.n.167.& 171.quem
refert doctiſſimus Gutier. ſup. de iuramento confir-
matorio,3.p.c.13.num.3.vbi amplectitur cõtrariam
ſentẽtiam,ex l.boues.§.hoc ſermone. ff.de verborum
3 ſignificatione, ex qua deducitur, quod verba ſimpli-
citer & affirmatiue prolata, intelliguntur de prima
vice,& ſic de prima variatione iura canonica ſunt in-
4 telligenda,non vero vlterius: quia variatio eſt odio-
ſa,& ſic reſtringenda,vt in clem. cum illuſio,de renũ
ciatione,& hanc opinionẽ ſequitur (dicens commu-
nem) Lambertinus 2.par.2.lib.art.23. 7.quæſtionis.

Sed licet hæc opinio ſit communis vt reſoluunt
5 doctores, ſupra, pro contraria tamen opinione ſunt
plurimi doctores, qui eam etiam communem appel-
lant,qui reſoluunt, quod cum patronis laicis ſit licita
variatio intra quadrimeſtre tempus,quod hæc varia-
tio non ſolum procedit & intelligitur pro prima vi-
ce,ſed quod patronus (intra illud tempus) accumula-
tiue poterit toties,quoties voluerit,variare, cũ ex hoc
non videatur à prima, vel ſecunda præſentatione di-
ſcere iſtam ſententiam tenet Abb.in d.c.cum autem,
de iure patro.1.notab.Ioan. Andr.in regul. in re com
muni.de reg.iur. in 6. quæ opinio communis eſt ſe-
cundum Lambertu.in 2.p.de iure patron.lib.2.artic.
27.quæſt.7 principali,num.4.Rochus de Curte, vbi
ſup.quæſt.13.num.44. quos ſequitur (tenendo iſtam
vltimam opinionem) Spino in ſuo ſpeculo teſtamen-
torum gloſ.4.principali,de patronis,num.75. Prima
tamen opinio magis communis eſt, ſecundum eum,
& ab ea non eſt recedendum, quia ita communiter
practicatur, & tenentes eam ſequuntur tutiorem par
6 tem. Ex qua veriſſima reſolutione pulchrum dubium
ſe offert examinandum, an ſi ex clauſula fundationis
alicuius capellaniæ patronus teneatur præſentare ca-
pellanum presbyterum, poſſit recto iure nominare,&
preſentare capellanum non ſacerdotem,qui intra an-
nũ poſſit ordinari. Quæ quæſtio anceps,& dubia eſt,
& quotidie verſatur in tribunali eccleſiaſtico, auditũ
audientiæ Archiepiſcopalis in litib. capellaniarum,
& variæ & diuerſæ ſententiæ quotidie proferuntur
(prout ſunt iudices) nam aliqui practicantur, quod ca
pellanus debeat eſſe in actu ſacerdos, vt docet Quin-
tilianus Mandoſius, in annalibus caſibus, num.80.
alij vero quod ſufficiat aptitudo dummodo intra an-
num capellanus ordinari poſſit, habens ætatem legi-
timam. Quæ opinio verior, & iuridica mihi videtur,
7 ex ſequentibus. Primo quia fundãs capellaniam, vel
faciens aliam diſpoſitionem, videtur ſemper diſpone
re ſecundum ius. Ita Bart. in l.hæredes mei.§.cũ ita,
num.4. ff.ad Trebelli.& eſt communis opinio,ſecun-
dum Iaſ.conſi.215.volum.2.l.quæro. §.inter locato-
rem.ff. locati.l.ſi duo.ff.de acquirenda hered. & tra-
dit Matthæus de Afflict.deciſ.44.nu.20.& dicit com
munem Tiberius Decianus,conſil.18.num.20. vol.
1.& plures congeſſit Mieres, de maioratu,1.p.quæſt.
8 48.num.15. Ergo cum de iure beneficium eccleſiaſti
cum, quod habet annexum onus ſacerdotale (& etiã
beneficium curatum) poſſit licite conferri non ſacer-
doti,ſi fuerit ætatis legitimæ, tali modo vt poſſit in-
tra annum ordinari.c.cum in cunctis,de electio.& in
c.is cui.29.de prębend.in 6. & in clementina genera
lem, de ætate & qualitate, & in Concilio Tridentin.
9 c.4.ſeſſione 22.ibi, *vt alij miſſas*, & c.12.ſeſſ.24.ibi,
habeant annexum ordinem presbyteri, ſequitur mani-
feſte,quod etiam capellania ſacerdotalis, quæ datur
titulum, poſſit conferri clerico in minoribus conſti-
tuto, ſi intra annum poſſit ordinari, cum non appa-
reat de contraria teſtatoris voluntate, quia ille vere ſa
10 cerdos appellatur,interpretatione iuris, & ſic de tali
ſacerdote videtur teſtator diſponere.argumento tex-
tus in c.fin.de inſtitution. in 6. vbi defectus ſacrorũ
ordinum non repellit præſentatum, quando eſt æta-
tis legitimæ, vt poſſit intra annum ordinari. Pro qua
ſententia facit elegans deciſio Rotæ,la 1.in tit.de prę
ben.in nouis,vbi fuit deciſum & determinatũ, quod
patiens defectum ætatis,poteſt acceptare beneficium
eccleſiaſticum,vel præbendam ſacerdotalem, ſi tamẽ
intra annum poſſit ad ſacros ordines promoueri, &
in ſacerdotium collocari, vt in d.c.ei cui. notãt Ioan.
Andr.& Ioan.Monach. & expreſſius pro hac ſenten
tia & opinione in terminis terminantibus, conſuluit
Ferret.conſ.305.vbi expreſſe reſoluit, quod capella-
nia,quæ in limine fundationis eſt ſacerdotalis,& quę
expreſſe & neceſſario (ſecundum voluntatem teſtato
ris) debet conferri ſacerdoti,adimpletur cum volun-
tate illius, ſi conferatur clerico in minoribus conſtitu
to,qui intra annum poſſit ad ſacerdotium promoue-
ri, dum verba fundationis non ſint negatiue conce-
pta, videlicet: *Non admittatur niſi ſacerdos*: ſecus ſi
ſacerdotes fuerunt vocati, quia ſacerdos dicitur, qui
intra annum ordinari poteſt, idemque tenet Cæſar
Lambertin.in tract.de iure patronatus, 1.par.lib.2.fo
lio mihi, 79.in nouis,& nouiſſime Flami.de reſigna-
tio.beneficio.lib.3.quæſt.9. num.3.& Roland. cõſi.
47.nu.6.vol.1. Decius,conſ.162.in fi.Abb.in c. cum
in cunctis,§.inferiora,& in c.dudum,el 1.de electio.
Ant.de Butrio,in c.de ætate,& qual.notab.1.Roma.
conſ.325.Innoc.in c.fi.de reſcrip.idem tenet nouiſſi-
me Paulus de Montepico,conſ.57.nu.7. vol.1. & ex
noſtratibus Spino,in ſpec.teſtam.gl.4.principali,ti-
tul.de patronis,à num. 66. cum ſequentibus, præci-
1 pue nu.68. vbi annectit optimum verbum, quod in
11 dubio annexio ſacerdotij ad beneficium, intelligitur
facta per modum aptitudinis,& non actualiter,quod
prius notauit,& docuit Ferretus, ſupra numero 3. &
ſic licet ſit appoſita in fundatione capellaniæ præ-
dicta

dicta qualitas,quod capellanus ſit ſacerdos, vel quod
qualibet hebdomada celebret tres miſſas, non eſt ne-
ceſſe quod præſentandus ad prædictam capellaniam,
actualiter ſit ſacerdos, ſed ſufficit quod habeat ætatē
legitimam ad ſacerdotium conſequendum intra an-
num, quia ille dicitur iot erpretatione iuris(cum quæ
videtur teſtator ſe accōmodare)proprie ſacerdos,&ſic
ordinarius tenetur conferre tali præſentato a patro-
no capellaniam, cum in eo concurrat præſentatio pa
troni legitima(ſecundum mentem teſtatoris)& ordo
ſacerdotalis, ſecundum iuris interpretationē: quod
12 maxime procederet, ſi eſſet conſanguioeus teſtatoris,
quia ille alijs ſacerdotibus etiam in actu eſt præferen
dus, cum teſtator, ſi interrogatus fuiſſet de hoc caſu
certum,& certiſſimum eſt,quod diceret quod eligere-
tur,& inſtitueretur,talis propinquus, etiam ſi non ſit
actu ſacerdos, & quod præferretur omnibus alijs ſa-
cerdotibus,ne teſtator videretur alienam ſobolem pro
priæ anteponere,contra,l.cum acutiſſimi, C.de fidei-
commiſſ.l.cum avus,ff.de cond.& demonſtrat..l.Au-
relius,§.Titius teſtamento, ff.de liberat. leg. & tradit
Aymon.conſ.26.num.8.& Paulus de Montepico, cō
ſil.60.num.2.& in iure illud habetur pro expreſſo, ꝙ
veriſimiliter teſtator diſponeret, ſi de tali caſu fuiſſet
13 interrogatus.Ita gloſſa ſingularis verbo, per exceptiō
nem,in l.tale pactum,§.final.ff.de pactis,quæ ſolem-
nis à Paulo ibi reputatur, & eam multum extollit Ia-
ſon,ibi num.16.& Burgos de Paz,conſi.34. nu.29.
Antonius Gabriel lib.6.communi.cooclutionum, ti-
tulo de regulis iuris, concluſione 10. quia diſpoſitio
recipit interpretationem à veriſimili mente diſponen
tis.l.cum res,ff.de legat.1.l.Titius,§.Lucius,ff.de lib.
& poſthum.l.3. C.de inoffic.teſtam. ibi,*per coniectu-
ram maternæ pietatis*.l.mulier.in fi.ff.ad Trebell.ibi,
intellecta matris voluntate. Nec prædictis obſtabunt
ea quæ tradit Gutierrez,conſil.1.num.11.& conſi.2.
nume.19. ſcilicet quod actualiter debet eſſe ſacerdos
talis capellanus virtute talis vocationis, videlicet,
presbyter preſentetur,vel capellanus dicat tot miſſas:
quia ſecundum eum, non ſacerdos non poteſt dicere
miſſas,quia teſtator non eſt veriſimile quod ſe voluit
reſtringere ad miſſam illius magis, quam alterius ſa-
cerdotis, (interim ſaltim quod ordinatur conſangui
neus intra annum)quia miſſa eſt ſacrificiū quod Deo
offertur,vt tradit Couarr. lib.4. var.c.22.Soto, in 4.
diſtin.13.quæſt.2.art.1.Greg.in l.58. titul.4. part.1.
Concil.Trident.c.1.ſeſſ. 22.de cuius inſtitutione &
origine,(obiter loquendo) videndus eſt Sebaſtianus
de Medicis in ſumma omnium hæreſ.1.par. verb.miſ
ſa,& Roboam.de inſt.cler.lib.1.c.32.Nauarr. in ma-
nuali.cap.25.nume.111.Humada, in l.58. titu.4.p.
1.gloſſ.1.Conradus Brunus,de cærimon.eccleſ.lib.2.
c.1.Durandus,in rationali diuin.officior.libro.4.c.1.
Honcala,in tractatu,de valore miſſę,art.1.Caſtro,lib.
1.aduerſ.hęreſes, verbo, miſſa. & ſic hoc ſacrificium
non eſt credendum quod teſtator voluit, vt magis
per vnum,quam per alium ſacerdotem Deo offera-
tur,donec ſuus conſanguineus intra annum ordina-
tur. Nam licet verum ſit, quod quotieſcunque ex
fundatione requiritur ordo ſacerdotalis, non poteſt
beneficium conferri, niſi habenti ordinem ſacerdota
lem,vt in gloſſ.in c.ſi eo tempore, de reſcrip. Gregor.
in l.3.tit.16.p.1.verb.*catorze annos*,tamen ſatis dici

tur de iure habere ordinem ſacerdotalem ille,qui in-
tra annum poteſt ad ſacerdotium promoueri, vt in c.
licet canon.de electione,lib.6.vbi communiter docto
res.Conc.Trid.c.12.ſeſſ.25.de reformatione matrim.
ita Hojeda,de beneficiis incompatibilibus,1.p.c.fi.
num.15.Flaminius, de reſignatione beneficior. lib.
4.quæſt.9.num.19.& 36.vbi dicit, quod ita fuit iu-
dicatum & obtentum in Rota,quod quidem intelli-
gendum eſt, niſi aliter expreſſe eſſet diſpoſitum à te-
ſtatore,dicendo,quod præſentetur ſacerdos qui cele-
bret miſſam,& non alius,etiamſi ſit in minoribus, &
ætatis legitimæ ad ordinandum intra annum, quia
14 tunc quemadmodum à verbis legis non eſt receden-
dum, vt in auth.de nuptijs.§.diſponat, collat.4.(cū
vulgat) ita nec à voluntate teſtatoris tacita, vel expreſ
ſa.l.non aliter. ff.de leg.3. & ſic iſta opinio(quæ veriſ
ſima ſemper mihi viſa fuit) ſequuta eſt à grauiſſimis
iudicibus, in hoc conſilio illuſtriſſimi Card. Archi-
ep.inter quos fuit licentiatus Baptiſta Velez, cuius
15 anima requieſcit in pace (& doctor Do ... Pe-
trus de Caruajal, nunc Decanus meritiſſimus huius
ſanctæ Almæ eccleſiæ Toletanæ,& prudentia, & ge-
neris nobilitate ornatiſſimus. Nunc autem operæ pre
tium eſſe iudicaui animaduertere,quod non ſufficiet
præſentatio ad capellaniam ſacerdotalem, (etiam ſi
fuerit ætatis legitimæ)vt ordinetur, poſt vocationem
capellaniæ,& poſt edictum publicatum,quia præciſe
neceſſarium eſt,quod tempore oppoſitionis, ſeu vaca
tionis, ſit ſaltim in minoribus conſtitutus, vt in nu
16 me.21.& vide cap.6.ſeſſio.23. Concil. Trident. vbi
duo copulatiue requiruntur, vt aliquis poſſit benefi-
cium eccleſiaſticum obtinere. Primum, quod ſit pri-
17 ma tonſura initiatus: Secundum, quod habeat deci-
mum quartum annum,vt docet per illum text.Flami
nius,ſupra lib.4. quęſtio.1.num 7. & quęſt.11.num.
13. &an ſit neceſſarium,quod illud attingat,vel quod
eum adimpleuerit, dixi in quęſtione 523.num.4.&
tradit eleganter Gutierrez canoni.quęſtio c 26.num.
3.& Spino,in Specul.teſtament.gloſſ.4.princip.nu.
47.qui tenet,quod ſufficiat, decimum quartum attin
gere,ſic interpretans c.12.eiſdem ſeſſionis, & ſic illa
verba,ante decimum quartum, cum ſint in accuſati-
uo,ſunt intelligenda, vt docet Imola,num.17.in cle-
ment.fin.de ętate & qualitate, & probat l. ad rempu-
blicam,ff.de muneribus & honoribus, & ita practica
tur per dominos grauiſſimos iudices cōſilij ſereniſſi-
mi domini Archiepiſcopi. Nec obſtabit ſi aliquis di-
cat quod ille textus Concilij ſolum loquitur de bene
ficijs eccleſiaſticis non de capellanijs,quia capellania
etiam dicitur beneficium eccleſiaſticum, vt tradit
gloſſ.magiſtra,in clemen.fi.de decimis, & Rebuff. in
pract.beneficiali,in principio,fol.4.num.11. & Sal-
zedo,in pract.ad Bernard. Diaz.c.62. num.12. & c.
18.num.9.& Cæſ.Lambert.de iure patronat.1.p.lib.
2.art.30.num.17.fol.mihi.231.Azeuedo, in l.1.tit.
4.lib.1.recopilationis,num.7. Bermond. de publicis
concubin.fol.187. num.4.qui dicit communem opi
nionem,& ſine contradictore, & tradit Guido Papę,
quęſtione 187.et nouiſſime(his non citatis) Felician.
de Solis,lib.2.de cenſ.c.fi.nu.15. Et ſic cum benefi
19 cium eccleſiaſticū non poſſit habere nō ordinatus,
ſequitur,quod illa qualitas ordinis, debet interueni-
re tempore petitionis, cum ſemper petatur in op-

poſitione, quod fiat collatio capellaniæ, quæ non cadit in non ordinato, & ſic illa qualitas ordinis debet adeſſe tempore petitionis, neq; ſufficiet tempore promiſſionis, gloſ. in clemen. vt hi, verb. conſtitutio, de ætate & qualitate. l. fratres, ff. de pœnis, & dicit communem opinionem Flaminius, ſup. lib. 4. quæſt. 1. nume. 10. c. cam te, de electione, argum. tex. in l. non poteſt videri, ff. de ind. vbi non dicitur venire in iudi-
20 cium, quod poſt acceptum iudicium accidit, tex. in c. ſi eo tempore, de reſcrip. in 6. & initium attendi debet, vt in l. filiusfamilias, ff. de verborum, & tradit Anton. Gabr. lib. 2. com. concluſ. tit. de iud. concluſ. 3. & hoc niſi contrarium conſtet de mente teſtatoris, dicētis quod nō inſtituatur, nec præſentetur niſi ſacerdos, quia tunc illa qualitas ſufficiet interuenire tempore collationis, & ita ſunt intelligenda tradita per Gutierrez, conſ. 1. num. 15. & conſ. 2. num. 19. & quæ tradit Anton. Cuchus, lib. 4. tit. 1. de electio. num. 84. & deciſio ſingularis Rotæ, tit. de conceſſ. præb. 857. fol. mihi. 413. vbi late articulus iſte diſputatur. Aduertendum tamen ſingulariter eſt, quod in tantum requiri-
21 tur, vt qualitas à teſtatore requiſita interueniat tempore petitionis, quod ſi appellauerit aduerſarius, ex eo quod illi non fuit facta collatio capellaniæ, & pendente appellatione ſuperuenerit qualitas requiſita, ve-
22 luti ſacerdotium, ordo ſacer, vel ætas, vel quid ſimile, nihil proficiet, neque per ſuperuenientem qualitatem ſententia poterit reuocari, cum qualitas requiſita ad ſuccedendum, debeat adeſſe præciſe eo tempore, quo cedit dies, nec ſufficit ſi poſtea ſuperueniat. l. ſi quis cum haberet. ff. de ſuis & legitimis hæredibus. l. 1. §. ſi quis proximior. ff. vnde cognati, & tradit Alexander, conſ. 184. nume. 2. lib. 2. Socinus, conſ. 152. num. 14. vol. 1. Curtius iunior, conſil. 57. num. 11. & conſ. 58. nume. 5. Gozadinus, conſ. 36. num. 7. Aym. conſ. 212. num. 6. & alios refert & ſequitur Molina, lib. de Hiſpanor. primogen. c. 13. num. 37. dicit veriſſimam ſententiam, quam etiam ſequitur Flaminius, dicens communem, lib. 4. de reſignatione beneficio-
23 rum, quæſt. 1. num. 14. Et ratio eſt, quia actus legitimus conſummatus & perfectus non vitiatur, licet perueniat ad caſum, à quo non poterat incipere, tex. in l. fin. C. de nup. c. factum legitime, de reg. iur. in 6. l. pluribus, §. etſi placeat, ff. de verbor. obligat. & ibi Bar. & in l. non eſt nouum, ff. de reg. iur. & tradit Tiraquellus, in tractatu, de ceſſante cauſa, limitat. 12. num. 15. & in l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, nu. 230. & in verb. ſuſceperit liberos. nu. 151. C. de reuoc. donat. & notabiliter Didac. Perez. in l. 1. titu. 3. lib. 5. ordinamenti, fol. 148. & pro hac ſententia facere videtur d. l. non poteſt videri, ff. de iudic. vbi non poteſt videri in iudicium veniſſe, quod poſt iudicium acceptum accidit, & ſic cum qualitas ſacerdotij ſuperueniat poſt iudicium acceptum, imo & poſt pronunciationem primæ ſententiæ, ſequitur, quod illud ius ſuperueniens non nocet præſentato, & inſtituto, qui à principio melius docuit de iure ſuo, quia alias lites fierent immortales, & iudicium eſſet in pendenti, quod iura abhorrent. l. non quemadmodum, ff. de iudicijs, maxime in præiudicium tertij, ita Anchar. in clementina, cum ei quem, num. 21. de conceſſ. præben. qui aſſignat plures rationes, & Didacus Perez, in l. 1. tit. 6. glo. 1. quæſtione 9. libro 1. ordinamenti. Et ſic teneo,

24 & conſultus de hac difficultate ſæpius reſpōdi, quod capellania alicui aſſignata ſecundum formam fundationis, ob defectum conſanguinei, vel quia conſanguineus non habebat qualitatem ordinis ſacri, vel ętatis, non eſt illi auferenda in ſecunda inſtantia, licet po-
25 ſtea ſuperueniat conſanguineus vel conſanguineo ſuperueniant (lite pendente) qualitates à teſtatore requiſitæ, vt late fundauimus in quæſtione 606. nume. 28. & ita in proprijs terminis reſoluit Spino, in ſpeculo teſtamentorum, gloſ. 4. de patronis, numero 70. quod eſt menti tenendum, cum quotidie caſus iſte occurrat in concilio domini Archiepiſcopi Toletani, in cauſis capellaniarum, & aliqui aduocati proſequuntur cauſam appellationis, vt lite pendente ſuperueniat qualitas, quæ à principio defuerat, quod quidem (vt dictū eſt) nihil prodeſt.
26 Ex quibus ſolet dubitari, quæ qualitates ſint præcipuæ in præſentato ad capellaniam, vt in æquali gradu conſanguinitatis, (prout quotidie contingit) cæteris oppoſitoribus præferatur. Et dicendum eſt quod ſi ad capellaniam concurrant duo conſanguinei teſtatoris in æquali gradu, quod ille eſt præferendus, in quo concurrant vna ex qualitatibus ſequētibus. Prima, quod vnus ſit præſentatus à patrono capellaniæ, alius non:
27 quia ordinarius tenetur conferre capellaniam conſanguineo à patrono præſentato, alias prouiſio erit nulla. cap. ex inſinuatione, de iure patr. cap. decernimus. 16. quæſt. 7. cap. illud, de iure patronatus, tradit Corn. conſ. 47. num. 9. volum. 3. Guido Pap. quæſtio. 374. & hæc eſt communis opinio, ſecundum Rolandum à Valle, conſ. 47. nume. 22. volum. 1. Et ſi fuerint plures patroni, & vna pars illorum præſentauerit, & nominauerit vnum conſanguineum, & altera alium, tunc conſiderari debet dignitas præſentati, vt
28 magis dignus præferatur minus digno, vt in cap. 1. vt eccleſiaſtica beneficia, ibi, *debuiſti in perſona magis idonea diſpenſare*. cap. ſi forte, cap. Metropolitano, 63. diſtin. cap. Moyſes. cap. licet ergo, 8. quæſt. 1. cap. cum in cunctis, de electione. cap. 3. cap. ſignificaſti, de foro compet. Et ſi ambo ſint idonei, ætate, moribus, prudentia, doctrina, & alijs rebus, eligēdus eſt ex his magis idoneus, vt traditur in Concil. Trident. c. 18. ſeſſ. 24. & in c. conſtitutis, 46. de appellationibus, vbi etiā
29 cautum eſt, quod talis prouiſio non impediatur, vel ſuſpendatur, etiam ſi appellatio interpoſita fuerit, & ita fit & practicatur, & faciunt pro hac ſententia tradita nouiſſime per Gutierrez, lib. 2. canonicarum quęſtion. cap. 11. num. 25. per totum, quæ ſunt conducibilia ad cauſas capellaniæ, vt fiat prouiſio appellatione experta, licet in regali Cancellaria per modum violentiæ aliquando tales prouiſiones reſcinduntur, aliquando non, prout iudices ſupremi arbitrantur: licet melius eſſet, vt interpoſita appellatione prædictæ collationes non impedirentur, quia lite pendente bona diſſipantur, & vltima teſtatoris elogia ſuſpenduntur, & animarum ſuffragia. Debet etiam conſiderari, da-
30 ta paritate, nobilis generis. l. 18. tit. 9. par. 2. ita vt magis nobilis ſemper præferatur minus nobili, argum. tex. in cap. de multa, verſi. circa, in fi. de præben. ibi, *circa ſublimes, & literatas perſonas*, vbi eſt arguendum ab ordine literæ, vt nobiles magis præferantur, argum. tex. in capit. conſtitutus, de appel. l. fi. ff. de fide inſtrumentor. ibi, *& amplioris honoris inferiori præfe-*

Digitized by Google

præferendis, & tradit Ludouicus Gomez, in regul. de
annal. poſſ. quæſt. 37. & Molina, lib. 2. de Hiſpanorũ
primogen. c. 5. nu. 65. & Staphyleus, ſupra, & Anton.
Cuchus, lib. 2. inſtitutionum maior. tit. 6. num. 407.
& dicit Bal. in l. ne nulli, C. de aduocat. diuerſor. iudi
cum, quod data paritate perſonarum ſemper debet
præferri ille, qui deſcendit à nobiliori ſanguine, per
tex. in l. ſi cohortalis, C. de cohortal. lib. 12. Lucas de
Penna, in l. mulieres, C. de dignitati. libro 12. Tira-
quellus, de nobilitate, ca. 20. num. 1. & 2. Rodericus,
Zamorenſis, in ſuo ſpeculo humanæ vitæ, libro 1. ca.
7. Caſſaneus in Catalogo gloriæ mundi, 8. par. con-
ſid. 31. & 36. Cotta, in memorabilibus, verb. nobi-
lis, Conradus, de decurionibus, c. 10. num. 6. Otalo-
ra, de nobilitate, 2. par. c. 4. num. 2. & in 5. part. c. vlt.
num. 9. Palatius Rubeus, in rub. cap. per veſtras, §. 9.
nu. 7. Aneud. in cc. prætorum, c. 19. num. 17. Auiles,
c. 4. gl. *de cumple*, Gregor. in l. a. tit. 9. glo. 4. & l. 2. titu
lo 18. verb. *de buen linage*. p. 2. Didacus Perez, in l. 1. ti
tu. 1. lib. 4. ord. Simancas, de repub. lib. 5. c. 3. Sarmiẽ-
to, lib. 4. ſelectarum, c. 16. Molina, lib. 2. de Hiſpan. c.
5. num. 66. Gutierrez, cõſ. 37. Segura Daualos, in ſuo
31 directo. 1. p. c. 2. Et ratio eſt, quia qui decoratur nobi-
liori genere, melior præſumitur, gl. in l. cum vnus, de
32 alimen. & cibarijs legatis. Nobilitas enim deuiat a
malo, & inclinat ad bonum, gloſ. in c. illud, 40. diſt.
Romanus, ſing. 726. Decianus, reſp. 8. nu. 22. & reſp.
23. num. 93. Cæphalus, conſ. 325. num. 35. Hier. Ga-
briel, conſ. 169. num. 8. & plures allegat Burſ. conſil.
311. num. 60. & Bobadilla, in ſuis Politicis, lib. 1. ca.
4. num. 17. cum ſequentibus, vbi plures refert aucto-
ritates ſacræ paginę, vnde præſumitur, quod in eccle-
ſia Dei, meliores & vberiores fructus faciet nobilis
quam plebeius, vt ſatis clare experientia (quæ eſt rerũ
omnium magiſtra) docet, & tradit Matienço, in dialo
go relatorum, 3. p. c. 59. nume. 7. Otalora, de nobil. 5.
par. prin. c. fin. Segura, Daualos, in direct. iud. eccleſ.
1. par. c. 2. num. 1. Azeued. in curia Piſſana, lib. 1. cap.
33 12. num. 21. Rurſus debet conſiderari, quod capella
nus ſit illius loci, vbi teſtator fundauit capellaniam,
non vero extraneus, quia præſumptio eſt, quod natu-
rales & originarij melius reſident in beneficijs & ca-
pellanijs, quam exteri, qui cum magna difficultate re
linquunt dulcem & amabilem patriam, & ſic iuſta
ratione, naturales & originarij præferri debent. Ita te
net Abb. in c. ad decorem, de inſtit. Gomez, in reg. de
idiomate, quæſt. 1. Roland. à Valle, conſ. 47. num. 67.
vol. 1. & Paulus Pariſ. conſ. 38. num. 11. vol. 4. & Spi
no, in ſpec. teſtam. gl. 3. prin. tit. de capellanis, nu. 72.
& Anton. Cuchus, in inſtitutione canon. lib. 4. titul.
de electione, el 1. nume. 88. Gregorius, in l. 13. titul.
15. verb. *fijos de la igleſia*, & in l. 1. tit. 11. verb. *de los
ſuyos*, p. 2. & aſſignat rationem Mieres, de maioratu,
1. p. quæſt. 51. nu. 28. Azeuedo, qui allegat rationes,
in l. 14. tit. 3. nu. 8. lib. 1. recop. & facit pro hac ſenten
tia dicta l. 13. ibi, *los que ſon de aquel obiſpado*, Couar.
practicarum quæſtionum, c. 35. nu. 5. & infinitos do-
ctores allegat Zenedo, in collectaneo 56. ad decreta-
les, nu. 7. & Mandoſius, conſ. 55. Duennas, reg. 202.
Hojeda, de benef. incomp. 1. p. c. 23. ex nu. 84. Et pro
hac ſententia pondero tex. in l. fin. C. de offic. prætor.
ibi, *Sed hi tantummodo admittendi ſunt (vt dictum eſt)
qui hic domicilium fouent*, quia cauſa originis ſemper
34 præualere debet. l. aſſumptio, ff. ad municipal. gloſ. in
l. in adoptionem, C. de adoptio. Et ideo quando eccle
ſia eſt paſtore deſtituta, debet ſemper vnus eligi de ip
ſa eccleſia, c. ne pro defectu, 41. de electione, quia be-
ne meritis, ignoti, peregrini, & extranei præponi non
debent ad excluſionem eorum, qui bene ciuium ſuo-
rum merentur teſtimonium. c. nec è meritis. 63. diſtin
ctio. glo. in c. neminem, verb. ciuitatis, 40. diſt. & tra-
dit Rochus de Curte, in tract. de iure patron. verb. ho
norificum, quæſt. 18. nu. 45. & Cæſar Lamberti. de iu
re patro. in 4. art. 5. q. principali. 3. p. lib. 2. & Gutier-
35 rez, conſ. 2. num. 23. Maxime ſi pauper fuerit, quia in
duobus pręſentatis ad capellaniam (data paritate ido
neitatis) pauper præfertur diuiti. Ita Lamber. in ſupra
d. 3. p. lib. 2. art. 3. quæſt. 5. quem ſequitur Gutierrez,
ſupra, nu. 13. & Roland. à Valle conſ. 46. nu. 83. Præ-
terea poteſt cõtingere, quod aliquis ex oppoſitoribus,
ſit plurib. qualitatibus & prærogatiuis fulcitus: quia
36 eſt literatus, doctor, vel licentiatus, & tunc eſt præfe-
rendus, vt probat tex. in l. 2. C. de offic. præfecti præ-
torio Africæ, ibi, *prouidimus vnumquemque ſecundum
labores ſuos ad meliores, & maiores gradus, & ad maio
res dignitates perducere* l. 1. C. de officio magiſtri, ibi,
*vt is gradu cæteros antecedat, quem ſtipendia meliora,
vel labor prolixior fecerit anteire*, l. 10. tit. 15. p. 1. ibi,
el que fueſſe mas letrado, & Hieronymus Gigas, conſ.
3. nu. 14. Boerius in tractatu magni Cõſilij, vbi quod
dicit, Baccalaureus in vtroque præfertur baccalaureo
in altero iure tãtum, & ipſe præfertur ſcholari, & plu
ra alia congeſſit notabilia, à nu. 88. & 99. cauſa enim
eorum potior habetur, qui pluribus eodem tempore
ſuffragijs decorati ſunt. l. ſpurij, §. priuilegijs. ff. de de
curionibus. l. 1. & l. 2. ff. de albo ſcriben. & plura con-
geſſit Mexia, ad l. Toleti. 4. par. 1. fundamento, num.
24. & Staphyleus, de literis gratiæ & iuſt. in 7. concl.
de prærog. fol. 255. & Theologus præfertur alijs gra-
duatis, deciſio Rotæ Romanæ 301. in 2. par. nume. 1.
quod intellige, quando pullulant hæreſes, alias ſecus.
Ita Bobadilla ſupra, lib. 1. c. 6. num. 14. Boer. de aucto
rit. magni concilij, num. 88. vbi tradit quod canoniſtę
præferuntur legiſtis, & doctores in vtroque, doctori-
bus in vno gradu tantum: ita Caſſan. in Catal. gloriæ
mundi, 10. p. conſ. 33. Sfortius Oddi, conſ. 14. nu. 36.
Magna in iure reputatur qualitas gradus doctoratus.
l. magiſtros. C. de profeſſ. & med. lib. 12. c. quanto, de
magiſt. auth. habita, & ibi Reb. C. ne fil. pro patre. Po
teſt enim alia etiam qualitas conſiderari, veluti offi-
cia & dignitas, vt tradit Paulus Pariſius, vbi ſupra.
num. 17. Vltimo poteſt etiam qualitas ętatis conſide-
37 rari, nam ſi concurrant ſenex & iuuenis, (data parita
te in cæteris rebus) ſenex iuniori eſt præferendus. Ita
probat textus, in l. fin. ff. de fide inſtrumentorum, ibi,
*ſemper ſeniorem iuniori, & amplioris honoris inferiori
præferemus*, cui conſonat textus, in leg. 7. titulo 15.
parte 6. vbi Gregorius, verbo, *mas ancianos*, & tradit
Bartol. in l. cum quid, ff. ſi certum petatur, vbi Paul.
numero 8. Iaſon, numero 11. & tradit expreſſe Ro-
landus, conſilio 47. numero 70. volumine 1. Caſſa-
neus, in Catalog. glorię mundi, 4. parte, conſidera. 76.
& Gutierrez, conſilio 2. numero 30. & aſſignat ratio-
nem Flaminius, libro 5. de reſignatione beneficio-
38 rum, quæſtione tertia, numero 66. quod tamen limi-
ta, ſi iuniores ſint in maiori dignitate cõſtituti, vt tra-

dunt doctores, ſuprà in d.l.eum quid, vbi Iaſ.in 2.repetitã nu.24.vſque 45.& Mandoſ.in reg. Cancel.regul.16.q.17. Quæ omnia ſunt menti tenenda; cum quotidie in hac ciuitate Toletana contingant in praxi, & alibi non ſint ita congeſta.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum relictum ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, expirat relicto nepote.*

2 *Caſus de facto circa ordinationem*, de la hermandad vieja de Tolendo.

3 *Arbitrium iudicis, & coniectura teſtamentorum, multum operabuntur in quæſtione præſenti.*

4 *Teſtator non præſumitur habere maiorem affectionem ad filios, quam ad nepotes.*

5 *In uocatione facta de filijs, comprehẽduntur nepotes, maxime ſi deſcendant ex fundatore.*

6 *Prohibitio facta de filia, extenditur ad neptem.*

7 *Memoria ita conſeruatur in filio, ut in nepote.*

8 *Lex 8.tit.11.p.4 declaratur.*

9 *Prohibitio meliorationis facta de filia ex cauſa dotis, reſpicit bonum publicum.*

10 *Excluſa aliqua perſona, excluduntur ab ea deſcendentes.*

11 *Neptis non debet eſſe melioris conditionis quam eius mater.*

12 *Statutum prohibens aliquam donare in fauorem filiorum comprehendit neptes.*

13 *Matienzi opinio reprehenditur.*

QVÆSTIO DCXCIV.

Vtrum filiorum appellatione comprehendintur nepotes in legatis, & fideicommiſſis. Communis contra communem.

Vldi ſæpius de facto dubitari vtrum nepos ſit admittendus ad fideicommiſſum filijs relictum in hunc modum: *Inſtituo Titium heredem, & grauo eũ, ut ſi ſine liberis deceſſerit, reſtituat hereditatẽ meam Caio.* Iſte Titius vitam eum morte commutauit, relicto nepote ex filio prædefuncto: ſi enim appellatione liberorum comprehenditur nepos, non admittetur ſubſtitutus, ſi vero non comprehenditur, Caius in defectũ filiorum vocatus, ad hereditatem admittetur. Et par
1 tem affirmatiuam tenet Bart.in l.liberorum, num.5. de verborum ſignificat.& in l.Gallus.§.inſtituens, & ibi Alexander, & Iaſon, qui dicit communem, de liberis & poſthumis, idem Alexand.conſi.9. nu.2.vol.1. Barbac.conſil.10.libro 2.col.6. Socinus, conſil.166. nu.13.vol.1.& conſil.126. num.36. vbi dicit, quod Bartoli doctrina eſt magis communiter recepta, & ſequuta tam à modernis, quam ab antiquis; & ab ea in iudicando non eſſe recedendum tenet Cæphalus, conſil.262.nu.5.Socinus, conſ.17.num.2.lib.4. Gozadinus, conſ.4. & Molina, lib.1.de Hiſpanorum primogenijs, cap.6.nu.28. vbi dicit, quod in Hiſpanorum primogenijs, verbum *filiorum*, non ſolum nepotes, verum etiam alios deſcendentes in infinitum comprehendit, & ſequitur dicens communem Sfortius Oddi.conſil.19.per totum, & communem dicit Decius, conſi.391.Peregrina, de fideicõmiſſis, art.23. nu.45.
2 & pro hac ſententia facit text.in l.Lucius, ff.de heredibus inſtitu. l.Gallus.§.inſtituens, ff.de liber.& poſthumis, l.1.C.de condit.inſert.& hanc ſequitur Sfortius Oddi.conſ.91.per totum, & Gregorius, in l.8.titu.13.par.6.verb.*tal fijo*, in fine, Mieres, de maioratu, 1.par.q.15.per totam. Et pro hac ſententia ita de facto reſpondi circa intellectum cuiuſdam ordinationis, *de la hermandad vieja*, huius ciuitatis, in qua cauetur, quod filius fratris illius fraternitatis admittatur ſine ſolutione ingreſſus: dubitatum fuit, an admittatur ſine ſolutione ingreſſus nepos; & tenui quod ſic, ex prædicta reſolutione, & ita fuit receptus, de quo articulo vide Coſtam, in tractatu de maioratu bonorũ patrimonij, 2.p.nu.10. Facit tamen in contrarium Decius, conſ.372.nu.2. qui reſoluit, quod verbum, *filius*, prolatum à ſtatuto municipali, intelligitur ſtrictius, quam ſi a iure communi.

Sed in quæſtione principali plurimi ſunt ſcribentes, qui ſequuntur contrariam ſententiam, & ſic, quod in caſu præcedenti nepos non admittatur, ita conſuluit Alexander, conſi.1.nu.12.libro 1.& Corneus, cõſil.199.num.2. qui dicit, quod multi Italiæ doctores pro hac ſententia iudicarunt, & conſuluerunt, & iſtã opinionem non habere contradictorem dicit Decius, conſ.95.Tobias Nonius, conſil.33. num.26. & hanc eſſe veritatem dicit Baldus, conſ.186.vol.4. & iſtam opinionem eſſe communem, & magis communem tenet Socinus ſenior, conſi.104.vol.3.Bellon.conſ.50. num.5.Decius, conſ.95. num.5. & hanc opinionem eſſe veriorem & communiorem fatetur Alciatus, conſil.31.num.37.volum.6. & conſ.69. nu.7. & in l.filiusfam.§.Diui, num.47.ff.de legat.1.in quo articulo duas refert communes opiniones contrarias Anton. Gabriel lib.6.communium concluſ.tit. de reg.iur.cõ
3 cluſ.1.In hac igitur varietate opinionum, multum arbitrium iudicis operabitur, ex coniecturis teſtamentorum, & ex verbis ſcripturæ. Et prima opinio magis vera, & æqua videtur in dubio, cum non ſit credenda
4 dum, quod teſtator habuit maiorem dilectionem & affectionem ad filios, quam ad nepotes: præcipue ſi tẽpore diſpoſitionis, neq; filius, neque nepos erant procreati. ita Socinus iunior, conſil.124.nu.31.& Curt. iunior, conſ.1.nu.78. vol.3. qui dicunt eſſe communem, & Gozadinus, conſ.4.nu.31. ſi vero detur etiam
5 charitas affectionis, in vtroque caſu, veluti quãdo teſtator vocauit conſanguineos, & illorum filios, tunc abſque dubio & nepotes admittentur; ita Socinus iunior, conſ.116.num.13. quem refert & ſequitur Antonius Gabriel, lib.5.communium concluſionum, titulo de verborum ſignificationibus, concluſion.1. numero 37. & eſſe communem concluſionem reſoluit Curtius iunior, conſilio 3.numero 11. & ita ex facto fuiſſe iudicatum tenet Alciatus, in d.leg.liberorum, de verborum ſignificationibus, & ex noſtratibus Molina, libro primo, capit.7. numero 27. & 28. Gutierrez, libro 2. practicar. quæſtione 92. numero quarto. Si vero nepotes ſint deſcendentes ab ipſo fundatore, eſt res aperta, & ſine contradictore, vt tradit Manti.de coniecturis vltimarum voluntatum, libro octauo, capit.octauo, numero 16. & alias limitationes, & declarationes tradit Michael Graſſus, libro receptarum ſententiarum.§.fideicommiſſum, concluſio.10. nu.7. cum ſequen. Ex quibus in praxi poterit

adaptari

Digitized by Google

ff adaptari notabilis intellectus ad capit. 101. *de Madrid*, quod eſt l. 1. tit. 2. lib. 5. recopil. vbi prohibetur melioeari filia in tertia & quintaq; parte bonorum, ratione dotis. Et pulchrum dubium eſt, an illla diſpoſi-
6 tio, & legis prohibitio, extendatur ad neptem ea filia, & videtur quod ſic ea fundaméto ſupra relato, quod appellatione filiorum comprehendatur nepos: cum ſit eadem ratio, & diſpoſitio facta de filijs nepotes cóprehédit. l. filium habeo, ff. ad Macedonianum. l. vxorem, §. concubinæ, de leg. 3. l. Lucius, ff. de hæred. inſtitu. & tradit Bartolus, vbi ſupra, in d. l. liberorum, & Aleaander, conſ. 37. num. 14. lib. 6. Secundo, quia
7 quemadmodum familia & memoria conſeruatur in filio, ita etiam in nepote, vt in l. pronunciatio, §. familiæ, ff. de verborum ſignificationibus. Iaſon, in l. qui filiabus, nu. 21. ff. de lega. 1. Fulgoſius, conſ. 78. & Romanus, conſ. 139. Tertio, quia ſicut pater tenetur dotare filias, in l. fi. C. de dot. promiſſ. ita auus neptem, l. dotem quam dedit. ff. de collation. bonor. l. & ideo, §. fin. ff. de in rem verſo. l. profectitia, §. ſi filiusfam. ff. de
8 iure dot. leg. 8. tit. 11. parte. 4. & ibi Gregorius, verb. *el abuelo de padre*, de cuius legis intellectu agit Couarruias, in 4. Decretalium, 2. par. c. 3. §. 8. num. 7. & Gutierrez, practicarum quæſtionũ, liber. 2. quæſt. 10.
9 Quarto, comprobatur iſta ſententia, quia prohibitio meliorationis ea cauſa dotis, reſpicit bonum publicum, vt tradit Baeça, de non meliorãdis filiab. c. 7. nu. 16. Auendannus, de exeq. mand. reg. c. 14. nu. 7. Ergo virtualiter & à paritate rationis, prohibitio facta de filia, extenditur ad neptem. l. his ſolis. C. de reuocan. donationib. ibi, *ſatis etiam tacite cautũ putamus*. Quin
10 to, exclusa vna perſona, excludũtur & deſcendentes ab ea. l. 1. ff. ſi quis aliquẽ teſt. prohib. l. mulieri. ff. de condit. & demonſtration. l. cum quaſi. §. ſed etſi quis, ff. de fideicommiſſ. liber. & tradit Bart. in l. 2. §. videndum, ff. ad Tertull. & Tiraquellus, de primogenijs, quæſtio. 12. Et ſic cum filia ea cauſa dotis non poſſit meliorari, ſequitur quod neque deſcendentes ab ea, ſi filiæ ſint. Et in proprijs terminis iſtam ſententiam, tanquam dubiam, non determinauit Tellus Fernandez, ſed relinquit cogitandum, in l. 17. nu. 75. ſed affirmatiue iſtam opinionem tenet Rojas, in epitome ſucceſſion. c. 3. num. 26. & Baeça, de non meliorand.
11 filiab. c. 7. nu. 11. ex ea ratione, quia neptis non debet eſſe melioris cõditionis quam eius mater, in cuius locum ſucceſſit. l. ſi viua matre. C. de bonis matee. Curtius iunior, conſil. 44. num. 11. leg. hac edictali. C. de ſecund. nup. vbi præfinitio dotis ſeruari debet in perſona patris, vel matris, aui, & proaui. Et faciunt pro iſta ſententia, quæ copioſe traduntur per Tiraquel. in l. ſi vnquam, verbo. filios non habens, num. 11. C. de reuocand. donationib. Paulus, conſ. 448. lib. 2. qui reſoluunt, quod ſtatutum prohibens aliquem donare, in fauorem filiorum, ſeruari debet in habente neptes, quam rationem, & alias concludentes tradit Baeça, vbi ſupra a nu. 11. cum ſequentibus. Et (poſthæc ſcripta) hanc opinionem etiam relinquit cogitãdam Azeuedo, in l. 1. tit. 2. lib. 5. recopil. num. 14. in nepte ea filia, ſecus vero in nepte ex filio quod approbo, quia quemadmodum reſpectu filij nulla eſt in dicto cap. 101. prohibitio, ita neque in nepte ex eo procedente, quod non procedit in nepte ex filia, ex rationibus de quibus ſupra. Ex quibus conuincitur opinio Matiençi, contrarium ſentientis in d. l. 1. titulo ſecundo, glo. 2. num. 7. lib. 5. recopil. qui tenet contra Baeçam, ſupra & Pelaez, de maiorat. prima par. quæſt. 15. nu. 17. Et ſic indiſtincte verum exiſtimo, quod neptis ea filia non poſſit cauſa dotis meliorari, ex ratione de qua in dicto capit. 101. *de Madrid*, quæ generalis eſt.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis habet naturam contractus.*
2 *Donatio cauſa mortis, quoad ordinationem æquiparatur contractui, quoad effectum vltimæ voluntati.*
3 *Lex 55. Tauri, declaratur.*
4 *Mulier coniugata, abſque viri licentia non poteſt mortis cauſa donare.*
5 *Sub ſimplicibus continetur caſus mixtus.*
6 *A quo remouemus genus, remouemus & ſpecies.*
7 *Quod una uia denegatur, alia concedi non debet.*
8 *Referuntur doctores regni, qui tenent, quod uxor non poſſit donare cauſa mortis, abſque licentia uiri.*
9 *Contraria opinio, & auctores illius referuntur.*
10 *Liberatio non eſt contractus.*
11 *Ratio fundamentalis. l. 55. Tauri, eſt, ne fiat præiudiciũ marito.*
12 *Donationis cauſa mortis ea eſt natura, ut ad libitum quandocunque reuocari poſſit.*
13 *Ceſſante ratione finali legis, ceßare debet eius diſpoſitio.*
14 *Prohibitus contrahere, non eſt prohibitus donationem facere.*
15 *Mulierum genus auariſſimum eſt ad donandum.*
16 *Mulier facilius ſe obligat quam donat.*
17 *Quando conſenſus, uel licentia uiri reſpicit formam, non poteſt mulier ſine licentia donationem cauſa mortis facere.*
18 *Mulier coniugata ſine licentia uiri poteſt facere teſtamentum.*
19 *Inter uerbum obligandi, & contrahendi eſt differentia.*
20 *Prohibitus donare intelligitur inter uiuos, non uero cauſa mortis.*
21 *Generalis conſtitutio quoad donationes & contractus, non comprehendit donationem cauſa mortis.*
22 *Lex 4. & 5. tit. 11. p. 5. declarantur.*
23 *Lex fin. tit. 4. p. 5. declaratur.*
24 *Gregorij Lopez opinio reprobatur.*
25 *A uerbis legis recedendum eſt, quando reſultat prauus intellectus, ut mens legis conſeruetur.*
26 *Ratio legis eſt anima eius, & uerba ſunt corpus.*
27 *Ex multitudine auctorum, non eſt iudicandum.*
28 *Optimum & integrum iudicium eſt, quod plurimorum ſententijs comprobatur.*
29 *Opinio doctorum retorquetur contra eos.*
30 *Contractus factus per mulierem coniugatam (qui utilis eſt marito, & non præiudicialis) ualet abſque illius licentia.*
31 *Lex 5. Tauri, declaratur.*
32 *Filius in poteſtate patris conſtitutus, ſi fuerit ætatis legitimæ poterit facere donationem cauſa mortis.*
33 *Solemnitas & numerus teſtium, quæ requiritur in teſtamento, requiritur in donatione cauſa mortis.*
34 *Lex 69. Tauri, declaratur.*
35 *Donatio omnium bonorũ facta cauſa mortis ſuſtinetur.*

*36 Antonij Gomez opinio reprobatur tenentis, quod dona-
tio cauſa mortis, omnium bonorum non ualet.*

QVÆSTIO DCXCV.

*Utrum donatio cauſa mortis aſſimiletur magis contra-
ctibus, quam ultimis uoluntatibus. Communis
contra communem.*

NOtabilis eſt in iure noſtro quæſtio, an donatio
cauſa mortis, habeat naturam contractus, vel vl
timę voluntatis. Quod eſt magni effectus, pro declara
tione l. 55. Tauri, qua cauetur, quod mulier coniuga-
ta non poſſit contrahere abſque licentia viri. Nam ſi
donatio cauſa mortis ſumit naturam contractus, cer-
tiſſimum eſt quod non poterit contrahere, ſi vero hęc
donatio vltimæ voluntati æquiparetur, res eſt aperta,
& ſine dubio, vt abſque mariti licentia mulier coniu
gata poſſit facere mortis cauſa donationem, in qua
quæſtione, tres contrariæ communes opiniones in iu
1 re reperiuntur. Prima enim ſcribentium opinio eſt,
quod donatio cauſa mortis habeat naturam contra-
ctus, quam dixit communem Boerius, deciſ. 34. num.
12. & Michael Craſſus, receptarum ſententiarum, §.
donatio cauſa mortis, q. 2. nu. 1.

Sed contrariam opinionem, quod hæc donatio
mortis cauſa, aſſimiletur vltimis voluntatibus, tenet
Hippolytus, ſing. 136. Ripa in l. ſciendum, ff. de lega.
1. Iulius Clarus receptarum ſententiarum. §. donatio,
quæſt. 5. & verior, & communior appellatur ab Hip-
polyto, ſupra, in qua doctorum varietate quæ lam di-
ſtinctio & concordia adhibetur (quæ tertia opinio po-
teſt appellari) de qua per Baldum, in l. hac conſultiſſi
ma, C. qui teſtamentum face. poſſunt, vbi diſtinguit,
2 quod donatio cauſa mortis, quoad ordinationis mo-
dum, & formam, æquipararetur contractibus, cæterum,
quoad effectum, & efficaciam, vltimis voluntatibus.
Quam diſtinctionem, & opinionem dicit communē
Guillermus Benedictus, in c. Raynutius, de teſtamen
tis, verbo teſtamentum, 4. num. 34. Pariſius, conſ. 97.
num. 5. volum. 3. & communem etiam appellat Alcia
tus, in l. 2. num. 10. ff. de verborum obligationibus. &
magis communem dicit Hippolytus Riminaldus, in
principio, de donationibus, num. 238. & 572. Couar-
ruuias, in rubr. de teſtamentis, 3. parte, num. 1. Anto-
nius Gomezius, ſecundo tomo, variarum reſolu. cap.
4. numero 16. Ex qua reſolutione inferunt doctores,
quod ſi ex forma ſtatuti, mulier vel minor nō poſſint
contrahere ſine licentia propinquorum, quod non
poſſint facere donationem cauſa mortis. Quam opi-
nionem dixit communem Socinus iunior, in lege ſe-
cunda, numero 48. & ibi Ripa, numero decimo, ff. de
legat. 2. Pariſius, conſil. 97. numero 4. volum. 3. Hip-
polytus, in principio, de donationibus, vbi dixit eſſe
communem opinionem, numero 589. Couarruuias,
in rubric. de teſtamentis, 3. parte, nu. 12. Et ſic hodie
3 in noſtro regno ſtante l. 55. Tauri, cum mulier coniu
gata, non poſſit facere contractum ſine licentia viri, ſe
quitur, quod neque donationem cauſa mortis, quam
quæſtionem intendo latiſſime explicare, quia multo-
ties contingit de facto, & ſæpius de ea fui interroga-
4 tus. Et in primis, pro parte negatiua, quod non valeat
talis donatio cauſa mortis facta a muliere coniugata,
ſine licentia viri, faciunt ſequentia fundamenta. Pri-
mum, quia (vt ſupra traditum eſt cum communi opi-
nione) huiuſmodi donatio magis aſſimilatur contra-
ctibus quam vltimis voluntatibus. Ita tradit glo. ce-
lebris, in l. ſecunda, & ibi Bartolus, ff. de dote præle-
gat. idem Bartolus, in l. tam his. §. 1. ff. de donatio. cau
ſa mort. ergo cum aſſumat magis naturam cōtractus,
ſequitur quod prohibitio contractus comprehendit
donationem cauſa mortis, qui eſt caſus mixtus. argu-
mento textus, in l. quæritur. ff. de ſtatu hom. l. legatis
5 ſeruis. §. vnus. ff. de legat. 2. In quacunque igitur ma-
teria, ſiue fauorabili, ſiue odioſa ſub ſimplicibus con
tinetur caſus mixtus. l. interdum. §. quod ait, ff. de his
qui notant. infamia. l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt
ſui. l. ſi quis in puteum, §. illud. ff. quod vi aut clam. l. ſi
ita facta, ff. de iniuſto, rup leg. ſed etſi per prætorem.
§. ait prætor. ff. ex quibus cauſis maiores. Rurſus facit
6 pro iſta ſententia, quia a quo remouemus genus, re-
7 mouemus etiam ſpecies, ne quod vna via denegatur,
alia ſimili concedatur. l. filiusfamilias, §. pari autem ra
tione, ff. de donationibus, ergo ſimiliter in noſtra ſpe
8 cie dicendum eſt idem. Quam ſententiam (ex docto-
ribus regni) ſequuntur Couarruuias, in rubrica de te
ſtamentis, tertia parte, numero 12. (qui alios refert &
ſequitur) idem tenet Xuarez, allegation. 20. verſicu.
præterea, Antonius Gomezius ſecundo tomo varia-
rum, cap. 4. numero 16. verſiculo quinto infero. Mie-
res, de maioratu, prima parte, quæſtione 2. numero 8.
vbi dicit, quod apud Hiſpanos eſt tenenda hæc opi-
nio cum verba legis Tauri ſint prohibitiua, & vni-
uerſalia, Villalobos, in Antinomia iuris. litera D. nu-
mero 203. Molina, de Hiſpanorum primogenijs, li-
bro 2. cap. 9. num. 3. Angulo, de meliorationi. in l. 2.
glo. 1. numero 3. Gutierrez, de iuramento confirma-
torio, prima parte, cap. 13. numero 9. & practicarum
quæſtio. 1. parte, libro ſecundo, quæſtione 21. vbi ex
profeſſo latiſſime quæſtionem iſtam diſputauit, can-
demque ſequitur Azeuedo, in l. 2. tit. 3. numero 66.
ampliat. 21. libro quinto recopilat. Ciſuentes, in l. 55.
Tauri, dubio 11. Iulius Clarus, libro quarto ſentēria-
rum, §. donatio, quæſt. 5. num. 1. qui omnes intrepide
reſoluunt, quod iſta ſit vera & communis opinio, &
quod ab ea non eſt recedendum in iudicando & con
ſulendo.

Sed contraria opinio, magis vera de iure regio mi
hi videtur, imo quod mulier coniugata poſſit abſque
mariti licentia facere donationem cauſa mortis, &
eam reuocare toties quoties voluerit. Et primo pro
hac opinione facit, quia in hac lege 55. Tauri, non
cauetur, quōd mulier coniugata non poſſit facere
donationem, ſed illud tantum, quod non poſſit
facere contractum. Sed ſic eſt, quod donatio non
eſt contractus, ergo ſequitur manifeſte, quod non
eſt prohibita facere donationem. Antecedens pro-
batur, quia contractus eſt vltro citroque obliga-
torius. l. lege Labeo, §. contractus, de verborum
ſignificationibus, lege prima, ff. de pactis, in dona-
tione vero non eſt reciproca obligatio, ſed ſolum do-
nantis, lege prima, ff. de donat. l. Senatus. §. ſed mor-
tis. ff. de donation. cau. mort. & ſic de primo ad vlti-
mum, manifeſte comprobatur, quod illius legis de-
terminatio, non procedat in donatione cauſa mortis,
maxime quia illius effectus confertur in tempus ſo-

luti

luti matrimonij, & ſic ad tempus habile, l.ſi ſeruum,
§.fin.ff.de donatio.inter vir.& vxor.l.in tempus,ff.de
hæredib.inſtitu. ex qua ratione dicebat Bald. in l.ſiue
apud acta, verſic.vlterius nota, C.de tranſact.quod ſi
ſtatuto caueatur, quod non valeat contractus factus à
muliere coniugata, abſque licentia viri, vel conſenſu
propinquorum,quod illud non habet locum in libe-
ratione facta per mulierem,eum liberatio non ſit con
10 tractus,quod ſequitur ibi Alex.& in l.more,ff.de ac-
quir.hered.& Iaſ.conſ.53.in fi.vol.1. Secundo com-
11 probatur hæc ſententia, quia ratio fundamentalis,&
veriſſima,in qua fundatur diſpoſitio d.l.55.ea eſt,vi-
delicet,ne fiat marito præiudiciũ in rebus dotalibus,
quod quidem contingeret,ſi mulier ad libitum,ſine li
centia viri poſſet facere contractum, ita optime decla
rat Lara,de alimentis,in l.ſi quis à liberis, §.ſi quis ex
his,à nu.238.& 241.& Menchaca,lib.1. controuer-
ſiarum vſufrequentium, c.11.nu.3. Quæ ratio ceſſat
12 in donatione cauſa mortis, qa illius natura eſt, quod
poſſit reuocari ad libitum,& quod non ſumat effectũ,
13 niſi poſt mortem donantis,& ſic cum ceſſet ratio fi-
nalis, debet ceſſare legis dipoſitio.text.in l.adigere,§.
quamuis,ff.de iure patrona. c.ceſſante, de appellatio.
Tertio,comprobatur iſta mea ſentẽtia, ex l.interdum,
ff.de precatio,ibi, *magis enim ad donationes et beneficij
cauſam, quam ad negotij contractum, ſpectat precarij
14 conditio.* Ex quo textu colligunt doctores,quod pro-
hibitus contrahere, nõ eſt prohibitus donationem fa-
cere,ita tradit Imola, in l.5.de verbor.obligatio. Cu-
31 *Caſus contingens præter diſpoſitionem diſponentis, non includitur ſub diſpoſitione, etiamſi ſit maior ratio, vel æqualis.*
32 *Extenſio non eſt facienda de vna perſona grauata, ad non grauatam.*
33 *Prima opinio defenditur ab auctore.*
34 *Maioria eſt fauorabilis, & non odioſa.*

QVÆSTIO DCCXXV.

Vtrum prohibitio alienationis, facta fauore familiæ, inducat perpetuum fideicommiſſum. Communis contra communem, & quid iure regio.

SAtis confuſe loquuntur doctores in hac materia,
& præſertim in quæſtione propoſita, quæ optime
declaratur per Anton.Gabrielem, lib.4.communi. titul.de fideicommiſſ.concluſio.9. vbi varijs modis diſtinguit & ſubdiſtinguit, vt facilius veritas elucide-
1 tur. Et in primis veriſſima & receptiſſima ſententia eſt, quod quando prohibitio alienationis facta eſt ſimpliciter, cũ hac adiectione, vt res in familia maneat, inducatur perpetuum fideicommiſſum. Ita tenet Socinus, in l.qui Romæ.§.coheredes, verſ.quartus, & vltimus caſus.ff.de verb.obligat. & in l.ſi cognatis, de rebus dub.& conſ.13.vol.3. & Alex.conſ.56.vol.1. vbi dicit omnes doctores ita tenere, idem docet Curtius ſenior conſ.64.Pariſ.conſ.88. vol.2. & conſ.17. vol.3.& conſ.18.volum.2.Gratus, conſi.106. & cõſ. 163.vol.2.Ruynus, conſ.208.vol.1.& conſ.196.vol. 2.& conſ.28.vol.3.& pro hac ſententia eſt gloſſ.in l. codicillis, §. inſtitutus.ff.de leg.2.& plures pro communi refert & ſequitur Petrus à Petra, in tract.de fideicommiſ.quæſtione 5.num.43. & 44.vbi dicit veriorem & magis communem: alios etiam refert & ſe-
2 quitur Anton. Gabriel, vbi ſupra num.11. Et hæc eſt ſuſtentabilis opinio etiam in maioratibus Hiſpaniæ, vt cenſeatur perpetua maioria inter omnes de familia, per prohibitionem alienationis, ita quod de filio in filium primogenitum, ſemper bona alienari prohibita deueniãt. Et pro hac ſententia eſt bonus tex. in l.pater filium.§.fundum.ff.de legat.3.l.fin.vbi notat Bar.ff.ad Trebel.l.pronunciatio, §.familię.ff.de verb.
3 ſign.& dicit communem Burgos de Paz, conſilio 44. nume.10.vbi reſoluit, quod non inducatur fideicommiſſum perpetuum per verba enunciatiua, vel diſpoſitiua, & quod ſemper cenſendus eſt vnus alteri grauatus reſtituere. Ita Roder. Xuarez, in l.quoniam in prioribus, limit.11.C.de inofficioſ.teſt. Molin. lib. 1. de Hiſpa.primog.c.4.nu.13. Pinelan l.1.C.de bon. mater. 3.par.nu.99. Mieres, de maiora.2.par.q.5.nu. 4.& q.6.nu.72.qui adducit pro hac ſententia tex. in l.6.ti.11.p.6.ibi, *que no la pudieſſe vender ni enegenar, mas que ſiempre ſinque el y a ſus herederos*, & ratio eſt,
4 Quia in hoc verſatur publica vtilitas, & conſeruatur & perpetuatur memoria conſtituentis, vt cõſiderauit Bologninus, cõſ.92.& Romanus, conſ.19.& 459.& ita fuiſſe iudicatũ dicit Iaſ.in l.filiusfamilias. §. Diui. in 2.lectur.numero 152.& ſequitur Duennas, regul. 39.numero 3. idem tradit Couar. lib.3. variar, cap.5. num.5.

5 num.5.vnde ſi teſtator dicat: Conſtituo maioratum,
hoc ſufficiet, vt in perpetuum omnes primogeniti cẽ
ſeantur vocati, vt non deficiat in perſona vnius pri-
mogeniti, ſed habebit tractum ſucceſſiuum ad om-
nes, vt tradit Molin. vbi ſupra, num.14. Paul.conſil.
164.volum.2.Gregor.Lopez, in l.2.titu.5. verb.*ma-*
ior, colum.3. par.2. in verſ.item pone quod quis, &
plene per Burgos de Paz, in proœmio legum Tauri,
num.88. & in conſil.29.nu.76.& in ſuis quæſtioni-
bus, quæſtione 2.nu.74.in fine, (& per totum) Palat.
6 Rub.in cap.per veſtras, de donat.§.69 num.21. Nec
enim nouum eſt in iure, quod ex vnica verborum cõ
ceptione plures ſubſtitutiones comprehendi poſſint.
l.coheredi.§.qui diſcretas, ff.de vulgat. vbi notat Are-
tin.& ſequitur Molin. vbi ſupra, nume.16. Quæ opi-
7 nio fulcitur, quia prohibitio alienationis eſt realis,
cum grauamen ſit in rem ſcriptum, & ſic afficit ipſas
res, vbicunque vadant, ita Bal.in l.precibus.C.de im
pub.tea.in authen.contra eum rogatus, C.ad Trebel.
& in l.iubemus.C.eod.titu.ibi, *nepotibus vel neptibus,*
pronepotibus, vel proneptibus ſuis, ſiue deinceps reſtitue
re hereditatem, l.fideicommiſſa.§.hæc verba. ff.de le-
gat.3.ibi, *tamen ea prædia in nepotibus poſt mortem pa*
tris eorum fideicommiſſi videatur continere. vbi fideicõ
8 miſſum inducitur perpetuum, ex quo diſpoſitio eſt
realis.l.cum pater.§.instituto. ff.de lega.2.l.cum ita.
§.in fideicommiſſo.ff.eodem titu.ibi, *& poſt eos om-*
nes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerunt. Quæ om
nia confirmantur ea doctrina Iſerniæ, in c.qui etiam,
in tit.epiſcopum vel abbatem in feud. vbi concludit,
9 quod conſtitutio inueſtituræ in dubio præſumitur
realis, & non perſonalis, & quod non ſolum continet
primum ſucceſſorem, ſed etiam omnes ſucceſſores in
infinitum, quem ſequitur Sigiſmundus in paraphra-
ſtis feudalibus.cap.1.§ fin.columna 2.eod.titul. Vn-
de merito dicendum eſt, quod perpetuo bona debeant
remanere cum onere fideicommiſſi perpetui, in agna
tione: ita gloſſ. communiter recepta, in l.quoties ab
omnibus.C.de fideicommiſſ. vbi notat Bal. idem Bal.
in d.l.filiusfam.§.Diui.ff.de legat.1. Barbac.conſilio
27.lib.1.quam gloſſam dicit ſingularem, & commu-
niter approbatam Loaces in d.§.Diui, num.140. &
148.Tiraquel.de retractu, in præfat.nume.39.& ean
dem gloſ. dicit communiter approbatam Peralta, in
l.3.§.qui fideicommiſſariam, num.30. ff.de her.inſti.
& eam commẽdat Molina lib.1.de Hiſpanorum pri-
10 mogen.cap.11.num.18.ex quibus venit intelligen-
da l.44.titul.5.par.5.vbi notat Gregor. Lopez, verb.
razon guiſſada. Ruſus comprobatur iſta ſententia,
11 quia omnis diſpoſitio teſtatoris, potius debet cenſe-
ri perpetua quam temporalis.l.ſufficit. ff. de condict.
indebiti.cap.cum veniſſet.de inſtitutio. gloſſ. in cap.
fin.verb.perpetuus, de reſcrip.lib.6.& plura congeſ-
ſit Palat.Rub.in rubric.de donatio.§.69.num.35. &
ſequitur Gregor. Lopez, in d.l.2.titul.15.par.2.verb.
el mas propinquo, Couar.lib.3.variarum, c.5.num.4.
& Padilla, in l.voluntas, nume.25. C. de fideicom-
12 miſ. vbi dicit, quod omnis prohibitio facta à teſtato-
re, de non alienando, eſt perpetua: ita Corn.cõſ.229.
lib.3. Decius, conſ.23.num.4. & conſilio 315. Craue
ta, conſilio 113.num.5. lib.1. Molin. vbi ſupra c.4.
num.28.& c.18.per totum. Quia eo ipſo quod teſta-
tor vult conſeruationem ſuæ familiæ, prohibitio alie
nationis procedit in infinitum, Cæphal. conſil.114.
13 num.31.lib.1.& conſ.134.num.38. Quia conſerua-
tio familiæ non poteſt dari in vno.l.cum ita legatur.
§.in fideicommiſſo.ff. de leg.2.leg.in ſubſtitutione.ff.
de vulgari.l.inter Caſtellianum.ff.de arbit. quod de-
clarat Molina, lib.3.cap.1. num.20. cum ſequent. &
Octauian. Cacheran. in deciſ. Pedem. deciſ.50.nu.
nu.14. Pariſius, conſ.92.num.37.lib.2.& dicit com-
munẽ Couar. vbi ſupra, & plures Doctores antiquos
& modernos, tenentes hanc opinionem, refert & ſe-
quitur Burgos de Paz, quæſt.2. num.115. vſque ad
num. 121. vbi per plura fundamenta ſequitur hanc
opinionem.
14 Sed his non obſtantibus, contrariam opinionem
(imo quod non inducatur fideicommiſſum perpe-
tuum, etiam per clauſulam diſpoſitiuam, niſi in caſu
vendiционis, cum tunc contraueniatur voluntati te-
ſtatoris) tenent Alex.in d.l.qui Romæ.§.cohæredes,
colum.2.& poſt eum Socinus ſenior, ibidem, & in
conſ.227.lib.2.& conſi.231. vbi dicit communem,
idem tenet Ripa, in dicta l.filiusfam.§.Diui, nu.123.
vbi Alciatus, numero 41.& 53. Curtius iunior conſ.
22.num.20.& 161.& 167.& conſ.145.nume.8. &
conſi.43.num.9. & conſ.114.vbi dicit communem
opinionem, quam ſequitur Curtius ſenior, conſ.40.
num.18. Decius conſ.218.num.48.lib.2.& 427. nu
me.7.& 377. nume.6.vbi de communi, Socinus iu-
nior, conſ.170.num.48.lib.2.& conſ.30.num.9. lib.
4.Ruinus, conſ.128.num.12.lib.1. & 89.num.14.li
bro 2.& conſi.96.num.14.& 15.& conſ.147.nu.2.
lib.2. Cæphalus, conſ.134.nume.39.& conſ.275.nu
me.6.volum.3.& conſ.330.num.29.lib.3. qui dicit
communem opinionem, quam ſequitur Couar.in ca-
pit.Raynaldus, num.8.de teſtam. & ſic fuit determi-
natum per deciſionem Pedemontanam.50 & ſequi-
tur Crotus, conſ.52.a num.8.volum.1.& conſ.65.li-
bro 1.& Plotus, conſ.14. vbi dicit communem Silua
nus, conſ.6.lib.1.Rolandus à Valle, conſ.34. nume.
65.volumne.4.& conſi.23. nume. 9. volum. 3. Pro
qua opinione conſuluit Ioannes Botta, conſi.51. per
totum, vbi num.27. dicit, quod hæc opinio eſt magis
crebrior & tenenda, vbi aſſignat rationes & funda-
menta. Menoch.conſ.85.nu.103.& conſ.274. num.
46.lib.3. Burſatus, conſil.97.nume.13. & 17.lib.1.
vbi de communi, & conſ.51.nume.39. lib.1. Sforti.
Odd.conſ.68.nu. 9. & hanc dicit magis communem
opinionem idem Burſatus, conſ.195.nu.5.& 6.libro
2.& conſ.243.nu.9. lib.3.& conſ.337.nume.61. &
62.eod.lib. Bertrand.conſ.18.qui dicit veriorẽ & ma
gis communem, Mantica, poſt longam diſputationẽ,
in tract.de coniect. vlt.volun.lib.6.tit.14.nu.25. Ri-
minal.conſ.279.num. 35.lib.3. vbi dicit omnes do-
ctores ita tenere, Albanus, conſ.1.num.12. Bolog.con
ſil.15.numero 54.Couar.lib.3.variar.cap.5. num.4.
Ex quibus hæc videtur receptior & communior opi
15 nio, quæ confirmatur ex ſequentibus. Primo, quia ſi
teſtator voluiſſet facere maioratum, vel fideicom-
miſſum perpetuum quo ad omnes ſuos deſcenden-
tes, cum clauſulis & ſubſtitutionibus, & vinculis
conſuetis, facile id expreſſiſſet, & quia non fecit, ha-
betur pro omiſſo, prout arguit Decius, conſ.416. nu-
me.17.& conſil.66.colum.2. Curtius ſenior, conſilio
29.qui loquitur in maioratibus Hiſpaniæ, & Craue-

ta,conſ.161. num.8.lib.1. Alex.conſ.17. nu.12.lib.
7.Boer.deciſ.155. Tiraq.in l.ſi vnquam, verb.liber-
tis,num.3.C.de reuocand.donat.Ergo cum caſus iſte
16 ſit omiſſus,clarum eſt, quod remanet ſub diſpoſitio-
ne iuris communis,vt in l.commodiſſime. ff.de libe.
& poſthum.l.ſi extraneus.ff.de cond.cau. dat.l.cũ do
tem,in princ.ff.ſoluto matrim. & ſic bona præſumun
17 tur libera & allodialia, & non ſubiecta reſtitutioni,
vt in c.1.ſi de feu.fuerit controu. inter dom.& agnat.
& eſt communis opinio, vt pluribus citatis reſoluit
Ant.Gabr.lib.3.commu.concl.tit.de feud.concluſ.3.
Burſat.conſ.46.num.26.& Malcard.in tract.de pro-
bat.vol.1.conſ.79.& in maioratibus Hiſpaniæ idem
tenet Roder.Xuarez,in l.quoniam in prioribus,lim.
13.C.de inoffic.teſtam.& Molin.lib.1.de primog.c.
18 11.n.11. Quod quidem maxime procedit,quia alias
reſultaret inæqualitas inter filios,quod iura abhorrẽt.
l.inter filios,C.fam.erciſ.& ibi Bal. & tex.in auth.de
reſtit.fideicom.§.nos igitur, collat.9. & ita tenet Pa-
lat.Rub.in c.per veſtras.§.26.nu.20.de donatio.Go-
mez Arias,in l.40. Tauri, nu.38. & Craueta,conſil.
180.lib.1.Guill.Ben.in c.Raynutius,verb. in eodem
teſtamento relinquens,el 1.nu.176. & plures docto-
res pro hac ſententia refert Tiraq.de iure primogen.
19 q.4.nu.11. & 12. & ſic quia reſultaret inæqualitas,
20 iudicatur tale fideicõmiſſum odioſum, & quia omnis
continet.l.coheredi.§.cum filiæ.ff.de vulgari. Vnde
nimirum ſic ſit facienda interpretatio, vt remoueatur
fideicommiſſum,quam vt inducatur, vt tradũt docto-
res,vbi ſup.& Crau.conſil.98.nu.14.Burgos de Paz,
conſ.34.nu.19.Cæph.conſ.43.nu.11.lib.1. Sim. de
21 cath.inſt.c.9. nu.126. Rurſus confirmatur iſta ſentẽ-
tia,quia conditio appoſita in vno gradu ſubſtitutorũ,
non cenſetur repetita in ſecundo.l.ſub conditione.ff.
de hered.inſtit.l.fi.§.Seio,de leg.2.vbi glo.1. Imo &
22 quod plus eſt, ratio conſeruandę familiæ & agnitio-
nis limitatur, & reſtringitur reſpectu nominatorum,
& non aliorum,ita Bald.(per tex.illum)in l.ſed & mi
lites.ff.de excuſ.tutor. quem ſequitur Decius,conſil.
261.Molina(qui bene hoc declarat)lib.1.de primog.
23 c.5.nu.37.quia in dubio tale fideicommiſſum debet
cenſeri iniunctum primo heredi,& non ceteris perſo
nis,& filijs:ita Bar.in l.Cẽturio.ff. de vulgari,per tex.
in l.denique.§.interdum.ff.de pecu.lega.l.Proculus,
24 ff.de vſufructu legat.& ſic perpetuum fideicommiſ-
ſum eſſe non poteſt,quod perſonis,non rebus conce-
ditur.l.ſordidorum. C.de excuſ.muner. quam ad hoc
ponderat Albe.in ſuo dictio.verb.perpetuum.verſ.8.
25 Nec enim diſponens cenſetur diligere per viam ma-
ioratus vel fideicommiſſi perpetui,& vocare quos nõ
expreſſit nec nominauit.l.Lucius. §.Lucius Titius, el.
1.ff.de leg.2.& notat Paul.in l.ex duobus,ff.de vulga
ri.l.ſicut certi.in princ. C.de teſtam. milit.melior tex.
in l.qui habeat ff.de reb. dub. quem dicit notabilem
Anchar.conſ.27.ad hoc quod teſtator non videtur cõ
ſideraſſe perſonas,quas non expreſſit,& ſequitur Al-
ciat.reſp.134.nu.4.l.quæ cõditio,ff.de cond. & dem.
25 vbi diſpoſitio reſpiciens certas perſonas, non exten-
ditur ad alias.l. ſi vnus.§.ante omnia.ff.de pact.l.ſi q.s
ita.§.penult.ff.de teſta.tut.text.in l.Paulus. ff.de reb.
dub.l.fi.à contrario ſenſu.C.de verb. ſignif.vbi fidei-
27 commiſſum relictum familiæ non adiectis ſpeciali-
ter certis perſonis, omnib. de familia gradatim in in-
finitum debetur,quaſi dicat omnibus de familia non
deberi niſi aliquib. certis perſonis de ea relinquatur.
28 Pro qua ſententia eſt formalis tex. in l.qui ſolidum.
§.prędium.ff.de leg.2.vbi ſi pater filijs ſuis quoddam
prædium de iure fideicommiſſi relinquat,& eius alie
nationem prohibeat extra familiam, inquit textus, ꝙ
non obſtante tali fideicommiſſo,& alienationis pro-
hibitione,vltimus ex filijs, cui factum fuit fideicom-
miſſum,& cui fuit alienatio prohibita, poterit libere
de tali prædio diſponere, etiam in fauorem extraneæ
perſonę,& idem probat tex.in l.cum pater.§.libertis.
29 ff.eodem tit. Et ratio eſt,quia cum vltimus de fami-
lia prohibitorum alienat, non ſupereſt perſona, quæ
ſecundum mentem teſtatoris poſſit alienationem re-
uocare,vt alijs citatis reſoluit Roland. à Valle,conſil.
25.nu.19.lib.1. & facit etiam pro hac ſententia text.
in auth.de reſtitut. fideicommiſſ.§.nos igitur,collat.
30 9.vbi glo.& doctores notant,quod prohibitio aliena
tionis non extenditur vltra filium, idem tenet in l.fi-
liusfam.§.Diui.ff.de leg.1.Cynus,in l.voluntas,quę-
ſtio.fin.C.de fideicommiſſ.Bart.in l.Lucius.§.1.ff.de
leg.3.Decius,conſ.95. Alexan.conſ.56.lib.5.& hæc
eſt communis opinio ſecundum Couar.lib.3 variat.
cap.5.num.4. Tiraquel.de iure primogen. quæſt.40.
num.57.Molina,vbi ſupra,lib.1.cap.5.num.38. De-
cius,conſ.63.& 287.& 377.& 291.nu.6. qui loqui-
tur ibi, quando in diſpoſitione erant appoſita verba
31 generalia,quia tunc caſus contingens præter diſpoſi
tionem diſponentis,non includitur ſub diſpoſitione,
etiã ſi ſit maior ratio, vel æqualis, ex Cyno,in l.quod
fauore. C.de legibus,quam rationem expendit Cra-
uetta,d.conſ.161.num.10.& Paul.Pariſ.d.conſ.14.
32 num.10.lib.3.vbi dicit,quod non debet fieri exten-
ſio de vna perſona grauata, ad aliam non grauatam,
etiam ex veriſimili mente defuncti, Molin.vbi ſupra,
c.4.num.24.Ex quibus rationibus, & doctorum ſen
tentijs, hæc pars videtur ſatis iuridica & ſuſtentabi-
33 lis. Sed iudicio meo, prima opinio tutior, & magis
conſona voluntati teſtatoris eſt, qui ſemper intendit
facere maioriam perpetuam,quæ non eſt odioſa(vt ſu
34 pra diximus)imo eſt fauorabilis, vt probat text. in l.
1.§.penult.ff.de ventre inſpiciendo.l.2.tit.15.par.2.
quę iura ad hoc expendit Peralta,in l.3.§.qui fideicõ
miſſum,num. 121.ff. de hered.inſtit. maxime hodie
ex d.l.6.tit.17.p.6.prout ponderauit Mieres,de ma-
iorat. ſupra,nu.4. & iſta eſt magis communis opinio,
ſecundum Couar.d.lib.3. variarum. c.5.num.5. Pa-
dilla,in rub.C.de fideicommiſ.Caſtillo, in l.27. Tau-
ri,verb.*para ſiempre*, vbi Tellus Fernandez, num.....
Pinel.in l.1.C.de bon. maternis,3.par.nu.99.Rojas
in epitome ſucceſſionum.c.3.num.20. & 24. & 43.
& hanc dicit magis communem opinionem (alijs ci-
tatis)Burgos de Paz,iunior,in quæſtione 2.num. 36.
& ſenior,conſ.3.nu.42.& ſic ab hac opinione in quę
ſtione principali non eſt recedendum in iudicando
& in conſulendo,quam defendit Ioannes Garcia,plu
ribus rationibus & fundamentis,de Hiſpanorum no
bilit.gl.1.§.1.nu.29.verſi. & ita vidimus,& ita fuit iu
dicatum per ſenatum,vt tradit Anton.Gama,deciſ.
324. vbi additionator Blas Floren.de Mena, decla-
rat conſilium Oldradi 21. & plures refert doctores
in confirmatione huius veritatis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Collecta imponi poteſt emphyteutę eccleſiæ in caſu neceſſitatis publicæ.*
2 *Lex 2.C.de iure emphyteutico, exponitur pro prima opinione.*
3 *Vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
4 *Onus imponi poteſt perſonæ pro rebus.*
5 *Collectæ imponuntur poſſeſſoribus, non rebus.*
6 *Emphyteuta eccleſiæ dicitur rem eccleſiæ poſſidere.*
7 *Colonus grauari poteſt ratione fructuum.*
8 *Emphyteuta habet vtile dominium, & ius in re.*
9 *Bona eccleſiaſtica ratione vtilis dominij poſſunt à laicis collectari.*
10 *Contraria opinio negatiua in quæſtione principali defenditur de iure communi.*
11 *Fiſcus & eccleſia æquiparantur.*
12 *Emphyteutæ fiſci non tenentur ad collectas.*
13 *Nemo debet duplici onere grauari.*
14 *Eccleſia etiam per indirectum non debet grauari.*
15 *Eccleſię intereſt pinguia laudemia ab emphyteutis recuperare.*
19 *Emphyteuta eccleſiæ, quoad perſonam ſubeſt laicorũ ſtatutis, ſecus quoad bona.*
17 *Opinio quæ reſpicit fauorẽ eccleſiæ eſt tenenda in dubio.*
18 *Eccleſiaſticæ perſonæ tenentur tempore neceſſitatis ad collectas.*
19 *Lex 11.tit.3.lib.1.recopilationis ponderatur.*

QVÆSTIO DCCXXXI.

Vtrum emphyteuta eccleſię collectari poſſit à laicis. Communis contra communem, & quid iure regio.

1 DVbia & anceps apud ſcribentes quæſtio tractanda venit, quando ſumus extra caſus publicæ vtilitatis, veluti, belli, peſtis, refectionis põtium, fontis, & ſimiliũ, quia tunc collecta imponi poteſt, vt tradit Ripa, reſponſ.23.nu.6.de reſcript. Ægid. Thomat. in tracta.de collect. à char.85. vſque ad 111. & 150. & eſt l.54.tit.6.p.1.l.20.tit.32.par.3.l.11.tit.3.lib.1.recopil. vbi Azeuedo, Otalora, de nobilit.c.1.nu.11. Ioan. Garcia, glo.9.eod.tract. Quæſtio vero propoſita intelligi debet extra prædictos caſus, & partem affirmatiuam tenet Andr.de Iſern. in tit. quæ ſint regal. c.1. in vſib.feud. Lucas de Penna, in l.1. C.de indict. verſ. emphyteuta, lib.10.& in l.vnic. verſ. non mutetur, C.de impone. lucrat. deſcript. lib.10. Ripa, vbi proxime, Alex. conſi.101.nu.11.lib.1. Barbat. conſi.14.nu.5.lib.1. Bologni. conſ.54. Anchar. in reg. ea quæ, de reg. iur. Paris de Puteo, in tracta. de reintegratio. feud. ca.16. nu.10. Brunus, in tract. de excluſ. femina. ar.8.q.22. qui dicit communem opinionem. Pro qua opinione facit tex. in d.l. vni. C.de impon. lucratiua deſcrip. lib.
2 10. in verb. non mutetur. & in d.l.1. C.de indict. lib. 10. & in l.2. C.de iure emphyt. vbi generaliter diſponitur emphyteutã teneri ad collectas, nec diſtinguit
3 inter emphyteutam eccleſiæ, & alios, & cum lex non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus, l. non diſtinguemus, ff.de recep. arbi. l.de pretio, ff.de public. in rẽ
4 actio. Rurſus facit pro hac ſentẽtia, quia quando onus imponitur perſonę pro rebus, tunc inſpicitur perſona cui imponitur, l.reſcripto, §.fi. ff.de muner. & honor. l.indictiones, vbi glo. C.de anno. & tribu. lib.10. glo. rubricæ, C.de munerib. patrim. & diximus ſupra, in q.734. Quia huiuſmodi collectæ ſunt impoſitæ poſſeſ-
5 ſoribus, ita vt qui plus poſſidet, plus ſoluat, ita Cardi. inc. tua nos, de deci. Imo. in c.cũ non ſit, eo. tit. ſed ſic
6 eſt: quod emphyteuta (etiam eccleſię) dicitur res eccleſiæ poſſidere, vt in l.naturaliter, vbi doct. ff.de acquir.
7 poſſeſ. ergo ſequitur, quod teneantur ad collectas, cũ quilibet grauari poſſit ratione fructuũ, quos ex re domini percepit, l.ſi venditor, §.fin. ff.de ſeruis exporta. l.fi. vbi Bart. C.ſine cenſu, vel reliquis, Ripa, conſ.25. nu.15.& 21.de reſcript. Natta, conſi.312.nu.5.lib.2. Cæphal. conſ.637.nu.7.lib.5. & cõſ.515.nu.8.lib.4. & 290.nu.12.lib.1. & ſic à fortiori videmr dicẽdum,
8 quod multo magis emphyteuta grauari poſſit, cũ ha-
9 beat vtile dominium & ius in re, & bona eccleſiaſtica ratione vtilis dominij poſſunt collectari à laicis, ita Purpur. conſ.332. lib.1. ea ratione, quia laici poſſunt ſtatuta facere contra laicos habentes bona eccleſiaſtica in emphyteuſim, quoad vtile dominium, Anchar. conſ.433.nu.3. qui dicit communem, & Iulius Clar. in §.emphyteuſis, quæſt.48. Pro qua opinione expendo tex. in l.55.tit.6.p.1.ibi, *mas ſi per auentura la igleſia compreße algunas heredades, o ge las dieſſen homes que fueſſen pecheros al Rey tenudos ſon los clerigos de le fazer aquellos pechos que auian a cumplir por ellos aquellos de quien las huuieron.* quæ lex eſt menti tenenda.

Sed his non obſtantibus, contraria opinio negatiua eſt ſatis iuridica, quæ defenditur à Bart. in l.priua-
10 tæ, C.de excuſ. munerum, lib.10. vbi Ang. & Ioan. de Platea, Iaſ. in l.1.nu.31. C.de iure emphyt. Boſſius, in tit. de princip. nu.128. Ruynus, conſ.111.nu.10.li.5. Petr. de Vbaldis, in tract. collectar. in fi. nu.74. Silua. conſ.9. vbi late tuetur hanc ſententiam, quam dicit veriorem, & ſolidioribus rationibus fundatam, nec non magis æquam & ſecuram (quia continet fauorem eccleſiæ) Sfort. Odd. conſ.70.nu.31.& nu.15. dicit communem, licet ingenue fateatur contrariam magis cõmunem. Et pro hac ſententia negatiua, quod emphyteuta eccleſiæ non teneatur ad collectas, facit optima
11 ratio, quia fiſcus & eccleſia æquiparantur, vt in l.fin. C.de ſacroſan. eccleſ. Salic. in l.pen. C.de excuſ. mun. lib.10. Sed ſic eſt, quod emphyteuta fiſci non tenetur ad collectas, l.pen. §.cõductores, ff.de iur. immu. l.pri-
12 uatæ, C.de excuſ. mu. lib.10. l.1. C.de priuileg. dom. Aug. lib.11. ergo ſimiliter nec emphyteuta eccleſiæ,
13 quia alias duplici onere grauaretur, quod eſt abſurdũ, vt tenet Bar. poſt glo. in l.1. C.de mulierib. In quo loco patet, quia grauaretur onere laudemij, & canonis annui. Deinde vero (quod grauius eſt) onere duplicis collectæ, ſi princeps eccleſiaſticus (cui immediate ſubſunt bona eccleſiaſtica) vellet etiam bona hæc col-
14 lectari, & ipſa eccleſia per indirectũ grauaretur, quia
15 non reperiret emphyteutas, qui ſic pinguia laudemia ſoluerent, ſi bona eccleſiæ non poſſent tranſire in eos, cũ eiſdem priuilegijs, cum quibus eccleſia poſſideret. Deinde ẽt, quia in caſu quo Papa collectaret bona eccleſiarum, ſiue poſſeſſores eorum, ſi ipſi emphyteutæ deberent cenſeri, quoad dominium vtile immediate ſubditi principi laico, remaneret eccleſia grauata, quo ad dominium directum, & licet perſona emphyteu-
16 tę quoad ſe ſubſit principi laico, & laicorum ſtatutis,

tamen

tamen bona eccleſiæ, quæ à laicis poſſidētur, non ſub
ſunt ipſi principi quoad directum dominium. Et cum
17 hæc opinio ſit fauorabilis eccleſiæ, ſequitur quod in
dubio ſit tenenda, vt reſoluit Neuizan. conſ. 9. nume.
18. & licet hæc opinio ſit receptior de iure commu-
ni, de iure tamen regio non eſt recedendum à deciſio
ne & determinatione d. l. 55. & idem probat lex 11.
18 tit. 3. lib. 1. recop. vbi notat Azeuedo, nu. 8. Si vero ne
ceſſitas publica immineat, non ſolum emphyteuta ec
cleſiæ tenetur ad collectas, ſed etiam eccleſiaſticæ per
19 ſonæ; vt notant verba d. l. 11. ibi, *los clerigos ſean li-
bres de contribuyr y pechar con los concejos pero los pe-
chos que ſon para bien comun de todos, anſi como para re-
paro de muro o de calçada, o de carrera, o de puente, o de
fuente, o de compra de termino, o en coſta que ſe haga pa-
ra velar y guardar la villa y ſu termino en tiempo de me
neſterien eſtas coſas tales, a fallecimiento de proprios de
concejo deben contribuyr y ayudar los dichos clerigos*, &
ita declarat Dueñas, reg. 100. limit. 16. Olano, in ant.
iuris, litera C. num. 39. & Gutierrez, practicar. quæ-
ſtion. lib. 1. quæſt. 3. vbi plura congeſſit, & in allegat.
10. & eſt text. in l. 20. tit. 32. p. 3. & l. 54. tit. 6. p. 1. vbi
Grego. Quæ omnia ſunt menti tenenda, quia aſſidua
& quotidiana ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum confirmat contractum nullum, quando po-teſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ.*
2 *Mulier obligatur ex fideiuſſione iurata, etiam ſi fuerit læſa & perdat dotem.*
3 *Contraria opinio in quæſtione propoſita defenditur.*
4 *Auth. ſi qua mulier, C. ad Velleia. annullat ipſo iure contractum fideiuſſionis, factum fauore mariti.*
5 *Verbum, nullatenus, inducit actus nullitatem.*
6 *Verba Concilij Trid. in c. 2 ſeſſ. 21. declarantur.*
7 *Iuramentum ſortitur naturam contractus ſuper quo interponitur.*
8 *Iuramentum non confirmat contractum celebratum contra ius publicum.*
9 *Clericus non poteſt etiam cum iuramento conſtituere ſibi iudicem laicum.*
10 *Iure publico priuatorum pactis non derogatur.*
11 *Renunciatio iurata, facta à nobili vt pro debito incarceretur, non firmatur iuramento.*
12 *Clauſula irritans ita annullat contractum, vt nullo iure valere poſſit.*
13 *Clauſula irritans inducit formam.*
14 *Forma dat eſſe rei, & ſic non poteſt mutari.*
15 *c. 1. ſeſſ. 24. de reformat. matrimonij, declaratur.*
16 *Mulier quæ iurauit ſe non fideiuſſuram, ſi ex poſt facto fideiubeat cum iuramento, non valebit talis fideiuſſio, etiam iurata.*
17 *Obligatio ciuilis, neque naturalis non oritur ex contractu fideiuſſionis celebrato à muliere coniugata fauore mariti.*
18 *Mulier contrahens cum ſuo marito, præſumitur dolo, & re decepta.*
19 *Contractus in quo interuenit dolus, non confirmatur iuramento.*
20 *Iuramentum non eſt licitum niſi habeat tres comites, veritatem, iudicium, & iuſtitiam.*
21 *L. 1. §. quæ onerandæ, vbi gloſ. ff. quar. rerum actio non det. declaratur.*
22 *Contractus reſcinditur, ſi cum metu reuerentiali concurrat læſio enormiſſima cum iuramento.*
23 *Opinio Burgis de Paz, conſ. 5. num. 11. reprobatur & declaratur.*
24 *Mulier potius videtur conſentire in contractu cum marito celebrato, ne incurrat eius indignationem, vel odium, quam ex animi deliberatione.*
25 *Iudex in dubio debet reſcindere contractū à muliere coniugata celebratum.*
26 *Auth. ſi qua mulier reſpicit fauorem publicum, ne mulieres remaneant indotatæ.*
27 *Mulier faciens contractum contra legem prohibitam peccat mortaliter.*
28 *Mulier obligatur ex contractu fideiuſſionis pro marito facto, quando obligatio in eius vtilitatē fuit conuerſa.*
29 *Iuramentum non confirmat contractū ipſo iure nullum.*
30 *Sententia ſenatus refertur, circa contractum iuratum à muliere pro ſuo marito celebratum.*
31 *L. 61. Tauri declaratur, vt procedat, etiam ſi iuramentū interueniat.*
32 *Verba legis negatiua, abnegant omnem potentiam.*
33 *Filia, etiam cum iuramento, non poteſt meliorari cauſa dotis, neque conſtitutio arrharum iurata valet vltra decimam.*
34 *L. 3. tit. 12. par. 5. corrigitur, per l. 61. Tauri.*
35 *c. ex reſcripto, de iureiuran. declaratur.*
36 *Relaxatio iuramenti eſt neceſſaria, vt mulier poſſit impugnare contractum iuratum.*
37 *Mulier licet intercedat cum marito tanquam principalis, reputabitur fideiuſſor.*
38 *Opinio Matiea. & Anto. Gom. reprobatur.*
39 *Auth. vt immobilia, coll. 5. declaratur & ponderatur.*
40 *C. peruenit, de emptio. & vendit. declaratur.*
41 *L. 61. Tauri, declaratur & limitatur.*
42 *Mulier obligatur ex contractu à marito celebrato, quando in eius vtilitatem contractus fuit confeſſus, & maritus non habet de ſuo vnde ſoluat.*
43 *Maritus non tenetur vltra quam facere poſſit.*
44 *Mulier diues tenetur alere maritum pauperem.*
45 *Lex, ei qui, C. quod cum eo, declaratur.*
46 *Creditor qui mutuauit pecuniam ad alendos filios, poteſt ab illis pecuniam exigere, ſi pater non ſit ſoluendo.*
47 *Conſilium pro creditoribus traditur, vt fint ſecuri, quando mutuant pecuniam habenti filios.*
48 *Mulier non debet locupletari in damnum creditoris.*
49 *Si res mea ad aliam peruenit ex cauſa lucratiua poſſum eam condicere, ſi nullus contractus intercedat.*
50 *L. qui Romæ, §. Augerius, declaratur nouiter vltra omnes.*
51 *Fideiuſſor non tenetur ſoluere debita, quæ mortuo principali debitore calculo facto deberi conſtat.*
52 *Facultas implendi conditionem, non tranſit ad heredes.*
53 *Opinio communis (cum Bart.) defenditur contra Couarr. & Anto. Gom. & Ioan. Gutier. & alios.*
54 *Implementum conditionis adhærentis perſonæ, non tranſit ad heredes.*
55 *L. ſi decem cum petiero, declaratur.*
56 *Conditio in forma ſpecifica debet adimpleri.*
57 *Actus agentium non debet operari vltra eorum intentionem.*
58 *Fideiuſſoris obligatio eſt ſtricti iuris, & ſic debet procedi ſtricte & limitate.*

59 *Fideiuſſor qui promiſit ſoluere pro Antonio, calculum fa ctum per arbitros, non tenetur ſoluere calculũ factum per arbitros ſecundo electos.*
60 *L.fideiuſſor obligari, §.fi.ff.de fideiuſſ.declaratur.*
61 *L.6.tit.11.p.5.declaratur.*
62 *Induſtria perſona conſideratur in §.Augerius, ponderando illius verba.*
63 *L.inter artifices. ff.de ſolutio. ponderatur pro intellectu §.Augerius.*
64 *Nomina poſſeſſiua, meum, tuum, ſuum, præſens & non futurum tempus ſignificant.*
65 *Lex ſi ita legatum, ff.de auro, & argen.lega.ponderatur pro intellectu §.Augerius.*
66 *Qualitas adiuncta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi.*
67 *Opinio quæ communis eſt in iudicando & conſulendo eſt ſequenda, & alias iudex facit litem ſuam.*

QVÆSTIO DCCXXVII.

Vtrum valet obligatio fideiuſſorum facta à muliere coniugata pro marito, adhibito iuramento quando enormiter læſa. Communis contra communem.

1 NOtiſſima iuris concluſio eſt, quod iuramentum
confirmat contractum mulieris, etiam ſi alias ſi
ne iuramento non valeret de iure. Ita probat tex.in ca
pit.licet mulieres, de iureiu.lib.6. & in c.cum contin-
gat, extra eod.tit. quod ẽt procedit in omnibus contra
ctibus iuratis, & renunciationibus, quæ alias de iure
non ſubſiſtunt, auth.ſacramenta pub.C.ſi aduer.ven-
dit.ca.quamuis pactum, de pact.lib.6.c.debitores, de
iureiur. Et ſic licet tex.in auth.ſi qua mulier, C.ad Vel
leia.prohibeat ſimilem obligationem, & prohibeat, ꝙ
mulier non poſſit pro viro ſe obligare: tamen illud eſt
intelligendum, quando non intercesſit obligatio iura
ta, ſecus vero ſi iuramentum interueniat, cum poſſit
ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ. Ita tenent Cano-
niſtę, in c.peruenit, de emptio.& venditio.c.ſi vero, de
iureiur. Quam concluſionem defendit Matth.de Af-
flict.deciſ.311.nu.4. etiam ſi mulier læſa ſit ex tali o-
bligatione, vel fideiuſſione, vel quia in totum, vel in
maxima parte remaneat indotata, dicens ita teneri cõ
muniter per cannoniſtas, & ita fuiſſe iudicatum in ſe-
natu contra vxorem Vnius de Barbaia. Et iſtam opi-
nionem ſequitur Palat.Rub.in repet.c.per veſtras, §.
17.de donat.inter vir.& vxor.nu.23.in fi.idem tenet
Boer.deciſ.23.nu.9.per dicta iura, & pro hac opinio
ne conſuluit Abb.conſ.8.nu.3.vol.2. & dicit commu
nem opinionem Alciat.in d.c.cum contingat, n.64.
& dicit magis cõem Burſat. conſ.66.nu.15. lib.1.&
Roland.conſ.70.nu.2.vol.2. & pro hac ſententia di-
cit iudicaſſe Anto.Theſaur.deciſ.223. nu.15. vbi di-
2 cit quod ſemper exiſtimaui, quod mulier iuramento
obligatur, etiã ſi omnino indotata remaneret. Cũ iura
canonica indiſtincte & generice loquantur, & ſolum
excludant caſum, quando iuramentũ inducit pericu-
lum animæ. Quam opinionem tenet Paul.in d.auth.ſi
qua mulier, & Greg.in l.3.tit.12.par.5. in verb.renũ
ciando, in fi. Quam ſequitur Matien.in l.9.tit.3.glo.1.
num.8.vbi idem tenet Azeued.num.9. & Gutierrez,
de iuramento confirm.1.p.c.55.nu.6.in fi. vbi dicit,
quod ita practicatur quotidie.

3 Sed his non obſtantibus, cõtraria opinio verior &
æquior eſt, imo quod non obſtante iuramento, ſi mu
lier enormiter fuerit læſa ratione fideiuſſionis, vel al-
terius obligationis factæ pro marito, non poſſit execu
tioni mandari cum effectu ſcriptura publica à mulie-
re coniugata facta, & ſic probata læſione (prout ex fi-
deiuſſione inducitur) reuocabitur executio, quæ tunc
cenſebitur probata, ſi ipſa mulier, ratione ſuæ obliga-
tionis, indotata remaneret, non habẽs recurſum ad bo
na mariti. Quę ſententia probatur ex ſequentibus. Pri
4 mo ex diſpoſitione text.in d.auth.ſi qua mulier. vbi ip
ſo iure annullat contractus & obligatio mulieris, quã
do pro marito intercesſit, ibi, *ſcribemus nullatenus va*
5 *lere*. Quod verbum, *nullatenus*, actus nullitatem indu-
cit, vt tenet gloſ.verb.nullatenus, in clem.1.de ſeque
ſtra.poſſeſſ.& fruct. glo.in clemen.1.de æta.& qualit.
verb.nullatenus, & ſic gl.in d.auth. verb.nullatenus,
interpretatur illa verba, quam ad hoc expendit Iaſ.in
l.in pecuniarijs, nu.25.ff.de ferijs, & nos ẽt diximus
6 in quæſt.527.nu.10. vbi ſic declarauimus verba Con
cil.Trid.c.2.ſeſſ.21.in verb.nullatenus. Ergo cũ con-
tractus ſimili modo celebratus, ſit à lege reprobatus
& nullus ipſo iure (ex quo mulier enormiter eſt lęſa)
ſequitur quod iuramento confirmari non poſſit. l.nõ
7 dubium, C.de legibus. Quia iuramentum ſequitur na
turam contractus ſuper quo interponitur, vt in l.fi.C.
de non nume.pecu. Secundo comprobatur noſtra ſen
tẽtia, quia illa prohibitio, de qua in d.auth.ſi qua mu
lier. reſpicit bonum publicum, ne mulieres remaneãt
8 indotatæ, l.1.vbi docto.ff.ſolu.matri. Et quotieſcunq;
lex aliquid prohibet ob publicum fauorem, cõtractus
aliter factus non confirmatur iuramento, tex.in c.ſi di
9 ligenti, de foro compet. vbi clericus non poteſt conſti
tuere ſibi iudicem laicum etiam adhibito iuramento,
10 quia alias facto priuatorum iuri publico derogaretur,
quod iura abhorrent, l.iuris gentium, § ſi paciſcar, ff.
de pact.& nos etiam diximus in quæſt.688.nu.4. vbi
11 ex hac ratione defendimus ex voto aliorum non va-
lere renunciationem iuratam, factam à nobili, vt pro
debito ciuili in carcerẽ detrudi poſſit, quia illa renun-
ciatio vergit in damnum totius nobilitatis, & in eius
dedecus, & ſic nihil operatur, argum.text.in l.alia, §.
eleganter, ff.ſolu.matrim. Tertio ſuſtinetur hæc opi-
nio, quia illa authen. prohibet contractum mulieris,
& reſiſtit potentiæ contrahendi, & annullat obligatio
nem poſtea factam, non ſolum à principio, per illud
verbum, nullatenus, ſed per clauſulam irritantem in
fine poſitam, ibi, *Sed ita eſſe, ac ſi nec factum quicque, ne
que ſcriptum eſſet*. Et ibi, *niſi manifeſte probetur, quod pe
cunia in propriam ipſius mulieris vtilitatem expenſa fo
rent*. Ex quibus verbis duo notabilia colliguntur. Pri-
12 mum, quod per illam clauſulam irritantem ita annul
latur contractus, vt nullo iure valere poſſit aliter, quã
13 ibi diſponitur. c.pen.de præb.lib.6. Et illa clauſula in
ducit formam, Bald.in l.1.ff.de lib.& poſthum.verſi.
quæro ergo, Bart.in l.de his, C.de tranſact. Iaſ.in l.1.
nu.7.ff.de lib.& poſth. Dec.conſ.528.nu.11. Gratus,
14 conſ.16.nu.4.lib.1. Forma enim dat eſſe rei, & ad vn
guem eſt ſeruanda, l.qui heredi, & l.Mæuius, ff.de cõ
dit.& demon. alias cõtractus eſt ipſo iure nullus, l.cũ
hi, §.prætor, ff.de tranſact. Et quidquid fit contra de-
cretum irritãs, habetur pro infecto, Abb.in c.dilectus,
nu.14.de præb. Oldra.conſi.319.in fi. Flaminius, de
reſign.

reſign.benefic.lib. 5.quęſt.fi.nu.227.Et ſic obiter poſ
15 ſumus intelligere verba Cuncil.Trid.ca.1.ſeſſ.24.de
reformat.ibi, *qui aliter quam præſente parocho & duo-*
bus vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attenta
uerit, ſacra Synodus ad ſic contrahendum omnino inhabi-
les reddit. Quæ verba inducunt formam,cum ſint de
creti irritantis, & matrimonium aliter contractum(ét
adhibito iuramento)erit nullũ,vt late diximus in quæ
ſtio.604.nu.25. Secũdum notabile,quod deducimus
ex verbis d.auth.eſt quod cõtractus mulieris cum ſuo
marito celebratus eſt ipſo iure nullus,niſi probatur,ꝙ
fuit verſum in eius vtilitatem. Quod dicere non poſ-
ſumus in contractu fideiuſſionis,cum ſemper ſit dam
noſus,cum quis ſe conſtituit debitorem pro alio, Co-
uar.lib.3.variar.c.2.nu.6.Bart.& alij in l.ſi.ff.ad Vel-
leia.Anton.Gom.variar.reſol.2.tom.c.13.nu.17.tex.
optimus in l.interdum, ff.de minor.Palat.Rub.in ca.
per veſtras,§.18.num.10.de donat.inter vir.& vxor.
Sfortius,de reſtit.in integ.2.p.q.54.nu.10.& cum ſit
hic fideiuſſionis contractus damnoſus, neque aliquo
modo in eius vtilitatem conuerti poteſt , non valet fi-
deiuſſio mulieris.Et ſic defendi poteſt recto iure opi-
nio Mench.de ſucceſſ.creat.§.18.nu.158.quam ſequi
tur Padil.in l.ne paſſim,nu.12. C.de iur.& fact.igno.
vbi tenet, quod ſi mulier aliquando iuraſſet ſe mini-
16 me fideiuſſuram,ſi ea poſt facto fideiubeat cum iura-
mento,non valebit fideiuſſio etiam iurata.Ergo ſi pro
hibitio inducta ab ipſa muliere illum effectum nulli-
tatis producit, multo fortius hoc debet procedere in
prohibitione facta ab ipſa lege.Quapropter ſi ipſa cõ
17 trahat tanquam fideiuſſor ſui mariti, vel tãquam prin
cipalis,non oritur ciuilis, neque naturalis obligatio,
vt tradit Ioan.Gutierrez, de iuram.confirma.1.p.c.1.
nu.40.& ſic iuramentum non cõfirmauit contractũ,
cum nihil ſit confirmabile,eatante prohibitione in ip
ſa perſona,vt tenent doctores,in l.cum lex,ff.de fide-
iuſſor. Quia cum iuramẽtum interueniat tanquam ac
ceſſorium ad confirmationẽ contractus, ſi ipſe eſt nul
lus,& ex eo non oritur obligatio ciuilis, neque natu-
ralis,ſequitur, quod iuramentum nihil operatur,cum
deſtructo principali corruat acceſſorium, vt in l.fide-
iuſſori eius,ff.de donatio.ibi, *fideiuſſori eius qui dona-*
tionis cauſa pecuniam ſupra legis modum promiſit,exce-
ptio dari debet,etiã inuito reo. Facit etiam text.pro hac
concluſione in l.qui contra ſenatus,ff de fideiuſſo.ibi,
fideiuſſorem à patre accipere non poteſt,quia neque ciui-
lem, neq; honorariam actionem aduerſus patrem habet.
text.etiam in l.ſi mulier contra,ff.ad Velleian.ibi, *ego*
puto fideiuſſori dandam exceptionem , etiam ſi mandati
actionem aduerſus mulierem non habeat,quia totam obli
gationem ſenatus improbat. Ergo cum in noſtro caſu,
origo obligationis impediatur cum clauſula irritanti,
ſequitur,quod contractus fideiuſſionis in damnũ mu
lieris celebratus,erit nullus, & cum ex eo non oriatur
obligatio ciuilis,neque naturalis, vt tradunt Barto.&
Paul.in d.l.cum lex.ff.de fideiuſſ.Baeça,de non melio
rand.filiab.c.29.nu.8. (cum reſiſtat iuri publico) non
confirmabitur iuramento,& ſic conſuluit Abb.conſ.
18 4.vol.1.pro muliere,quæ in eodem inſtrumento cum
marito contraxit, quod nullo iure remaneat obligata,
cum ſemper præſumatur oppreſſa & ſubdita ipſi ma-
rito,& ſic re,& cõſilio decepta.Ita Vital.in trac.clauſ.
irr.de renunciat.Velleian.col.3.Et ſic cum dolus (ſal-
tim præſumptus)intercedat non ſuſtinetur cõtractus,
text.in l.ſi quis cum aliter, ff.de verb.oblig. vbi notãt
19 doctor. Vnde nimirum, ſi contractus vbi interuenit
dolus non firmetur iuramento, vt tradit Dec. conſi.
180.nu.7.vbi dicit communem opinionem, Cagnol.
20 in l.2.C.de reſcind.vendit.nu.79.& 81.& vt iuramẽ
tum dicatur licitum,debet habere tres comites verita
tem,iudicium,& iuſtitiam,c.etſi Chriſt.de iureiur.ca.
animaduertendum, 22.quæſt.2. iuramentum autem,
in cõtractu vxoris cum marito celebrato adhibitum,
non habet comitem iuſtitiæ, quia non fuit iuſtũ con-
trahere cum muliere,contra legis prohibitionẽ, cũ ex
fragilitate ſexus & reuerẽtia,quã hẽt ad maritũ,de fa-
cili omnia promitteret, vt cum eo in pace cõſeruetur,
quod magis metu reuerentiali, quam ex animi delibe
21 ratione ſpontanea factum præſumitur, vt notant glo.
& doct.in l.1.§.quæ onerandæ, ff.quat.rer.actio. non
det.l.ſi pater, in fi.C.de ſponſ.& illam gloſ.d.§.quę o-
nerandæ,late exornat & declarat vltra omnes Roder.
Xuarez,alle.24.(per totã) Ant.Gom.tom.2.var.c.14.
nu.27.Paz,in ſua praxi,3.tom.§.4.c.5.nu.6.Couarr.
de ſponſal.2.par.c.3.§.6.nu.4.& in c.quamuis pactũ,
3.par.§.4.nu.7.Bernar.Diaz, reg.532.vbi late Salze-
do(qui alios refert)Burg.de Paz,conſ.5.nu.11.Socin.
379.Gracian.reg.314.Afflict.deciſ.69.nu.4. Molina
22 de Hiſpanor.primog.lib.2.c.3.nu.11.vbi dicit,quod
ſi cũ metu reuerentiali concurrat læſio enormis,quod
reſcindetur contractus, etiam iuratus.Idem defendit
Salzed.ſupra,limita.1.& Aymon,conſi.11.nu.12.&
Gutierr.in auth.ſacramenta pube.nu.93. C.ſi aduerſ.
23 venditio.& Couar.vbi ſupra:licet contrarium(& ma
le)teneat Burgos de Paz,ſupra,nu.11. cuius opinio li
cet vera ſit in contractibus & renunciationibus filio-
rum, tamen in contractu mulieris cum marito ſuo ce
lebrato,ſuſtineri non poteſt, ex traditis per Xuar.d.al
leg.24.nu.2.vbi defendit opinionem And.Sicul.in c.
cauſam matrimonij, de off.deleg.vbi concludit,quod
contractus mulieris factus cum marito ad vtilitatem
illius,eſt reſcindendus ex ſola reuerentia, & metu prę
ſumpto, cum ipſa ſit ſub eius poteſtate, & ſit quaſi fa-
24 mula,vt in d.c.manifeſtum. 33.quæſt.5. & ſic potius
videtur conſentire ne incurrat odium, vel indignatio
nem mariti,quam ex animi deliberatione,vt notat A-
lex.de Imol.in d.§.quæ onerandæ. Et pro hac ſenten-
25 tentia debet iudex in dubio iudicare,vt docet Cardi.
in d.c.cum contingat.Quod maxime procedit quan-
do datur læſio enormis,cum dolus præſumatur adhi-
bitus in tali conuentione, & quædam oppreſſio reue
rentialis,& ita limitat & declarat text.in d.c.cum con
tingat,Alciat.ibi,nu.2.Quæ ſententia in cauſa noſtræ
quæſtionis veriſsima eſt,cum cõcurrat prohibitio con
tractus, cum clauſula irritanti , & metus præſumatur
reuerentialis,& læſio enormis,quia remaneret indota
ta, ſi contractus eſſet executioni mandandus. Et rur-
26 ſus,quia dicta prohibitio,de qua in d.auth.ſi qua mu
lier,reſpicit fauorem publicum,qui conſiſtit in cõſer-
uatione dotis mulierum,& ne remaneant indotatę,vt
in l.1.ff.ſolu. matrimo.& ſic ceſſat ratio text.in d.cap.
quamuis pactum,& c.licet mulieres, & c.cum contin
gat. Quæ iura procedere non poſſunt his concurrenti
27 bus, cum mulier peccet mortaliter faciens contra le-
gem prohibitiuam, vt tenet Baeça, de non melioran.
filiab.c.29.nu.1.in princi. & ſic tale iuramentum nõ
eſt

Digitized by Google

eſt ſeruandum, cũ vergat in detrimentum ſalutis ęter
næ, vt in illis iuribus diſponitur. Et ita in terminis d.
auth. ſi qua mulier, declarat doctiſſimus Gutier. (licet
non ſic fundet) de iuramen. confirmat. 1. p. c. 55. nu. 7.
vbi poſtquam tenuit contra gloſ. in d. auth. ſi qua mu
lier, (quæ docet, quod mulier etiam cum iuramento,
non poteſt ſe obligare, neque fideiubere pro marito)
illud limitat, ſi detur læſio enormis ex tali contractu
28 vel fideiuſſione, quod etiã ſublimitat in lib. 2. pract.
quęſt. 29. quando euidenter probetur, quod obligatio
fideiuſſionis fuit conuerſa in eius vtilitatẽ. Quæ ſub-
limitatio non eſt præſentis ſpeculationis, cum reſolu-
tio noſtræ quæſtionis conſtat in damno & læſione ex
præſumpto metu mulieris. Et noſtram principalẽ con
cluſionem, quod mulier non obligetur (etiam cum iu-
ramento) ex contractu, vel fideiuſſione pro marito fa
cta, (vltra gloſ. in d. auth. ſi qua mulier) tenet ibi Iaco.
Butric. & Salic. Bart. & Bald. & confirmatur ex tradi-
tis per Roland. conſ. 2. num. 80. vol. 1. vbi allegat Phi
lip. Franc. idem tenentem in cap. quamuis pactum, re
ſoluentem, quod licet iuramentum validet contractũ
inualidũ, vt in iuribus ſupra relatis, tamen illud pro-
cedit, quando contractus ſuper quo iuramentum in-
terponitur, eſt ipſo iure nullus, ſecus vero eſt, ſi à lege
nullitas ex tali contractu deducatur. Quia tunc iura-
29 mentũ, nihil operabitur, neque validabit cõtractum,
& ad hoc dicit eſſe gloſſam ſingularem, in d. auth. ſi
qua mulier. & plures pro hac ſentẽtia refert, & ſequi
tur Baeça, ſupra d. c. 29. nu. 10. Ergo cum contractus
mulieris ſit ipſo iure nullus initus & celebratus cum
ſuo marito fauore alterius, ſequitur, quod non firma-
tur iuramento, quia alias legis prohibitio nihil opera
retur, ſi iuramento interpoſito eluderetur, & eadem fa
cilitate iurabit, qua contrahit. Quam opinionem te-
net Pariſ. conſ. 65. num. 13. lib. 3. & conſi. 75. nu. 13.
& 16. lib. 4. Aleia. in d. c. cum contingat, nu. 225. Dec.
conſil. 180. & 181. & dicit communem opinionem
Gail. lib. 2. pract. obſerua. obſer. 77. quem refert Ant.
Theſaur. deciſ. 223. nu. 9. vbi alios refert pro hac ſen-
30 tentia, dicens, quod ſenatus ita practicauit, cum hoc
temperamento, vt ſi mulieri remaneret dimidia pars
dotis, tunc valeret obligatio iurata, alias ſecus. Et hãc
noſtram opinionem tenet Spino, in ſpeculo teſtamen.
glo. 12. princ. num. 109. quam dicit magis cõmunem
31 opinionem, & ſequitur eam Gom. Arias, in l. 59. Tau
ri, alias 61. in princ. verſ. tamen dicere auderem, quam
confirmat tex. l. 61. Tauri, quæ hodie eſt l. 9. tit. 3. li. 5.
recop. ibi, *de aqui adelante la muger no ſe pueda obli-*
gar por fiadora de ſu marido, aunque ſe diga y alege que
32 *ſe conuirtio la tal deuda en prouecho la muger.* quia illa
verba ſunt prohibitiua, & negatiua, & ſic abnegãt, &
excludunt omnem potentiam, & modum obligatio-
nis, etiam in iuramento præſtito, glo. in c. beneficium,
de reg. iur. in 6. l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. vbi Gutier.
num. 145. plura iura expendit pro hac concluſione,
quę cõmunis eſt, vt docet Iaſ. in l. Gallus, in princ. nu.
16. & 19. ff. de lib. & poſthu. Quæ opinio ex eo etiam
defendi poteſt, quia verba d. l. Tauri, dirigũtur ad per
ſonam prohibitiue, & ſic contractus non firmabitur
iuramento, vt tenent Bart. & Ang. in l. fi. C. ne fideiuſ
ſo. dot. dent. & dicit Bart. opinionem eſſe communio
rem Rodeic. Xuar. tit. *de las arras*, nu. 24. & 25. Bae-
ça, de non melior. filiab. c. 29. nu. 6. Matien. in l. 2. tit.
2. gloſ. 2. nu. 5. lib. 5. recopil. Padilla, in auth. res quæ,
C. commu. de legat. nu. 29. Couar. in d. c. quamuis pa-
33 ctum, in 2. p. nu. 7. vbi ſic declarat leges regni, prohi-
bens arrharum dationem vltra decimam partem, &
quod filia cauſa dotis melioretur. Quia cum prohibi-
tio dirigatur ad perſonam, diſpoſitio aliter facta non
confirmatur iuramento. Et hanc opinionem (etiã nul
la data læſione in proprijs terminis) tenet Mexia, ad l.
Toleti, 7. par. 2. funda. nu. 27. col. 3. in fi. vbi ſic intelli
ligit d. l. 61. Tauri. etiam ſi in obligatione mulieris iu
ramentum interueniat, vbi ſequitur gloſſ. in d. auth. ſi
qua mulier; Gomez Arias, vbi ſupra, quæ opinio vera
eſt, & tenenda: licet Greg. Lop. in l. 3. tit. 12. p. 5. 1 ver.
renunciacion, teneat cõtrarium, quod valeat renuncia-
tio iurata, quem ſequitur Matien. in d. l. 9. tit. 3. glo. 1.
nu. 8. & ibi Azeued. num. 9. qui non loquitur quando
mulier non remaneret læſa ex tali fideiuſſione, vel o-
bligatione facta pro marito, nam in hoc caſu, hæc no-
ſtra opinio iuri conſona eſt, ex fundamentis ſupra re-
latis. Nec prędictis obſtat l. 3. tit. 12. par. 5. in tertia li-
mitatione, vbi mulier poteſt intercedere pro fideiuſſo
re, & valet obligatio quando renunciauit d. l. auxilio,
& ſic ſi valet renunciatio ſimplex, multo fortius ſi fue
rit iurata. Quia reſpondeo, primo, quod illa lex non
loquitur in fideiuſſione facta pro marito, vt diſponit
34 d. auth. ſi qua mulier. Secundo, quod d. l. Tau. 61. eſt
correctoria iuris communis, vt conſtat ex verbis prin
cipij, ibi, *de aqui adelante*. Et ſic licet lex part. loquere-
tur in fideiuſſione facta pro marito, eſſet iam correcta,
per d. l. Tauri, quę etiã corrigit d. Auth. ſi qua mulier,
in fi. vbi vxor pro marito, etiam pro debito publico, &
fiſcali obligari non poterat, quia iam iſte caſus rema-
net exceptus, in d. l. 61. Tauri, vbi notat Ant. Gomez,
35 nu. 6. in fi. Nec etiam huic noſtræ ſententiæ obſtabit
tex. in c. ex reſcripto, de iureiur. vbi mulier quę ſecum
iuramento obligauit tanquam ſui mariti fideiuſſor, te
netur ad obſeruantiam contractus iurati. Quia reſpon
deo, quod ibi non fuit allegata lęſio ex parte mulieris,
neque nullitas contractus fideiuſsionis, & ſic Roma-
nus Pontifex non decidit noſtrum caſum, cum ſit ne
36 ceſſarium quod illa exceptio opponatur per vxorem,
obtenta prius iuramenti interpoſiti relaxatione, per
viã agendi & excipiendi, vt tenet Affl. dec. 322. nu. 6.
Quod tutius eſt, vt docet Anton. Theſaur. d. deciſio.
223. num. 18. licet alij teneant contrarium, imo quod
hoc caſu quando mulier eſt enormiter læſa, non ſit ne
ceſſaria relaxatio iuramenti, vt docet Alex. conſil. 89.
lib. 2. Curt. ſen. conſ. 43. nu. 7. & 9. & dicit magis com
munem opinionem Ludoui. deciſ. 27. num. 18. & 20.
per tex. in c. Quintauallis, de iureiur. Sed practica tri-
bunalium eccleſiaſticorum eſt in contrarium, à qua
recedendum non eſt, cum tutiora & ſecuriora ſint eli
genda. Et noſtra principalis concluſio adeo vera eſt,
37 quæ etiam procedit, ſi in contractu obligationis, mu-
lier intercedat cum marito tanquam principalis: quia
illa verba communiter apponi ſolent de ſtylo notario
rum, & ſic licet ſe faciat principalem debitricem cum
ſolitis renũciationibus, adhuc iudicabitur fideiuſſor
pro viro. Specul. tit. de ſolutio. §. 1. verſ. ſed pone vir &
vxor, col. 3. Abb. conſ. 44. nu. 1. lib. 1. Bologn. conſ. 45.
Odofred. in d. auth. ſi qua mulier, vbi Bart. nu. 3. Bal.
& Alber. nu. 2. & alios refert & ſequitur Theſ. deciſ.
232. num. 14. & deciſ. 233. num. 2. in 2. ampliat. vbi
dicit

dicit quod ita incócuſſe obſeruat ſenatus, & quod nó
38 habet difficultatem. Quod verum eſt, licet Anto. Go-
mez. in d. l. 61. Taur. nu. 4. & Matien. ſup. glo. 3. nu. 4.
velint contrarium, quorum opinioni reſiſtunt verb.
d. l. ibi. *Tanſi meſmo mandamos que quãdo ſe obligarem
de mancomun marido y muger, que la muger no ſea obli
gada a coſa alguna.* Ecce vbi mulier tanquam princi-
palis interceſſit pro marito, & tamen non remanet o-
bligata. Neque aliquid intereſt, quod ipſa obligetur tã
quam principalis, & maritus tanquam fideiuſſor, quia
nullo caſu ipſa tenetur, ne fiat fraus legi, quod elegan
39 ter prohibet Iuſtinianus, in authen. vt immobil. ante-
nup. donat. col. 5. ibi, *Si quis igitur tale aliquid fecerit.*
Et ibi, *vt mulier forſan in lucro, quod ei confert antenu-
ptialis donatio, difficultatem patiatur, non inueniens rem
in viri ſubſtantia cum ſit alienata aut ſuppoſita, vt po-
tentibus forte perſonis quatenus illi propter huiuſmodi
cauſas, aut ſit omnibus modis inhabilis vendicatio aut
difficilis, & litibus egeat, dum ex hoc ipſo ſit adiuuanda.*
Et ibi, *ſciat, ſiue emptioné ſiue hypothecam habeat nihil
horum vtilitatis habebit omnino, ſed æqualia erunt non
ſcriptis, nec dictis quæ ſuper hoc ſcripta ſunt, aut conue-
nerunt, vt ſeruetur vxori lucrum.* Et ibi. *Conſenſus enim
in talibus aut in hypothecam, aut in venditionem, aut in
aliam alienationem conſcriptus, percipienti omnino non
proderit, ſi ſemel conſenſus fiat.* Et ibi, *Sed tũc mulierem
ex ſecundo conſenſu damno ſubmittimus, dum ſunt aliæ
res, ex quibus poſſibile ei eſt ſatisfieri pro re, vel rebus im
mobilibus, quæ in antenuptiali donatione continentur. &
quæ ab alio detinentur propter alienationem, aut ſuppoſi
tionis modum.* Et ruſus ibi, *Sed neque ipſos contrahen-
tes omnino negleximus, nam etiam ſuper his obligatio-
nem quantum ad mulieres neque dictam, neque ſcriptam
eſſe volumus.* Ex quibus verbis late cõfirmatur noſtra
ſentẽtia & opinio, & probatur, quod quomodocunq;
mulier pro ſuo marito obligetur, perinde eſt ac ſi obli
gatio facta non fuiſſet, ſi ad bona mariti non habeat
recurſum, vt probatur etiam in auth. ſiue à me, C. ad
Velleia. ibi, *Conſenſus nihil proficit, quo minus demus mu
lieri in rem actionem, niſi aliæ res viro ſint ex quibus ei
conſuli poſſit.* vt ſit confeſſio vxoris, facta in inſtrumen-
to facto cum marito, per quã fatetur principaliter eſſe
obligatam, licet maritus tanquam fideiuſſor accedat,
40 nihil mulieri, neque eius heredibus & ſucceſſoribus
nocebit. Neque prædictis obſtat text. de iure canoni-
co, in c. peruenit, de emptio. & vendit. quia ſupponit
Pontifex, quod erant facultates mariti, ex quibus mu
lieri conſuli poſſit, & quod pecunia domus venditæ
fuit cõuerſa in vtilitatem mulieris, & ſic ſuſtinebitur
contractus alienationis, vt probant verba illius text.
ibi. *Et quia in communes uſus uiri & uxoris illius pretiũ
eſt conuerſum, ac facta venditionis tempore, unde ſibi præ
fata mulier conſulere potuiſſet, in uiri facultatibus conſi-
ſtebat.* Quẽ tex. vltra ordinarios optime declarat Ro-
der. Xuarez, in tit. *de las arras*, nu. 44. & Palat. Rub.
in repet. rub. c. per veſtras, §. 17. nu. 22. de donat. inter.
41 Ex quibus infero intellectum, & interpretationẽ ad
l. 61. Tauri, quæ eſt optima & quotidiana limitatio il
42 lius, & ſemper occurrit in praxi, videlicet, maritus &
vxor ſimul contrahunt ad vtilitatem ipſorum, vel ip-
ſius mulieris, vt quia ipſe accepit mutuo pecuniã, vel
locauit domũ, pro alenda & tuenda vxore, quod ſi ma
ritus non habeat bona, ex quibus illa debita contracta
pro neceſſitate & vtilitate vxoris ſolui poſſint, tene-
bitur ipſa mulier ex proprijs bonis dotalibus pecu-
niam ſic debitam ſoluere. Ad qđ moueor ex ſequẽtib.
Primo quia illa obligatio non vergit in damnum vxo
ris, & licet maritus teneatur eam alere, & ei omnia ne
ceſſaria miniſtrare, illud intelligitur ſi habeat bona, ſe
cus ſi pauper ſit, & pecunija careat. & ad hoc ponde-
ro verba d. l. ibi, *Pero ſi lo que ſe conuirtio en prouecho
della, fue en las coſas que el marido era obligado hale
dar.* Et ſic loquitur illa lex, quando maritus ad id tene
batur, quæ ratio ceſſat marito paupere exiſtente. Ita
Bal. in l. vbi adhuc, verſ. pone quod vir, C. de iure dot.
43 quia alias teneretur vltra quam facere poſſet, contra l.
maritum, ff. ſolu. matrimo. §. item ſi de dote, Inſtitu. de
44 actio. & comprobatur hæc opinio, quia mulier diues
tenetur alere maritum pauperem, l. ſi cum dotem, §. ſi
maritus, ff. ſolu. matrimo. vbi notat Bart. & Alex. & ſic
pater pauper non tenetur alere filium, vt in l. ſi quis
a liberis, vbi glo. ff. de liber. agnoſcen. glo. in l. Neſen-
nius, ff. de neg. geſt. Vnde ſi maritus faciat ad id quod
de iure non erat obligatus, accipiẽdo mutuo pecuniã,
vel locando domũ pro ſua habitatione, ſequitur quod
cum illud debitum ſit contractum in vtilitatem vxo-
ris, quod ipſa de ſua dote tenebitur ad ſolutionẽ, tex.
45 notab. in l. ei qui, 7. C. quod cum eo, qui in alien. po-
teſt. eſt, ibi, *Quapropter ſi in rẽ domus pecunia verſa eſt,
heredes eius conueniri poteſt de ſumma, quæ in rem ipſius
proceſſit.* Qui text. non eſt alibi ſecundum Bal. ibi. Pro
qua ſententia facit doctrina gloſ. in l. his ſolis, ff. de cõ
dict. indebi. Quæ docet, quod ſi ex cauſa lucratiua res
mea tibi profuit (debitore exiſtente nõ ſoluendo) poſ-
ſim à te condicere. Et ſic per illam gloſ. reſoluunt ibi
46 Bart. & Ange. quod ſi aliquis mutuauit patri pauperi
pecuniam ad alẽdos filios, qui habent bona materna,
poterit creditor agere contra eos, patre non exiſtente
ſoluendo, per l. fin. ff. de eo, per quem fact. erit, vbi no-
tat Iaſ. & in noſtris terminis idẽ tenet Platea, in l. vxo
rem, C. de decur. lib. 10. vbi concludit vxorem teneri ta
lem pecunia ſoluere. Et ita ſine dubio eſſe tenendum
non obſtante d. l. 61. Tauri, tenet Caſtillo, ibi, & Pala.
47 Rub. in rubr. de donatio. inter vir. & vxor. § 66. nu. 6.
vbi monet cautos debere eſſe creditores mutuãtes pa
tri pecunias, vt omnino apponant in inſtrumento eas
mutuaſſe ad alendos liberos & vxorem, cuius opinio
nem ſequitur Matien. in d. l. 3. tit. 9. gloſ. 7. num. 5. &
Azeued. in l. 9. tit. 3. gloſ. 1. nu. 31. lib. 5. recopil. Et li-
cet Rub. ſupra, (cum dubitatione) ſequatur illam opi-
nionem, tamen maturius conſiderando, hãc noſtram
amplectitur in d. l. 61. Tauri, num. 11. quem vidi poſt
hæc ſcripta. & ſubdit aliam elegantem rationem, quia
ex mutuo per maritum contracto, pro ipſius ſuſtenta
tatione, ipſa mulier magnam percipit vtilitatem, cum
alias tantundem de ſuo debuiſſet conſumere pro ſe a-
48 limentanda, maritũ, & filios. & ſic cum facta ſit locu
pletior, non debet illud redundare in creditoris iactu
ram, imo poterit creditor illud repetere, arg. tex. in l. ſi
49 me & Titium, ff. ſi cert. pet. vbi res mea mihi debita,
ſi ad te perueniat ex cauſa lucratiua, poſſim eã a te cõ
dicere, etiam ſi inter me & te nullus contractus inter
ueniſſet. Quod quidem eſt menti tenendum cum ſit
honoris & lucri, & ſæpe in praxi contingat, & quili-
bet reſponderet contrarium ex d. l. 61. Tauri. niſi al-
tiora iuris principia repetat.

Ex quibus etiam infero declarationem, & intelle-
50 ctum ad l. qui Romæ 132. §. Augerius, ff. de verbor.
51 oblig. vbi (ſecundum communem intellectum) fide-
iuſſor non tenetur ſoluere debita, quæ mortuo princi
pali debitore, calculo facto, deberi ex libro codicis &
expenſæ conſtat. Nam tex. ille à fortiori procedit, quā
do ſeruata forma ſtipulationis & contractus, (de qua
per Scæuolam in illo text.) mulier pro marito fauore
alterius interceſſit: Quia etiamſi in contractu non fue
rit læſa, & valeret fideiuſſionis obligatio, vel renūcia
tio ab eo facta & iurata (quod lōge diſtat a vero trami
te veritatis, vt ſupra reſoluimus) ſi tamen liquidatio &
calculatio non fiat viuente marito, licet poſtea cum
vxore, vel eius herede citato fiat talis liquidatio virtu
te primæ obligationis, non mandabitur executioni, &
ſi de facto fiat, poteſt optimo iure huiuſmodi excep-
tio opponi, ad impediendum executionem, quod cla-
re comprobatur ex d. §. Augerius, ſi bene illius ſenſus
percipiatur. Et pro clariori illius intelligentia verba
Scæuolæ referre libuit. *Augerius filiusfamilias, ſeruo
Publij Mæuij ſtipulanti ſpopondit ſe daturum quidquid
patrem Publio Mæuio debere conſtitiſſet. Quæſitum eſt
patre defuncto, anteaquam conſtitiſſet quid, quantumque
deberet, an ſi aduerſus heredes eius actū fuiſſet, aliumve
ſucceſſorem, et de delicto conſtitiſſet, Augerius teneatur.
Reſpondeo, ſi conditio nō extitiſſet, ſtipulationem non eſſe
commiſſam.* Ex quo text. Bart. deducit concluſionem,
52 (quæ communis eſt) quod facultas implendi cōditio-
53 nem, ad heredem non tranſit. Quæ licet a noſtris do-
ctoribus modernis increpetur, vt Couarru. (alijs cita-
tis) fecit, pract. quæſt. cap. 39. nu. 5. & Ioan. Gutierrez,
de iuramen. confirmat. 1. part. c. 37. num. fin. vel in fi.
c. 74. vbi annectit, additionem ad illud, vbi anxie co-
natur in iudicando & conſulendo, & quod magis eſt,
in foro animæ, Barto. & ſequacium communem opi-
nionem, & intellectum deſtruere (alios aſſignando in
tellectus, prout fecit Couarru. ſupra, & Anto. Gomez,
2. tomo variarum, c. 11. num. 36. in fi.) Tamen verius
exiſtimo (ſalua pace grauiſſimorum virorum) Bart. cō
munem intellectum, ad illum text. verum eſſe, quē de-
fendit Socin. conſil. 24. vol. 2. & Hippol. ſing. 304. &
Salazar, de vſu & conſuet. c. 1. nu. 22. Pro cuius intel-
ligentia tres veriſſimæ & indubitatæ concluſiones &
54 iuris principia præmittendæ ſunt. Prima quod imple
mentum conditionis, quæ adhæret perſonæ non tran
ſit ad heredes, l. fi. vbi doctor. ff. de conditio. inſtit. ibi,
ſeruus reſpondit, conditionem morte defeciſſe. l. vni. §. fin
55 autem ſub conditione, C. de caduc. toll. l. ſi decē cum
petiero (ſecundum communem intellectum) ff. de ver
bor. oblig. quam ſic intelligit Couarr. ſup. nu. 6. dicēs,
quod ex ea ratione ibi ius conditionis implendæ non
tranſmittitur ad heredes, qui tractatur de ea conditio
ne, quæ adeo perſonæ adhæret, vt per alium adimple
ri non poſſit. Quod contingit in illo text. vt infra ap-
56 parebit. Secunda concluſio, & iuris regula eſt, quod
conditio debet adimpleri in ſpecifica forma, l. qui he-
redi, l. Mæuius, ff. de conditio. & demonſtr. quia alias
57 actus agentium effectum ſortiretur contra agentis in
tentionem. quod repugnat rationi, & l. non omnis, ff.
58 ſi cert. pet. Et ratio eſt, quia conditiones in contracti-
bus ſunt ſtricti iuris, & non recipiunt ampliationem,
neq; extenſionem de caſu ad caſum, l. quidquid aſtrin
gendæ, 99. ff. de verbor. oblig. ibi, *niſi palam verbis ex-
primatur, omiſſum eſſe intelligendum eſt.* Et de obliga-
tione fideiuſſoria illud probat tex. in l. ſi ſtipulatus eſt
opus, ff. de fideiuſſor. l. penult. C. eodem, l. empto, C.
de pact. & docet Roman. conſi. 210. num. 12. Nauarr.
conſi. 202. nu. 5. vol. 1. Dec. conſi. 72. nu. 18. vol. 2. Ca
ualca. deciſ. 5. nu. 31. in 2. par. vbi dicit quod in obli-
gatione fideiuſſoris ſtricte & multum limitate proce-
59 ditur, & ſic reſoluit ibi, nume. 33. quod fideiuſſor qui
promittit ſoluere pro Antonio calculum factum per
arbitros, non tenetur ſoluere calculum factum per ar
bitros ſecundo electos. Tertia concluſio eſt, quod fi-
deiuſſoria obligatio, etiam cōditionalis concepta pro
certa quantitate liquida fauore creditoris, eſt valida, li
cet moriatur principalis ante adimplementum condi
tionis. Ita probat text. valde ſingularis, in l. fideiuſſor
60 obligari. 17. §. fin. ff. de fideiuſſo. ibi, *cum fideiuſſor hoc
modo acceptus eſſet ſi reus quadraginta quæ ei credidi nō
ſolueret.* Et ibi, *ſi reus anteaquam interpellaretur deceſ-
ſiſſet, fideiuſſor obligatus erit.* Et ratio illius tex. eſt, quia
licet obligatio fuit conditionalis, non conſiſtit in fa-
ciēdo, ita vt adhæreat perſonæ, ſed in danda certa quā
titate iam liquida, vt in tex. ibi, *quadraginta.* Et ſic ni-
mirum, ſi eius ſolutio tranſeat ad heredes, cum nulla
61 requiratur induſtria perſonę. Quod quidē clare oſten
dunt verba legis, 16. titu. 12. par. 5. ibi, *El ſecundo caſo
es, ſi va home entraſſe per fiador de otro, diziendo anſi: Si
fulano non vos diere tantos maravedis, prometo que vos
los dare yo, caſi aquel que recibe promiſſion demandare
en juyzio al deudor que le pague aquellos maravedis, o
no ſe los quiſo pagar, de alli adelante ſera obligado el fia
dor por la promiſſione que hizo.* Ex quibus verbis tria
notabiliter collige, pro determinatione noſtrę quæſtio
nis, quæ ibi præceſſerunt vltra obligationem principa
lem, vt fideiuſſor teneatur. Primum quod fuit promiſ
ſa quantitas liquida, vt ibi, *prometo nos dar tantos ma
ravedis.* Secundum, quod principalis fuit in vita requi
ſitus, ibi, *que ſi demandare en juyzio que pague aquellos
maravedis.* Tertium, quod à die requiſitionis & inter
pellationis, remanet fideiuſſor obligatus, non vero à
die obligationis, vt in text. ibi, *de alli adelante queda
obligado el fiador por la promiſſion que hizo.* Ergo his
deficientibus, quod fideiuſſor nō ſit obligatus pro cer
ta & liquida quantitate, ſed generice pro eo quod pa-
trem vel maritum conſtiterit debere, ſi reus debendi
in vita non fuit interpellatus, ſequitur, quod talis fide
iuſſor non teneatur, tanquam conditione non ſequu-
ta, quia obligatio fideiuſſoria illo modo concepta, con
ditionalis eſt, vt (alijs citatis reſoluit Anton. Gomez,
2. tom. var. c. 13. num. 3. (licet aliter intelligat d. §. fin.
fideiuſſor obligati.) Quod quidem clarius comproba
tur ex d. l. 16. ibi, *De alli adelante queda obligado el fia
dor.* Ergo à principio obligationis non remanſit obli-
gatus, & ſic nec virtute illius poteſt cōueniri, facta po
ſtea calculatione, & prædicta rōne villicationis, mor-
tuo patre vel marito, vel alio debitore, vt eleganter o-
ſtendit Scæuola, in d. §. Augerius, qui text. (his ſuppo-
ſitis) nullam continet difficultatem. Sed audio iā ver-
ba creditoris, imo illius querelam à me interrogātis,
qualiter colligo ex dicto §. Augerius, quod illa obliga
tio fideiuſſoria fuit conditionalis, & rurſus illa condi
tio reſpiciat proprium factum debitoris. Quibus om
nibus libenter ſatisfaciam, ponderando verba dicti §.
in vltimis verbis, ibi, *ſi conditio non extitiſſet,* & ſic con
ſtat,

Digitized by Google

60 ſtat, quod fuit conditionalis, & quod in ratione red-
denda ibi induſtria perſonæ conſiſtat ex illis verbis,
ibi. *Quidquid patrem ſuum Publio Mæuio debere conſti-
tiſſet*, & ſic induſtria patris, & debitum quod in vita
eius fuerit liquidatum, fuit à fideiuſſore cōſideratum,
non vero quod poſt eius mortem debuiſſe conſtiterit;
cum iam illa iudicetur noua obligatio, & nouum de-
bitum, & ſic vt fideiuſſor cum effectu teneatur, debet
conſtare de debito viuo patre debitore facta calcula-
tione ī eius vita. Quia ſemper principalis debitor ſcit
quomodo ſe habet, quia erat bene informatus de ſuis
rationibus circa librum rationis, codicis, ac expenſæ,
quam ſui heredes, qui ita clare neque expedite redde-
re non poſſunt, vt experientia rerum magiſtra docet.
Et ſic credendum eſt, quod in eo caſu fideiuſſor nec
ſe obligauit, neque remanſit obligatus. Vnde nimirū
ſi reſoluat Iuriſconſultus, conditionem ſtipulationis
contra Augerium non extitiſſe, vt docet Iaſ. nu. 7. ibi,
63 & probatur ex ratione & deciſione tex. in l. inter arti
fices, 31. ff. de ſolutio. ibi, *inter artifices longa differen-
tia eſt, & ingenij, & naturæ & doctrinæ, & inſtitutionis.*
& ibi, *fideiuſſor ipſe ædificans, vel foſſam fodiens, nō con-
ſentiente ſtipulatore non liberauit reum*. & ſic conſtat,
quod cōtractus ille, in quo requiritur aliqua induſtria
perſonalis, non tranſit contra heredem, neque liqui-
datio, mortuo principali facta, nocet fideiuſſori. Præ-
terea ponderanda ſunt verba text. in d. §. Auger. ibi,
64 *quidquid patrem ſuum*, Quia nomina poſſeſſiua, *meū,
tuum, ſuum*, præſens tempus ſignificant, & ad futurum
65 tempus extendi non poſſunt, tex. elegans, vbi Bart. in
l. ſi ita legatum, 8. ff. de aur. & argen. leg. ibi, *ſi ita lega
tum eſſet, veſtem meam, argentum meum, damnas eſto
dare, id legatum videtur, quod teſtamenti tempore fuiſ-
ſet. Quia præſens tempus ſemper intelligitur*, & ibi, *hac
demonſtratione, meum, præſens, non futurum tempus o-
ſtendit*. Et ſic cum in d. §. Augerius, fideiuſſor fuerit o-
bligatus, non generaliter pro quocunque debito, ſed
ſpecifice pro debito patris ſui, illa dictio, *ſuum*, reſtrin
git obligationem ad præſens tempus, & ſic ad debitū
liquidatum in vita patris principalis debitoris, nō ve
ro in futurum pro tempore fideiuſſoris heredū. Quia
66 qualitas adiuncta verbo, intelligitur ſecundum tem-
pus verbi, l. in delictis, §. ſi detracta, ff. de noxal. l. Ti-
tius, ff. de teſtam. milit. Quod non obſcure probat d. l.
16. tit. 11. par. 5. ibi, *de alli adelante queda obligado el
fiador* & ſic ſequitur quod re integra, non facta liqui-
datione, neque interpellatione, non remanebit obliga
tus, licet poſtea calculatio fiat, quia obligationis ſub-
ſtantia retrotraheretur ad tempus futurum, contra na
turam obligationis & fideiuſſionis. Quæ omnia ſunt
menti tenenda, quia quotidiana ſunt, & alibi ſic ex-
67 plicata, neque expedita non reperies. Quæ ſententia
cum ſit communis, (vt omnes fatentur) ſequenda eſt
in iudicādo, & cōſulendo, vt late reſoluimus in proœ
mio libri primi, à num. 10. Et iudex qui iudicat con-
tra communem, facit litem ſuam, vt ibi etiam reſolui-
mus, num. 16.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium nō poteſt contrahi inter filium adoptiuum & filiam naturalem & legitimam adoptantis.*
2 *C. 1. de cognatione legali, declaratur.*
3 *Negatiua præcedens annullat actum ſequentem.*
4 *Concupiſcentia reprimi debet.*
5 *Reuerentia ſemper debetur patri adoptanti ex parte filiorum.*
6 *Veracruz damnatur in ſua opinione.*
7 *Lex 7. tit. 7. p. 4. declaratur.*
8 *Concilium Tridentinum nihil mutat circa cognationem legalem.*

QVÆSTIO DCCXXVIII.

*Verum filius adoptiuus, adoptione durante, poſſit contra-
here matrimonium cum filijs naturalibus, & legiti-
mis adoptātis. Communis contra communem, & quid
iure regio.*

DIximus in quæſt. 250. cognationem legalem im-
pedire, & dirimere matrimonium contrahēdum
inter fratres adoptiuos: nunc autem in quæſtione pro
poſita ſe offeret alia opinio cōmunis contraria, in qua
1 partem negatiuam, quod non poſſit filius adoptiuus
contrahere matrimonium cum filijs naturalibus, & le
gitimis adoptantis, tenet gloſ. vltima, in cap. vnico, de
cognatione legali, vbi Innocentius. Et hanc opinionē
ſequitur etiam gloſ. in ſumma, 30. quæſt. 3. & hanc o-
pinionem dicit veram, & communem Theologorum
Syluester, in ſumma, verb. matrimonium, 8. in vert. 8.
2 qui allegat D. Thom. & alios. Quæ opinio expreſſe cō
probatur in d. cap. 1. de cognat. leg. cuius verba ſunt.
*Si qua per adoptionem mihi ſoror eſſe cœperit, quandiu
durat adoptio inter me & ipſam, nuptiæ conſiſtere non
3 poſſunt*, & illa negatiua annullat & reuocat actum ſe-
quentem, vt eſt gloſ. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. quam di-
cit communem (pluribus citatis) Gutier. in l. nemo po-
teſt, nu. 145. ff. de leg. 1. Couar. in c. quamuis pactum,
2. p. §. 4. num. 14. de pactis, lib. 6. & noſtram principa
lem opinionem ſequitur: & dicit communem Nauar.
in manuali latino, cap. 22. nume. 44. & Veracruz, in
ſpeculo coniug. artic. 60. fol. 262. litera B. vbi aſſignat
rationem, ex D. Thoma, dicens merito à matrimonio
contrahendo probibendi ſunt illi, qui ſimul conuiuūt
in eadem familia, vt concupiſcentia reprimatur. Et ſic
4 cum ſemper cōtingat, quod ſimul habitent pater ado
ptans, & filius adoptiuus, & filij legitimi & naturales
ipſius adoptātis, ſequitur quod iuſte ab eccleſia ſit fa-
cta talis prohibitio, quæ ſemper & perpetuo durat, cū
5 ſemper debeatur reuerentia ex parte filiorum, ipſi pa-
tri adoptanti, vt docet Veracruz, ſup. Quod quidē ve-
6 rum non eſt, niſi durante adoptione, vt expreſſe caue-
tur, in d. cap. 1. ibi, *quamdiu durat adoptio*, & hoc ex-
preſſius probatur in l. 7. tit. 7. par. 4. cuius verba ſunt.
7 *Otro ſi los hijos carnales non podrian caſar aquello : que
prohijaron ſus padres, o ſus madres, mientras duraſſe el
prohijamiento mas, ſi ſe des hizieſſe bien podrian caſar.*
vbi Grego. verb. *que prohijaron*, refert duas communes
contrarias, & ſequitur opinionem canoniſtarum ex
Abb. & Præpoſ. in d. c. vni. de cognat. leg. dicens illam
Leſſe menti tenendam, quia approbat prædictam opi-
nionem, quæ ſeruari debet ex æquitate canonica, vt
concupiſcentia reprimatur, l. quando, l. adoptiuus, ff. de
8 ritu nupt. Quæ non ſunt innouata per Concil. Triden-
tinum, ex ratione l. præcipimus, C. de appella. l. ſanci-
mus, C. de teſtam.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio ſtatim & ſine dilatione eſt facienda.*

2 *Reſtitutionis praceptum eſt affirmatiuum, quatenus iubet reſtituere, negatiuum tamen, quatenus tacite iubet non tenere alienum.*

3 *Preceptum negatiuum obligat ſemper, & pro ſemper, affirmatiuum vero non ſemper.*

4 *Debitor conſtitutus in extrema neceſſitate, tenetur reſtituere cum primũ peruenerit ad pinguiorem fortunam.*

5 *Ceſſante cauſa finali, ceſſat effectus.*

6 *Conſtitutus in extrema neceſſitate debet habere propoſitum reſtituendi cum primum poſſit.*

7 *Pater poteſt vendere filium propter famem, ſed tenetur illum redimere cum peruenerit ad pinguiorem fortunam.*

8 *Cap. ſi propter neceſſitatem, de furt. declaratur.*

9 *Cap. Odoardus, de ſolutio. declaratur.*

10 *Cedens bonis liberatur à carcere, non tamen à debito, ſi perueniat ad pinguiorem fortunam.*

11 *Ceſſio bonorum non liberat ipſo iure ab obligatione debiti. ſed ſuſpendit petitionem creditoris.*

12 *Ceſſio bonorum ignominioſa liberat debitorem à debito in tantum, vt perueniens ad pinguiorem fortunam non teneatur debitum ſoluere.*

13 *Pœna ceſſionis bonorum loco ſolutionis ſubrogatur.*

14 *Nemo tenetur egeno & pauperi rem donare, ſed ſolum mutuare ad ſuccurrendũ neceſſitati, vt reſtituat, ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam.*

15 *Contraria opinio refertur in quæſtione principali.*

16 *Furans rem in extrema neceſſitate, non tenetur illam reſtituere, licet perueniat ad pinguiorem fortunam.*

17 *Omnis res habens ſuam perfectionem, non reuocatur, licet poſtea ceſſet cauſa.*

18 *Actus perfectus legitimus & conſummatus non vitiatur, licet perueniat ad caſum, à quo incipere non poterat.*

19 *Regula, ceſſante cauſa, declaratur vt non procedat quando actus eſt conſummatus.*

20 *Præſcribens bona fide, poteſt rem præſcriptam bona fide retinere etiam ſi poſt completam præſcriptionem ſuperueniat mala fides.*

21 *Clericus infirmus non tenetur recitare horas canonicas, licet poſtea conualeſcat.*

22 *Debitor decimarum poteſt licite eas retinere, ſi eis indigeat.*

23 *Mulier minor viginti quinque annis, etiam facta maior, non priuatur ſucceſſione filij, cui non petierit dari tutorem vel curatorem.*

24 *Delictum committens in minori ætate, propter quã fuit excuſatus à pœna, factus poſtea maior non eſt puniendus.*

25 *Qualitas in aliquo actu requiſita ſufficit ſi à principio interueniat, licet non duret.*

26 *Noua opinio, & diſtinctio in quæſtione principali à Petro Nauarra proponitur.*

27 *Res perijt periculo domini.*

28 *Cap. Odoardus, de ſolutio. declaratur.*

29 *Opinio auctoris in quæſtione principali.*

30 *Reſtitutio quando differri poſſit ex iactura ſtatus, vel dignitatis.*

QVÆSTIO DCCXXIX.

Vtrum qui ex neceſſitate aliquid capit, teneatur illud reſtituere perueniens ad pinguiorem fortunam. Communis contra communem.

1 VEriſſima iuris concluſio eſt, reſtitutionem ſtatim
& ſine dilatione eſſe faciendam. Ita docet Diuus
Thom. 2. 2. quæſtio. 62. articu. fin. Pro qua eſt tex. in c.
2 ſæpe. de reſtit. ſpoli. & ratio eſt, quia licet præceptum
reſtituendi ſit affirmatiuum, quatenus expreſſe iubet
reſtituere, eſt tamẽ negatiuum, quatenus tacite iubet,
non tenere alienũ inuito domino. Ita tenet Caietan. in
ſumma, titu. de reſtitu. §. 6. Gutierrez, canonic. quæſt.
c. fin. in princi. idem docet Sylueſter, verb. reſtitutio.
5. Cano, in relect. de pœnit. 4. par. §. itaque Scotus, in
4. diſtin. 15. quæſt. 2. §. de quarto. Palud. in 4. diſt. 15.
quæſt. 2. art. 6. qui id probat ex illo Leuit. 6. *Non remanebit apud te opus mercenarij*; Gabriel, in 4. diſtinc. 15.
quæſt. 2. concluſ. 2. Mercado, de reſtit. c. 1. dicens eſſe
præceptum eiuſdem ſpeciei: non furandi, & reſtituendi,
idemque docet (contra alios) Nauarr. de reſtitu. lib.
3 1. c. 1. num. 17. Et ratio diuerſitatis ea eſt, quia præcepta negatiua obligant ſemper, & ad ſemper; quamuis
affirmatiua non, niſi ſemper, & ad certum tempus, iuxta Diuum Thomam, vbi ſupra, quæſt. 33. art. 2. Archidiaconum, in c. ſi peccauerit, 2. quæſt. 1. & in ſumma
de pœnit. diſtin. 5. Abb. in c. nouit, de iudicijs, quos refert & ſequitur Nauarrus, in manuali, cap. 17. nu. 54.
& num. 61. qui mouet noſtram quæſtionem, & pluri-
4 bus rationibus & fundamentis concludit, per extremã neceſſitatem proximi, obligari proximos eius, ad
ſubueniendum ei, tantum quantum eſt opus ad liberandum ab ea, non tamen efficere cũ ipſo iure dominum illius neceſſarij, & conſequenter teneri regulariter ad reſtituẽdum, cum peruenerit ad pinguiorem
fortunam, cum ceſſante cauſa finali, debeat ceſſare ef-
5 fectus, c. cum ceſſante, de appell. l. adigere, § quamuis,
ff. de iure patronat. idemque tenet in apologia libelli
de red. eccleſ. q. 2. monit. 4. pro qua opinione eſt gloſſa communiter recepta in reg. peccatum, de reg. iur. in
6. quam opinionem tenent doctores, in c. ſi quis propter neceſſitatem, de furt. Adrianus, in 4. tractatu, de
reſtitutio. c. quia dictum eſt, Almain. in 4. diſt. 15. q. 2.
Medina, de reſti. q. 15. quã opinionem ſequitur Palat.
Rub. in rubr. de donat. §. 5. nu. 47. & 48. dicens ꝙ tutius eſt, quod etſi propter neceſſitatem excuſetur quis
à reſtitutione, qđ reſtituat tamen adueniente pinguiori fortuna, & ſic optime conſuluit Franc. de Platea, in
tract. vſurarũ, verſi. vſura, 11. §. 3. & §. 6. Quod ſi quis
6 ſit conſtitutus in extrema neceſſitate, proponat in corde, quod ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam reſtituet, & ſic erit in ſtatu ſalutis. Vnde notabiliter dixit
7 Bald. in c. ex reſcripto, de iureiur. in fin. quod licet pater propter famem poſſit vendere filium, vt in l. 2. C.
de parent. qui fili. diſtrax. tamen ſi perueniat ad pinguiorem fortunam, tenetur illum redimere. Quem ſequitur Felinus, in c. cum dilecta, verſ. fallit. 8. de reſcri-
8 ptis. Et in confirmationem quæſtionis principalis facit tex. in d. c. ſi quis propter neceſſitatẽ, de furt. cuius
hæc ſunt verba. *Si qs propter neceſſitatẽ famis aut nuditatis, furatus fuerit cibaria, uel ueſtẽ, vel pecus, peniteat hebdomadas tres, & ſi reddiderit, non cogatur ieiunare.*

& ſic inſinuant verba text. in verbo, *reddiderit*. quod
facta reſtitutione remanet liberatus à peccato: ergo à
principio (nō obſtante neceſſitate) erat obligatus. Præ
9 terea facit pro hac ſententia text. in cap. Odoardus, de
ſolutio. vbi debitor propter inopiam liberatur, recep-
ta prius ab eo cautione idonea perſoluendi debita, ſi
ad pinguiorem deuenerit fortunam, vbi illud notant
doctores, & de illius text. interpretatione agit Couar.
lib. 2. var. c. 1. à nu. 9. Paz, in praxi. 4. p. 1. tom. c. 1. nu.
10 10. Gutier. de iuramento confirm. 1. p. c. 17. num. 31.
Rurſus facit pro hac ſententia, quia qui ceſſit bonis,
licet remaneat liberatus a carcere, vt in l. 1. C. qui bon.
ced. poſ. tamen tenebitur præſtare cautionem iurato-
riam de ſoluendo ære alieno, cum ad pinguiorem de-
uenerit fortunam. Ita Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Enri-
cus, in d. c. Odoardus, Greg. Lopez, in l. 3. tit. 15. p. 5.
verb. *de que pudieſſe viuir*, Cou. vbi ſup. c. 1. nu. 6. & ta
11 tum eſt, quia cedens bonis, non liberatur ab obligatio
ne quam antea contraxerat ipſo iure, ſed tantum illa
obligatio eſt ſuſpenſa, & veluti ſub vmbra, donec de
bitor perueniat ad pinguiorem fortunā, & ſi interim
conueniatur, competit illi exceptio. Ita Cynus, q. 9. in
d. l. 1. cuius opinio communis eſt ſecūdum Ioannem,
in §. fi. nu. 2. Inſtit. de actio. Couarr. vbi ſup. nu. 6. in fi.
Cap. Tholoſ. deciſ. 136. Menchaca, de ſucceſſ. creatio.
12 §. 9. nu. 51. vnum tamen non omittam, quod ſi ceſſio
fuerit ignominioſa (iuxta loci conſuetudinem) non te
nebitur cedens ſoluere debitum, licet poſtea peruene
rit ad pinguiorē fortunam. Ita tenet ſingulariter Gui-
13 do Pap. quæſt. 343. Quia illa pęna loco ſolutionis ha-
betur, argu. gloſſæ, in c. ſicut dignum, de homici. in §.
eos, quam commendat & ſequitur Roman. ſingu. 24.
& illā opinionem tenet Greg. in l. 3. tit. 15. p. 5. verb.
tan gran ganancia, licet non referat Guidonis ſenten-
tiam. Contrarium tamen ſentit Couarr. vbi ſup. nu. 6.
quod declarat Matien. in l. 4. tit. 16. lib. 5. recop. gl. 2.
nu. 12. Vltimo pro confirmatione noſtræ quæſtionis
principalis facit ſubtilis ratio, quia is qui extrema la-
borat neceſſitate, non habet maius ius ad rem alienā,
quam quod dominus in eum trāsferre teneretur. Sed
14 ſic eſt, quod dominus non teneretur inopi rem pro-
priam donare, ad inopiam ſubleuādam, ſed ſatis erit,
quod illam tradat titulo vel cauſa mutui, ea pactione,
vt quoties debitor perueniat ad pinguiorem fortunā,
teneatur mutuam pecuniam ſoluere. Ergo bene ſequi
tur, quod tenebitur reſtituere adueniente pinguiori
fortuna. Quæ opinio ſatis pia eſt, & à multis doctiſſi-
mis viri approbata, vt tradit Couar. in reg. peccatum,
2. p. relect. §. 1. nu. 4. in fi. referens duas communes opi
niones in hac quæſtione, & allegat Adrianum, quod-
libet. 1. art. 2. colum. 3.

15 Sed his non obſtantibus, contrariam opinionem
tenet Scotus, Ricard. & alij, in 4. ſent. diſt. 15. quos ſe
quuntur Angel. & Sylueſter, in ſumma, verb. furtum,
quæſt. 5. qui aſſeuerat eorum opinionem communem
eſſe, imo quod is qui aliquid furatur in extrema ne-
16 ceſſitate conſtitutus, non teneatur illud reſtituere, e-
tiam ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam, quia tem
pore neceſſitatis omnia ſunt communia, & res effici-
tur pleno iure accipientis, vnde nimirum ſi non tenea
tur rem furatam reſtituere, etiam ſi peruenerit ad pin
17 guiorem fortunam, quia omnis res habens ſuam per
fectionem, non reuocatur, licet poſtea ceſſet cauſa ta-
lis rei, vt in c. ſuggeſtum, de decimis, & ſic licet ceſſet
cauſa furandi in caſu fortunæ pinguioris, tamen quia
ſemel huic iuri naturali eſt ius perfectum acquiſitum
in re capta, non eſt locus reſtitutioni. Pro quibus fa-
18 cit ratio text. in l. fi. C. de nupt. vbi actus perfectus, le-
gitimus & conſummatus, nō viciatur, licet perueniat
ad caſum, à quo incipere non potuit: Probat etiā tex.
in l. non eſt nouum, de reg. iur. c. factum legitime, eod.
tit. in 6. & probat tex. in l. penul. §. etſi placeat, vbi no
19 tat Bart. ff. de verb. oblig. & licet regula ſit, quod ceſ-
ſante cauſa debeat ceſſare effectus: tamen illud nō pro
cedit, quando effectus eſt iam conſummatus, & in eſſe
productus, vt in l. fi. ff. vnde liberi, l. inter ſtipulātem,
§. ſacram. vbi notat Iaſ. nu. 4. ff. de verb. obliga. c. ſanc,
de renunc. c. fin. de offic. delega. quod ita declarat Ti-
raquellus, in tract. de ceſſante cauſa, limit. 12. & ſequi
tur Mieres, de maioratu, 1. p. quæſt. 2. num. 18. in fin.
Quod quidem etiam procedit in foro cōſcientię, quia
20 ſi aliquis præſcripſit rem alienam cum bona fide, &
completa præſcriptione ſuperueniat ſcientia rei alie-
næ, cū effectus præſcriptionis ſit iam perfectus & con
ſummatus, poteſt licite, qui rem alienam ſic pręſcri-
pſit, retinere eam. Ita gloſ. in c. fin. de pręſcriptio. vbi
Imola dicit cōmunem legiſtarum, & canoniſtarum.
& nos diximus, in quæſt. 657. per totam. Et ex theolo
gis idem tenet D. Thom. quodlibet. 12. arg. 25. Scot.
in 4. ſenten. diſtin. 15. Diuus Antoninus, in 2. par. prin
cip. ſuæ ſummæ, lib. 1. c. 7. Angel in ſumma, verb. pre
ſcriptio, §. 46. Diuus Bernardus, in ſuis ſentent. lib. de
euangelio æterno, ſermo. 32. argum. 2. in c. 1. & 3. q. 1.
21 & hinc eſt quod cum clericus infirmus non teneatur
recitare horas canonicas, vt tradit Nauar. in Manual.
cap. 25. num. 122. & 123. quod licet poſtea conuale-
ſcat, non tenebitur illas recitare, vt tradit Ioannes Ma
ior, in 4. ſentent. diſt. 12. quęſt. 3. Et ex his reſolui po-
22 teſt illud quod indeciſum reliquit Abb. in c. cum ho-
mines, de decimis, vbi dicit, quod ille, qui tenetur ſol-
uere decimas, ſi illis indigeat ad ſuſtentationem, pote
rit ſalua cōſcientia ſibi retinere. Quod amplio, etiam
ſi perueniat debitor ad pinguiorē fortunam. Rurſus
23 ſuadetur prædicta ſententia ex traditis per Romanū,
conſ. 279. vbi dicit, quod mulier minor viginti quin-
que annis, nō petens tutorem, vel curatorem filijs pu-
pillis, non priuatur eorum ſucceſſione, etiam facta ma
ior. Et pro hac ſententia eſt bonus text. in l. vni. ff. ſi
tab. teſtamen. nu. extab. ibi, *nam etſi mortis tempore ta
bulæ fuerint, licet poſtea interuenerint, competit bonorum
poſſeſſio, quia verū fuit tabulas extare*. Ex quo fit, quod
24 committens delictum in impuberi ętate, propter quā
fuit excuſatus à pœna, etiam factus maior non eſt am
plius ob delictum puniendus. gloſ. 1. in l. ſciant, C. de
legiti. hered. Hippol. in l. infans, nu. 13. C. ad leg. Cor
nel. & in l. de minore, nu. 4. ff. de quæſt. Loaces, de ma
trimo. regis Anglię, dub. 11. nu. 13. Et ſic in quæſtio.
principali, cum à principio detentor rei alienæ ſit ex-
cuſatus a reſtitutione propter inopiam, ſequitur, quod
licet ſuperueniant diuitiæ, non tenebitur reſtituere,
25 quia ſufficit, quod qualitas in aliquo actu requiſita in
terſit à principio, licet non duret ea poſt facto. Ita glo.
in clement. 2 de reſcript. Cap. Tholoſ. deciſ. 459. Bar-
tol. in l. fin. ff. ad Tertull. Ex quibus fundamentis hæc
26 pars videtur ſatis pia, iuridica, & ſuſtentabilis, ſed no
ſter conciues Petr. de Nauarra, libro tertio, de re-
ſtitutio-

ſtitutione,c.4.à nu.20.& 25. nouam amplectitur ſen
rentiam, omnino diſtinguens inter debitorem conſti-
tutum culpa ſua in extrema neceſſitate, & inter furẽ,
qui ante neceſſitatem,ſiue poſt, iniuſte occupauit rem
alienam. Primo caſu, cum aliquis eſt debitor, eo ipſo
non eſt in extrema neceſſitate; nam id quod ſoluere
debebat ſuum eſt,eiuſque dominium habet, & ſi res
27 periret,eſſet periculo ſuo,& ſic ſi bona ſua dilapidat,
ſuum conſumit, vnde perueniendo ad pinguiorẽ for
tunam,non eſt à reſtitutione immunis, cum re vera,
ex re proximi nunquam veſci potuerit, cum ipſe rem
propriam habeat,licet debitam. At vero quando fura
tus eſt, vt ſibi ſubueniret, vel ante neceſſitatem fura-
tus fuerat, tunc res qua vtitur in illa extrema neceſſi-
tate alterius non eſt,ſed ſua, & ſic non tenebitur reſti
tuere,cum ad pinguiorem peruenerit fortunam, cum
iuſte ac licite conſumpta fuerit res in illa extrema ne
ceſſitate. Et ratio differentię eſt,quia cum ante neceſ-
ſitatem furatus eſt,peccauit mortaliter, & tenetur re-
ſtituere anteaquam perueniat ad neceſſitatem. At ve-
ro, quando furtum fuit commiſſum inſtanti neceſſi-
tate,non peccauit.Itaque reſoluit, quod aut debitum
eſt reale,aut perſonale: reale,quando proceſſit ex con
tractu mutui, emptionis, locationis, vel venditionis,
vt in hoc caſu non teneatur debitor reſtituere, etiam
ſi peruenerit ad pinguiorem fortunam. Si vero debi-
tum ſit perſonale,proueniens ex delicto,furto, vel ra-
pina,tenetur facere reſtitutionem, adueniente proſpe
ra fortuna,& ita dicit accipiendum fore tex. in d.cap.
28 Odoardus, de ſolut. Quę diſtinctio ſatis ſubtilis eſt,
ſed cum agatur de materia peccati, tutior & ſecurior
29 opinio eſt eligenda. Et ſic teneo(ſub lima melius ſen-
tientis, & correctione almæ matris eccleſiæ) quod in
omni euentu & caſu, ſiue loquamur in debitore ex cõ
tractu reali,ſiue perſonali, ſiue furtum in extrema ne-
ceſſitate fuerit commiſſum,vel extra neceſſitatem, te-
nebitur debitor quoties peruenerit ad pinguiorẽ for-
tunam rem debitam reſtituere, cum eſſet cauſa indi-
gentiæ, & abundet diuitijs: quia primæua obligatio
non fuit extincta ipſo iure, ſed ſuſpenſa, & quaſi ſub-
vmbra,donec ſuperueniat caſus proſperæ fortunę, &
ita ſemper fortunatus erit,faciendo reſtitutionem. Et
30 quando reſtitutio differri poſſit, videlicet, ſi debitor
habita ratione ſtatus,& dignitatis grauiſſimam pate-
retur iacturam ex reſtitutione, vide Io.Gutierrez,Ca-
nonic.quæſtio.cap.40.

SVMMARIVM.

1 *Hereditas directo codicillis dari poteſt, quando filius eſt heres inſtitutus.*
2 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
3 *Lex 3.Tauri,inducitur pro hac vltima opinione.*
4 *Solemnitas eadem requiritur in teſtamẽto inter liberos; quæ inter extraneos.*
5 *Matienzi opinio reprobatur.*

QVÆSTIO DCCXXX.

Vtrum quando filius eſt heres inſtitutus, hereditas poſſit codicillis adimi,vel dari. Communis contra communem,& quid iure regio.

DIximus in quęſt.264. hereditatem codicillis ne-
que dari,neque adimi poſſe, vbi iura & rationes
huius concluſionis allegauimus, quam limitant do-
1 ctores, quando codicillis eſt filius hæres inſtitutus,
quia fauore filiorum, exiſtimãt doctores hereditatem
directo codicillis dari poſſe, ita Bart.in l.hac conſul-
tiſſima,§.ſi quis antem,in fi. C.de teſtam.& in l.mili-
tis,nu.2.ff.de milit.teſt. quam opinionem ſequuntur
Paul.Fulgoſ.Alex.& Zaſ.in d.§.ſi quis autẽ,Cuman.
in l.1.& 2.ff.de iniuſt.rup. Alex.conſ.146.nume.10.
lib.2.Socin.reg.196.Bernar.Diaz,reg.309.fallen.2.
Apoſtilla ad Soc.iun. ad l.2.poſt nu.9. ff.de vulg.vbi
dicit hãc eſſe communem opinionem, quam ſequitur
Paul.conſ.93.in fi.lib.1.& hanc opinionem eſſe ma-
gis communiter receptam dicit Guiller.Bened. in c.
Raynutius,verb.teſtamentũ,el 3.nu.57. ff.de teſtam.
2 Sed his non obſtantibus,cõtrariam opinionem ſe-
quitur Bal.in d.§.ſi quis autem, & in l.ſi filius,nu.7.
C.famil.erciſcun.Aretin.in auth.hoc inter,in fi.C.de
teſtam.Imola,in l.1.ff.de iniuſto rupt.Salic.in l.filiæ,
nu.5.C.famil.erciſcun. & in l.non codicillum, nu.4.
C.de teſtam.Roman.conſ.179.num.12.dicens hanc
eſſe communem opinionem, & in iudicando & con-
ſulendo non eſſe recedendum ab opinione Baldi,quã
etiam ſequitur Curtius,conſ.73.num.11.dicens Bar-
toli opinionem non probari in iure,dicit etiam com-
munem opinionem Pariſ.conſ.35.num.6.lib.2.Ce-
phalus,conſ.733.nu.42.lib.5. & hęc eſt tutior & cõ-
munior opinio, ſecundum Fabium Turretum conſi.
22.num.13.vol.1.Corn.conſ.324.nu.5.& 12.lib.1.
vbi dicit communem opinionem contra Bart. & plu-
res pro hac opinione refert Mencha.lib.3.de ſucceſſ.
creat.§.25.nu.7 & hanc ſequitur Molin.lib.2.de pri
mog.c.8.num.32.& Gratia.reg.74.nu.14.qui refert
duas communes opiniones(his non citatis.)Quæ opi
3 nio hodie eſt approbata per l.3.Tauri, vbi eadem ſo-
4 lemnitas requiritur in teſtamento cõdito inter extra-
neos, & inter liberos, vnde cum in teſtamento facto
inter extraneos, non poſſit directo hereditas dari co-
dicillis, vt in l.1.C.de iure codic.ita nec in teſtamen-
to inter liberos. Et hæc opinio eſt verior & tenenda tã
de iure communi quam regio, vt tenet Molina,ſupra,
d.c.8.nu.29.verſ.his non obſtantibus, & Gratia.reg.
74.nu.8.& nouiſsime Guillen.de Cernantes, in d.l.
3.Tauri,nu.153.& nos etiam diximus in quęſt.264.
5 nu.4.contra Matienço,in l.1.tit.4 glo.9.num.14.&
38.lib.5.recopil. Quæ opinio ſequenda eſt in palatijs
& ſcholis,cum ſit cõior & verior, vt tradit Mench.ſu-
pra,nu.7.& vide quæ diximus in quæſt.50.nu.2.

SVMMARIVM.

1 *Heres non conficiens inuentarium tenetur vltra vires hereditarias.*
2 *Contraria communis opinio in quæſtione principali proponitur.*
3 *Heres occultans bona hereditaria, conueniri poteſt vltra vires hereditarias,ex magis recepta & communi opinione.*
4 *Paria ſunt,non facere inuentarium, vel doloſe & cum ſubtractione facere.*
5 *Præſumptio non debet præualere veritati.*
6 *Inuentarij ſolemnitas traditur remiſſiue.*
7 *Cautela, vt heres non teneatur vltra uires hereditarias.*
8 *L.9.tit.6.p.6.confirmat primam opinionem.*

QVÆSTIO DCCXXXI.

Vtrum heres omittens ponere in inuentario aliquas res hereditarias doloſe, teneatur ad duplum, vel vltra vires hereditarias. Communis contra communem, & quid iure regio.

DIximus in quæſt.411. heredem non conficientẽ
1 inuentarium teneri vltra vires hereditarias, vt in
l.fi.C.de iure deliber.ſi tamen faciat inuentarium, &
omittat malitioſe aliquas res hereditarias, tunc exiſti-
mant doctores, quod heres non perdit beneficium in
uentarij, ſed quod tenetur ad duplum. Quam opinio
nem tenet Cynus, Fulgoſ.& Salic.in d.l.fi.§.licentia,
el 2.quos ſequitur Paul.ibi, nu.2. Alex.& Iaſ.num.4.
Guillerm.Benedict.in c.Raynutius, verb.mortuo te-
ſtatore, nu.402.de teſtam. quam opinionem ſequitur
Romanus, conſ.276.nu.8.& Alex.de Neuo, conſ.38.
num.17.Natta, conſ.574.nume.8.lib.3.& hanc dicit
communem opinionem Monticulus, de inuentario,
c.3.nu.3.& c.12.pro qua ſententia fuit iudicatum, vt
tradit Autonius Gama, deciſ.122. vbi idem nouiſſi-
me tenet Blas Flores de Mena, eius additionator, pro
qua opinione adducit Romanus text.in d.l.fi.§.illud,
vbi nihil probatur, ſed illud probatur in d.§.licentia,
in fi.cui conſonat, l.9.tit.6.p.6.

Sed contrariam opinionem (imo quod heres in hoc
2 caſu perdat beneficium inuentarij, vt poſſit conueni-
3 ri vltra vires hereditarias) tenet glo. in auth.de hered.
& falcidia, §.hinc nobis, verb.lucrati, quam ſequitur
Bart.in l.beneficium, ff.ad l.falc.aſſerens ita de facto
reſpondiſſe, prout reſpondit in conſ.154.nu.7. lib.1.
vbi teſtatur ita communiter teneri, idemque tenet in
l.reſcriptum, ff.de his, quib. vt indign.& in d.l.fi.§.li-
centia, vbi Dinus, Rainer.& Bald. idem Baldus, conſi.
219.num.3.lib.1.Salic.in l.ſancimus, C.de iur.deli-
ber.& in authen.ſed cum teſtat r, C.ad leg.falcidiam,
Abb.conſ.73.nu.8.& 9.lib.2.& hanc dicit commu-
nem opinionem Hieron.Grat.conſ.25.num.3.lib.2.
Corneus, in d.§.licentia.Menoch.conſ.89.num.146.
volum.1.& conſi.671.lib.6. Fabius Turretus, conſi.
47.lib.1.vbi refert duas communes, Socin.conſ.108.
num.43.lib.2. Cæphal.conſ.354.nu.24.lib.3. Guid.
Pap.in tract.de inuentario, quæſt.42.nu.4.& 5.Caſ-
ſaneus, in conſuetudin.Burgundię, rub.4.§.1.gloſ.1.
nu.7.Fanus, in tract.de inuentario, 3.p.nu.54.dicens
hanc eſſe magis communem opinionem, & in practi
ca obſeruatam, & quod ab ea non eſt recedendum in
iudicando & conſulendo. Quæ opinio veriſſima ſem-
per fuit viſa de iure cõmuni, & ex eo comprobatur,
4 quia paria ſunt non facere inuentarium, vel doloſe, &
cum ſubtractione facere, argum.l.quoties, ff.qui ſatiſ-
dare cog.l.nullam, ff.de auctori.tutor. Imo turpius eſt
ſubtrahere res hereditarias, & non deſcribere eas in
inuentario, quam (fortaſſis ignorantia ductus) heres il
lud non faceret. Et ſi prima opinio eſſet vera, ſequere
tur maximũ abſurdum, quia in plus puniretur qui nõ
fecit inuentarium, ex præſumptione quod res heredi
tarias ſubtraxit (vt in d.§. hinc nobis, & tradit Abb.
conſ.73.nu.9.lib.2.& Rolandus, in tract.de inuenta
rio, 5.par.c.3.nu.23. & Menoch.conſ.272. num.33.
lib.3.Burſat.conſ.247.nu.9.lib.3.) quam ille, qui ve-
5 re ſubtraxit, & ſic præſumptio præualeret veritati, qđ
verum non eſt, l.filium quem pater, ff.de lib.& poſth.
ibi, *ne imagine naturæ ueritas obumbretur*, & hanc ſen
6 tentiam ſequitur Rolan.conſ.73.lib.2.vbi poſuit oẽs
ſolemnitates requiſitas in inuentarij confectione, idẽ
que traditur in l.5.tit.6.par.6. Erit autem optima cau
7 tela, vt heres proteſtetur, quod ſi aliæ res, vel iura, re-
periantur, illas addet inuentario, ita Paulus, in d.l.fi.
§.cum igitur, vbi docet quod ita de facto obſeruatur,
& Dec.conſ.633.idem docet Greg.Lop.in l.5.ti.6.p.
6.verb.*todos los bienes*. Quæ quidem cautela prodeſſe
debet ignorantibus, & abſque dolo omittentibus, res
hereditarias apponere in inuentario, ſecus tamen erit,
ſi illa proteſtatio facta fuiſſet animo adeundi, & dimi
nuendi, ita Guid. Pap.quęſt.42.nu.1. Corn.conſ.146.
nu.17.lib.2.Pariſ.coſ.12.nu.28.lib.2. quos ſequitur
Fab.Turretus, conſ.47.nu.82.vol.1. & vide quæ dixi
mus in q.589. ſed nihilominus tamẽ primam ſenten
tiam cõfirmat hodie l.9.tit.6.p.6.ibi, *deue pechar tan-*
8 *to doblado, quando encubrio*, & ita tenendum eſt, vt do
cet Gregor.Lopez, in l.10.eod.tit.verb. *el inuentario*,
& ita obtinui & practicaui.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non minus factis quam verbis approbari poteſt.*
2 *Appellationi videtur renunciare petens dilationem ad ſoluendum.*
3 *Paria ſunt non appellare, vel ſententiæ acquieſcere.*
4 *Appellationi interpoſitæ videtur renunciare petens dilationem ad ſoluendum.*
5 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
6 *Tempus datum ad appellandum, non debet plus operari quam ipſa appellatio.*
7 *Appellationi interpoſitæ cenſetur renũciatum per actum contrarium.*
8 *Lex 1.tit.8.lib.4.recopilationis declaratur.*
9 *Concordia opinionum refertur.*
10 *Reus ſoluens metu iudicis ad redimendam vexationem, non dicitur appellationi renunciaſſe.*

QVÆSTIO DCCXXXII.

Vtrum petens dilationem ad ſoluendum, videatur ſententiam approbare, & appellationi interpoſitæ, & interponendæ renunciare. Communis contra communem.

1 SEntentia non minus factis, quam verbis approba-
ri poteſt. Ita probatur argum.tex.in l.reprehenden
da, C.de inſtit.& ſubſtit.l.quo enim, ff rem ratã hab.
quæ iura hanc cõcluſionem expendit Curt.iun conſ.
17.nu.10.& eſt optimus tex.in l.ad ſolutionem, C.de
re iudic. vbi expreſſe probatur noſtra concluſio affir-
2 matiue, quod petens dilationẽ ad ſoluendum, videa-
3 tur appellationi renunciare: quia paria ſunt nõ appel
lare, vel appellare, & poſtea ſententia acquieſcere, quẽ
tex.ad hoc dicit ſingularem Romanus, conſ.9.& Hip
polyt.ſingul.136. Rota, deciſ.2.in tit.de appella. Bel-
lamera, deciſio.137.titul.de renunciat. Corneus, con-
ſi.80.nume.9.lib.1 Bertrandus, conſi.1.nume.8. vo-
lum.1. Marant.de ordine iud.in 4.actu principali, vl
timæ partis iudicij, nu.306.& 312. Felin.in c.quod ad
conſul-

conſultationem, num. 8. de re iudic. Pro qua ſententia eſt bonus text. in l. ſi. C. de temp. appel. l. ab eo, C. quo mo. & quan. iud. & declarat Anto. Gabriel, tit. de appell. concluſ. 3. fol. 141. & Matien. in l. 1. tit. 10. glo. 2. num. 9. lib. 5. recop. Quam opinionem ſequitur Innocen. ſic declarans d. l. ad ſolutionem, in d. c. quoad
4 conſultationem, nu. 1. in fi. reſoluens, quod petens dilationem ad ſoluendum, dicitur ſententiam approbare, & appellationi interpoſitæ renunciare: quam opinionem ſequitur Butric. Abb. & Imo. in c. gratum, de offic. deleg. idem Imo. in l. ſi ſe non obtulit. §. ſi quis condemnatus, ff. de re iud. Florian. in d. l. ad ſolutionem, Hoſtien. in c. ſignificauerunt, de teſtib. quem ſequitur ibi Abb. & Cardi. & dicit cōem opinionem, & ſequitur dam Feli. in d. c. quoad conſultationem, no. 6. in fi. de re iud. & eam ſequitur Anto. Gabr. lib. 2. com. concl. tit. de appellat. concl. 2. nu. 5. Et huic ſententiæ conduci poteſt tex. in l. poſtquam liti, C. de pact. ibi, *actionem finitam inſtaurari poſſe nulla ratio permittit.*

5 Sed contrariam opinionem (imo quod appellationi interpoſitæ, & interponendæ videatur renunciatū, tenet gl. verb. acqui uiſſe, in d. l. ad ſolutionem, quam ſequuntur Ang. Aretin. in l. cum ex cauſa, C. de appel. & Butric. (ſibi contrarius in d. c. quoad conſultationem, & magis communiter tenere modernos, teſtatur ibi Alex. de Imola, quem refert Mexia, ad l. Toleti, 6. par. 1. fundamento, nu. 4. & 5. vbi refert in quæſtione propoſita duas cōes opiniones ad inuicem contrarias.
6 Et ratio huius opinionis eſt, quia non debet plus operari tempus datum ad appellandum, quam ipſa appellatio, iuxta glo. in l. 1. in princ. ff. nil nouari app. pend.
7 & in l. ſiuti, ff. de his qui not. infa. & ſic, per actū contrarium renunciatur ipſi appellationi interpoſitæ, vt in c. gratum, de offic. deleg. ita & eodem modo tempori ad appellandum dato, quā opinionem ſequitur Azeuedo, in l. 1. tit. 18. lib. 4. recop. nu. 70. ſic intelligens,
8 uedo, in l. 1. tit. 18. lib. 4. recop. nu. 70. ſic intelligens,
9 & declarans dictam legem. Quæ opiniones reducuntur ad concordiam per Abb. in d. c. quoad cōſultationem, nu. 15. vt hæc vltima opinio procedat, quando condemnatus ipſe, vel eius procurator, terminum ad ſoluendum petijſſent ſponte: prima vero Innocentij, & aliorum procedat, quando appellatio fuit interpoſita, tamen metu iudicis ad redimendam vexatione ſolutio facta fuit, quia alias detineretur in carcere reus, donec ſolueret: tunc vero, quia non ſponte & propria voluntate contra appellationem facit, ſed metu iudicis compulſus (propter metum carceris) appellationi renunciaſſe non videtur, & licet poſtea aduerſarius, coram ſuperiore opponat hanc exceptionem taciti conſenſus & renunciationis non eſt audiendus, imo admittendus eſt appellans, ad proſequēdam ſuam appellationem, & ita cōmuniter fit & practicatur. Quę concordia placet Baldo, in d. c. fin. num. 12. de appellat. & & ſequitur Mexia, vbi ſupra, num. 5.

S V M M A R I V M.

1 *Menſura loci, vbi res vendita eſt ſita, debet conſiderari.*
2 *Aeſtimatio vini eſt facienda ſecundum locum deſtinatæ ſolutionis.*
3 *Valor beneficij conſiderari debet, ſecūdum æſtimationem monetæ loci, vbi beneficium eſt ſitum.*
4 *Locus deſtinatæ ſolutionis attendi debet.*
5 *L. contraxiſſe, ff. de actio. & oblig. declaratur.*
6 *Gabella ſolui debet in loco contractus, & non in loco ſolutionis.*
7 *Rei ſitæ locus conſiderari debet.*
8 *Menſura loci vbi fundus eſt poſitus attendi debet.*
9 *Contraria communis opinio, & illius fundamenta proponuntur.*
10 *L. ſi fundus, ff. de euict. declaratur.*
11 *In contractibus id tēpus ſpectandū eſt, quo contrahimus.*
12 *Locus contractus attenditur in his quæ pertinent ad litis deciſionem.*
13 *Diſtinctio Anthar. in quæſtione propoſita refertur.*
14 *Menſuratio debet fieri in rebus venditis, ſecundum menſuram loci contractus.*
15 *Conſuetudo quæ viget in loco contractus conſiderari dēt.*
16 *Cain pondera, & menſuras, et negociari primus inuenit.*

QVÆSTIO DCCXXIII.

Vtrum menſuratio iugerum prædiorum, ſeu aliarum rerum ſit facienda ſecundum menſuram loci, vbi res vendita ſita eſt. Communis contra communem.

IN pluribus locis varia eſt rerum menſura circa triticum, vinum, vel oleum, & ſolet dubitari, ſi triticum vendatur in ciuitate Toletana à ciue Abulenſis ciuitatis, ibi recondendum, an debeat conſiderari menſura loci contractus, qua ſcilicet vtitur ciuitas Toletana, vbi venditio fuit celebrata, vel menſura loci, vbi res vendita ſita eſt. Et in quæſtione propoſita videtur dicen-
1 dita ſita eſt. Et in quæſtione propoſita videtur dicendum, quod attendi debeat loci menſura vbi res vendita ſita eſt, quæ ſententia probatur in l. vinum, ff. ſi
2 cert. pet. vbi æſtimatio vini eſt, facienda ſecundum locum deſtinatæ ſolutionis. Rurſus cōfirmatur iſta ſententia, ex traditis per Oldrad. conſ. 168. vbi ſi quis impetrauit gratiam vt ſibi conferatur beneficium vſque
3 ad certam quantitatem Turonenſium attendi debet æſtimatio reſpectu loci, vbi beneficium eſt ſitum, & non loci vbi gratia facta fuit. Quam deciſionem ſequitur Alex. conſ. 21. vol. 2. & conſ. 37. vol. 5. Brun. conſi. 91. Alciat. conſ. 697. Præterea faciunt pro hac ſententia tradita per Curt. iun. in l. heres abſens, §. apud Labeonem, ff. de iudi. vbi dicit cōmunem opinionem Bart. de qua in l. quæro, ff. de ſolutio. & reſoluit, quod ſi contractus celebretur in vno loco, & promiſſio fiat
4 de ſoluendo in alio, quod locus deſtinatę ſolutionis at-
5 tendi debeat, & non locus contractus. Pro qua ſententia adduco tex. in l. contraxiſſe, ff. de actio. & oblig. cuius verba ſunt, *contraxiſſe vnuſquiſq; in eo loco intelligitur, vbi ſoluere ſe obligauit*, quē tex. multū extollit Iaſ. in d. l. vinū, nu. 12. & in §. plus, inſtit. de actio. nu. 14. 15. & 17. & in l. 1. nu. 4 ff. de eo quod certo loco. Facit
6 etiam pro hac ſnia, quod gabella ſolui debet in loco traditionis, & non in loco contractus, ita Bal. in l. multum, & Salic. in l. fin. C. ſi quis alt. vel ſibi, & ſequitur Parlador. rerum quotidianarū, 1. par. c. 3. §. 8. nu. 50. & 51. & eſt text. de iure regio, in l. 9. tit. 17. lib. 9. recopil. Et cōfirmatur etiam iſta ſententia ex l. 1. C. vbi de poſſeſſ. agi oporteat, & in l. 1. C. vbi fideicommiſſum
7 peti oporteat, in quibus iuribus locus rei ſitę conſideratur. Et breuitati conſulendo, hanc opinionem in terminis noſtræ quæſtionis tenet Albericus, in l. in ar-
8 bitrio, §. de eo, in fine, ff. de dolo. vbi quærit, quid

ſi Parmenſis vendit Phegino fundum exiſtenté in ter
ritorio Parmenſi, contractus tñ fuit celebratus Phe-
gij, ſecundum quam menſuram menſurari debeat. Et
primo arguit, quod ſecundum menſuram Phegij, ex
eo q contractus ibi fuit celebratus, vt in l. fundus, ff,
de euict. l. Imperatores, ff. de côtr. emp. Poſtea vero cõ
cludit in contrarium dicens, quod menſura Parmêſis
attendi debeat, vbi fundus ſitus eſt, l. ſi prędium, C. de
præd. minor. & ſequitur iſtam opinionem Ioan. Rain.
in tract. de menſura, q. 5. in fi. & Hoſtienſ. in ſum. tit.
de empt. & vend. §. quibus, in fi. Fabianus de Môte, in
tract. de emptio. & vend. in quęſt. 5. princ. verſ. & idẽ,
qui adduxit tex. pro hac ſnĩa, in l. ratio, §. fi. ff. de act.
empt. & d. l. côtraxiſſe, Petrus de Monte, in ſuo reper.
verb. menſura. Alciat. in l. vinum, nu. 37. ff. ſi cert. pet.
Riminal. conſ. 366. nu. 16. & pract. Papienſ. in forma
actionum realium, gl. in verb. cui coheret, in fi. & hác
eſſe côem opinionem teſtatur Alciat. conſ. 697. Et ita
fuiſſe pronûciatum in ſenatu Taurini refert Octauia.
Cacher. deciſ. Pedemont. 114. in fi. & hanc eſſe côio-
rem & crebriorem ſententiam (dicens ſic fuiſſe iudi-
catum) tenet Roland. vol. 3. conſi. 13. nu. 1. & 26.

9 Sed his non obſtantibus, contraria opinio verior
eſt, & tenenda & practicanda (prout iam ſemel practi
caui cum caſus iſte mihi in praxi côtigiſſet) & pro hac
ſentêtia facit tex. in l. ſi fundus, 6. ff. de euict. cuius ver
10 ba hæc ſunt, *ſi fundus venierit ex conſuetudine eius re
gionis in qua negotium geſtum eſt, pro euictione caueri
oportet.* Ex quibus verbis manifeſte comprobatur no-
ſtra concluſio, & ſic quod locus contractus ſit atten-
dendus, & menſura quæ ibi viget, non vero menſura
debeat conſiderari, ſecundum côſuetudinem loci vbi
11 res ſita eſt: & ratio eſt, quia in côtractibus id tempus
ſpectamus quo contrahimus, tex. in l. ſi filiusfam. 78.
ff. de verb. leg. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iur. &
ſic ſi in loco côtractus, eſt ſtatutum de gabella ſoluen
da, & in loco deſtinatæ ſolutionis non viget tale ſtatu
tum, debet attendi locus côtractus. ita Bal. in l. 1. q. 4.
C. de côtrahen. empt. & in l. magis puto, §. illud, ff. de
reb. eorum. Abb. in c. fi. de for. compet. Dec. in c. 1. nu.
26. de iudic. vbi dicit eſſe côem opinionem & recep-
tam ſententiam, quam ſequitur Purpura. in l. vinum,
nu. 92. ff. ſi cert. pet. & pluribus ampliationibus exor-
nat Ant. Gabr. lib. 6. commu. concluſ. tit. de conſuetu.
concluſio. 2. Præterea confirmatur prędicta ſententia
ex Bart in l. cunctos populos, nu. 16. C. de ſum. Trin.
12 vbi reſoluit, quod in his, quæ pertinent ad litis deci-
ſionem, attenditur locus côtractus, etiam ſi alibi ſit ſo
lutio deſtinata, quam ſententiam dicit côem Purpur.
ibi, nu. 103. & illud declarat Roland. conſ. 48. vol. 3.
per totum. Hinc etiam dixit Bald. in l. 1. C. vbi conue
niatur, qui cert. loco. quod ſi duo ſcholares contraxe
runt Peruſij, & deſtinarunt ſolutioné Bononię, quod
attendi debeat locus celebrati côtractus, quem ſequi-
tur Barba. conſ. 15. vol. 2. Iaſ. côſ. 133. nu. 6. vol. 4. vbi
dicit doctores ita côiter tenere. Quod quidem confir
matur ex traditis per Anch. in rubr. de conſuet. vbi di
cit, quod ſi loquimur de ſtatutis reſpicientibus ipſius
13 contractus ordinationem, ſeu ſolemnitatem, tunc in-
ſpicitur locus celebrati côtractus, vt in d. l. ſi fundus,
& in l. 2. C. quemadmo. teſtam. apet. Si vero loquimur
de his quę reſpiciunt executionem iuris, orĩêtis ex ip
ſo contractu, tempore ipſius, & ſecundum eius natu-
ram, tunc inſpicimus locũ celebrati contractus, & nõ
locum deſtinatę ſolutionis. & illud dict. Anch. ſequi-
tur Barb. d. conſ. 15. in fi. vol. 2. vbi dicit, quod ſolutio
monetę fieri debet ſecundum locum contractus, & ſe
quitur Ruyn. conſ. 127. nu. 11. vol. 5. & Cacialup. in
d. l. cunctos populos, nu. 31. & 130. in fi. Et in termi-
14 nis noſtræ quęſtionis, quod mêſuratio fieri debeat ſe-
cundum locum contractus, & non ſecundum menſu
ram loci, vbi res ſita eſt, tenet Bart. in d. l. ſemper in ſti
pulationibus, per illam legem, & per d. l. ſi fundus, &
ſequitur Ang. in auth. de collatoribus, in fi. vbi dicit il
lum text. eſſe notandum pro vêditoribus frumenti ad
mêſuram, quia venditio debet ſemper intelligi ſecun
dum menſuram vigentem in loco côtractus, & ſequi
tur Socin. conſ. 247. & pract. Pap. in forma libelli vê
ditionis, in verb. perticarum cêtum, in fine, vbi dicit,
quod ſi res immobilis ſit vendita ad menſurã, vel mo
bilis ad pondus, & naſcatur contentio inter emptorẽ
& venditorem, ad quam menſuram, vel ad quod pon
dus mêſurari vel ponderari debeat res vendita, quod
15 attendi debet conſuetudo, quæ viget in loco contra-
ctus, & ſequitur Matth. de Afflict. deciſ. 363. num. 5.
Brun. in tract. de augmentu monetę, conclu. vlt. verſ.
& ſi ſit. Dec. in d. l. ſemper in ſtipulationibus. Purpu.
in d. l. vinum, nu. 93. & ſequitur Pariſ. côſ. 64. nu. 71.
vol. 1. Bertach. in ſuo reperto. verb. venditio qualiter.
nu. 41. & hanc eſſe doctorum receptam ſentẽtiam, &
communiter approbatam inquit Cagnol. in d. l. ſem-
per. & ſequitur Raphael Cuma. conſ. 20. & alios DD.
pro hac ſententia dicêtes communem allegat Rolan.
à Valle, conſ. 100. vol. 3. qui reſpondit ex profeſſo dif
ficultatibus, adductis pro côtraria opinione, & in ter-
minis pro hac ſententia conſuluit Octauian. Cacher.
deciſ. Pedemont. 114. vbi refert duas communes opi
niones, ſequens hã vltimam, licet dicat, quod maior
pars ſenatus (æquitatis quadam ratione mota) ſequu-
ta fuerit primam ſententiam, quam ſequitur Matien.
in l. 1. tit. 13. gloſ. 2. num. 3. ubi diſtinguit, quod ſi lo-
quimur in rebus mobilibus, conſideretur locus con-
tractus, in rebus vero immobilibus, locus ubi res ſita
eſt, per l. ſi pater, C. de prędijs minorum, & in gloſ. 1.
nu. 4. dicit, quod primus inuentor menſurarũ, & pon
derum, fuit Phydon Argiuus, ut tradit Plinius de na-
turali hiſtoria, lib. 7. c. 56. alij dicunt Gelliũ, alij Moy
ſen, ut ipſe refert. Sed tu uide Bobadillam, in ſua poli
tica, in prima parte, lib. 1. c. 1. nu. 6. & Gulliern. Be-
ned. in c. Raynutius, verb. & uxorem nomine Adela-
ſiam, nu. 91. ubi dicit, quod Cain fuit primus qui põ
dera & menſuras inuenit, quod uerius puto.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium eſt grauiſſimum delictum.*
2 *Maritus cui adulterium fuit commiſſum non poteſt iu-
ſtum temperare dolorem.*
3 *Separatio thori fit propter adulterium, non tamen prop-
ter occiſionem filij.*
4 *Cap. 9. Geneſ declaratur.*
5 *Melius eſt vulnera pati, quam adulterium.*
6 *Adulterium eſt alieni thori violatio.*
7 *Adulterium dicitur ab alter & thorum.*
8 *Adulterij grauitas magna eſt in iure.*
9 *Adulterium eſt crimen infeſtum bonis viris.*

6 *Adul-*

10 *Adulteriũ turbat honorẽ matrimonij & famã liberorũ.*
11 *Pœnæ cõtra adulteros multæ ſunt ab omni iure impoſitæ.*
12 *Bruta animalia abhorrent adulteria inter ſe.*
13 *Elephantes & columbæ non committunt adulterium.*
14 *Quem poſſum occidere, poſſum alimenta & litis expenſas denegare.*
15 *Maritus qui poteſt occidere adulteros, poterit illos verberare.*
16 *Maritus poteſt caſtrare adulterum.*
17 *Arma contra ſe nemo tenetur præſtare, tam in ciuilibus quam in criminalibus.*
18 *Contraria communis opinio proponitur.*
19 *Monachus accuſans abbatem, debet habere litis expenſas ex bonis monaſterij.*
20 *Maritus mulieri litiganti contra ſe tenetur præſtare alimenta, & litis expenſas.*
21 *L. ſi finita, §. de inofficioſo, ff. de inoffic. teſt. declaratur.*
22 *Alimenta & litis expenſas, quæ perſonæ teneantur præſtare, traditur remiſſiue.*
23 *Maritus iure actionis, & officio iudicis poteſt compelli alimenta vxori præſtare.*
24 *Uxor alenda eſt à viro, lite pendente, quando ipſa bona non habet.*
25 *L. quæ legatorum, ff. vt in poſſ. legat. declaratur.*
26 *Alimenta non debentur habenti vnde viuere poſſit.*
27 *Caſus de facto de adulterio in hac ciuitate Toleti commiſſo proponitur.*
28 *Exclamatio contra mulieres, & illarum proprietates traduntur.*
29 *Mulier eſt dux malorum, & artifex ſcelerum.*
30 *Mulier eſt origo peccati, & mater delicti.*
31 *Mulier eſt ianua diaboli, & cauda ſcorpionis.*
32 *Mulier animam corrumpit, & burſas euacuat.*
33 *Mulier eſt mater culpæ, & radix vitiorum.*
34 *Mulier habet ſubtilia attractamenta, & infinitas malicias.*
35 *Mulier dicitur à mollicie, & à mulceo, mulces.*
36 *Adulteri pluribus pœnis afficiũtur apud varias nationes.*
37 *Conditiones bonæ & malæ feminarũ tradũtur remiſſiue.*
38 *Pœna adulterij in quibus caſibus euitetur, traditur remiſſiue.*
39 *Adulter, dicens ſe ignoraſſe mulierẽ cum qua acceſſum habuit eſſe coniugatam, liberatur.*

QVÆSTIO DCCXXXIV.

Vtrum maritus teneatur præſtare alimentum vxori adulteræ durante lite, quando adulterium eſt notorium. Communis contra communem.

1 ADulterium omni iure pro grauiſſimo delicto reputatur, vt pluribus notabilibus exẽplis cõprobare nititur Maſcard. de prob. vol. 1. concl. 57. nu. 1. & ex eo valde maritus offenditur, adeo vt dicat l. ſi adulterium cum inceſtu, §. Imperatores, ff. ad l. Iul. de
2 adult. quod nõ poteſt maritus, cui mulier adulterium cõmiſit, iuſtum temperare dolorem. Et eſt grauius in mente mariti, q̃ occiſio proprij filij, tex. ſic intelligendus, in l. codicillis, §. matre, ff. de lega. 2. ibi, *filiũ noſtrũ communem occidit, & alia mihi deteriora fecit*, & eſt o-
3 ptimus tex. in c. intelleximus, de his q fil. occider. vbi fit ſeparatio thori propter adulterium, & non propter filij homicidium, & plura congeſſit Guiller. in c. Raynutius, verbo, cuidam Petro, nu. 109. de teſtam. (licet aliter nouiſſime tex. illum intelligat noſter obſeruantiſſimus don Ioan Vela, in tract. de punit. delicto. c. in
4 prin.) Et de grauitate adulterij habetur Geneſ. c. 59. vbi Iacob loquens Ruben filio ſuo, ait: *Tu es fortitudo mea, & principiũ doloris mei*. quaſi diceret, licet plures ſuſtinuerim dolores, tñ nũquam talem ſuſtinui, ſicut illum quem mihi intuliſti, coeundo cũ vxore mea. Vnde dicit Io. Faber, in princ. Inſt. de donatio. quod plu-
5 res ſunt qui magis vellent eſſe vulnerati, quã pati do-
6 lorem adulterij. Quod quidẽ eſt alieni thori violatio, tex. in c. lex illa, §. cum ergo, 36. q. 1. glo. in rub. C. ad l. Iul. de adult. & tradit Syluest. verb. adulteriũ, & Iul. Clar. recept. ſenten. §. adulterium, Couar. in 4. 1. p. c. 1.
7 nu. 8. & probatur in l. 1. tit. 11. p. 7. vbi adulterium dicitur ab *alter & thorum*, quia adulter alterius thorum inuadit. Et de grauitate huius criminis multa congeſ-
8 ſit Pontifex, in c. 1. 81. diſt. & in c. quid in omnib. 32. q. 7. ibi, *quid in oĩbus peccatis adulterio grauius*. & Bal. in c. at ſi clerici, §. de adulterijs, de iudicijs, qui in hæc
9 verba locutus eſt: Adulterium rauerà eſt crimen infe-
10 ſtum laicis & bonis viris, turbat honorem matrimonij, & ẽt famam liberorum, in qua cõſiſtit decus gentiũ, vt io auth. de nupt. in prin. collat. 4. & dicit Bart. in rubr. ff. ad l. Iul. de adult. hoc crimen eſſe maximũ,
11 præter læſæ maieſtatis. Et dicitur Deuteron. c. 27. *Maledictus qui dormit cum vxore populi proximi ſui, & dicat omnis populus, Amen.* & Exo. c. 20 & Deuter. c. 5. & 22. *Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauit cum cõiuge proximi ſui, morte moriatur & mœchus & adultera*, & plura cõgeſſit Tiraq.
12 ad leges connub. gl. 13. nu. 6. & hoc crimen (quia graue & deteſtabile) bruta animalia abhorrent, vt legitur
13 de Elephante apud Plin. de naturali hiſt. li. 8. c. 5. idẽ tradit de columbis, lib. 15. quæ coniugi fidem nõ violant, vt ẽt ipſe refert, lib. 10. c. 34. Quæ oĩa non abs re dicta ſunt, vt grauitas huius criminis facilius cognoſcatur. Vnde cum maritus vehementer offendatur, & ſit permiſſum illi per leges regni adulteros in fragranti delicto repertos occidere, vt in l. 80. Tau. quæ eſt l.
14 1. tit. 20. lib. 8. recop. merito videtur dicendum, quod cum illos poſſit occidere, poſſit & fortius alimẽta vxori, & litis expenſas denegare, arg. tex. in l. necare, ff. de lib. agnoſc. & illud videntur denotare verba d. l. 1. ibi, *faga dellos lo que quiſiere*, quæ verba denotant liberã & abſolutam voluntatem nulli legi alligatam, vt no-
15 uiſſime tradit Azeuedo, ibi, nu. 11. vbi dicit, quod maritus poterit adulteros verberare & vulnerare, quia q poteſt ad maius, poteſt ad minus, vt tradit Hipol. conſi. 54. nu. 7. & Molina, de primoge. lib. 2. c. 5. nu. 28. l. nec in ea, ff. ad l. Iul. de adult. vnde merito defendi po-
16 teſt ſoĩa Palat. Rub. ĩ rub. de don. §. 87. nu. 8. dicentis maritum poſſe caſtrare adulterum, quam ſequitur Didac. Per. in l. 44. tit. 19. lib. 8. ord. pag. 303. & in l. 2. ti. 15. li. 8. gl. *ſi el obiſpo*. Gomez, in d. l. 80. Tau. n. 47. Ex quib. vr̃ fundata pars negatiua noſtræ qõnis, quod maritus teneatur præſtare alimenta vxori adulteræ duran-
17 te lite. Præterea fulcitur iſta ſententia, quia nemo tenet præſtare arma contra ſe, l. fruſtra, C. de probatio. l. qui accuſare, C. de edendo, l. nimis graue, C. de teſtib. quæ iura habent locum tam in ciuilibus cauſis, quam in criminalibus, vt in l. qui ſententiam, C. de pœn. & in expreſſo iſtam ſententiam tenet Bolognet. conſilio

23.vbi dicit communem opinionem,& ſequitur Pa-
ril.conſ.54.nu.57.Feder.de Sen.conſ.156. & dicit ẽt
communem Rimin.conſ.274.nu.75. quem pro com
muni allegat Ioan.Botta,conſ.24.nu.11.& 18. vltra
quos hanc opinionem ſequitur Bal.nu.2. Salic.nu.3.
in l.quod in vxorem, C.de neg.geſt.Romanus in l.ſi
cum dotem,§.ſi maritus,nu.25. ff.ſolu.matri.Gratus,
conſ.57.nu.2.vol.1,vbi dicit communem.
18 Sed his non obſtantib.contraria opinio verior eſt,
& tenenda in iudicando & conſulendo, & pro ea eſt
text.in c.ex parte, t t.de accuſat. vbi monachus accu-
19 ſans abbatem,debet habere litis expẽſas ex bonis mo
naſterij,& aſſignat tex.rationem,quia monachus pro
prium non habet: ergo ſimiliter cum vxor conſtante
matrimonio proprium non habeat, vt in l.doce ancil
lam,C.de rei vendic.(vbi notant DD.) ſequitur quod
20 cum litiget cum marito, vt ſe ab accuſatione adulte-
rij propoſita defendat, quod maritus teneatur illi præ
ſtare alimenta, & litis expenſas, quia alias indefenſa
remaneret,& pro hac ſententia facit tex.vbi glo.in l.
21 ſi finita,§.de inofficioſo, ff.de inoffic.teſt.qui text.li-
cet loquatur in materia appellationis,tamen ex identi
tate rationis, idem dicendum eſt in cauſa principali,
arg.tex.in l.ſi neget,ff.de lib.agnoſ.l.filius,ff.de iure
delib,& notat glo.in l.fi. C.de ordin.cognit.quæ iura
in hoc ſenſu expendit Matth.de Affl. deciſ.10. nu.2.
& ſequitur iſtam ſententiam(pluribus citatis.) & La-
ra,in l.ſi quis à liberis,§.ſi vel parens,nu.55.de liber.
22 agnoſc. vbi poſuit plura exempla de perſonis qui du
rante lite tenentur præſtare alimenta,& in nu.64.ac-
ceſſit huic noſtræ ſententiæ principali,nullum pro cõ
traria parte auctorem adducens,quam opinionem te-
net Palat.Rub.in ca.per veſtras,de donat. §.39.nu.5.
qui dicit,quod ita practicatur. Idemque tenet Feli.in
d.c.ex parte, & alios quos refert & ſequitur Boer. (in
facti cõtingentia loquens de muliere adultera) deciſ.
325.nu.2.Couarr.practi.quæſt.c.6.nu.5.Menoch.de
præſump.1.p.lib.1.quæſt.35.Queſſada, in ſuis quęſt.
c.18.num.fi.& pro regula generali illud tradit Ioan.
Gutierrez,canonicar.quęſt.c.24.nu.7.vbi dicit,quod
ita vidit ſæpe iudicatum,& iudicauit.Quam opinio-
nem in quæſtione propoſita dicit cõmunem Iul.Clar.
lib.5.recept.ſent.§.adulterium,nu.17.vbi dicit,quod
23 ad hoc poteſt cogi maritus, non ſolum ex officio iudi
cis,ſed etiam iure actionis, & ſequitur Guid.Pap.de-
ciſ.439.nu.4.Cephal.conſ.127.nu.6.Ioſeph.Ludou.
deciſ.46.nu.4. & pro hac ſententia conſuluit Federi.
de Senis,conſ.176. Rebuff.in tract.de ſent.prouiſio-
nalib.art.3.gl.1.in 1.tom.nu.17. Riminal.conſ.274.
in fi.& duis communes in quæſtione propoſita tradit
Ioan.Botta,vbi ſup.qui fuit mihi primus inuentor hu
ius contrariæ ſententiæ,& pro hac opinione fuit iudi
catum in curia,vt tradit Thomas de Triuiſanis,lib.2.
deciſ.16.nu.5.vbi aſſignat rationem, quæ ſentẽtia de
24 claranda eſt,vbi mulier nulla bona haberet, ex quib.
poſſet ſe alere,& litis expenſas facere. Et pro hac ſen
25 tentia eſt optimus text.in l.quæ legatorum, 14. ff.vt
in poſſeſſ.legatorũ, ibi, *nec ſuum quicquam habeat*, vbi
notat gloſ.verb.vxore, & ad hoc illum text. expendit
26 Queſſada,quæſtionum iur.c.25.nu.6. & probat text.
in d.l.ſi quis à liberis,§.idẽ reſcripſit,ff.de lib.agnoſc.
cui conſonat text.in l.6.tit.19.p.4.ibi, *otroſi quando el*
hijo vuieſſe de lo ſuyo con que pudieſſe viuir. Et ſic in ca-
27 ſu quæſtionis propoſitæ ita reſpondi, cum de ſimili
fuiſſem conſultus per quendam nobilem ciuem inco-
lam huius ciuitatis Toletanæ, qui cum habuiſſet vxo
rem nimia pulchritudine condecoratã,& ab eo ſum-
mis diuitijs,& delitijs ornatam, & valde æſtimatam,
adulterium ei commiſit,in cuius cauſa patrociniũ pre
ſtiti, & quia delictum fuit pluribus teſtibus de viſu
comprobatum,in abſentia (propter illorum fugã) con
demnati fuerunt in pœna ordinaria delicti:ipſa autẽ,
antequam à domo mariti aufugiſſet, amouit plurima
bona mobilia,aurum, & argentum, æſtimationis duo
millia ducatorum, ex quibus ipſa ali poterat durante
lite,& ſic marito reſpondi nõ teneri illi alimenta, nec
litis expenſas præſtare, ẽt ſi perſonaliter comparuiſſet
in iudicio, prout ſæpe ſæpiuſ attentauit, magis confi-
dens in clementia viri,quam in delicti innocentia. O
infeliciſſimi mariti,quorum vxores talia nefanda deli
28 cta,ad illorum oculos perpetrarunt. O vxores, cuius
genus non ſolũ eſt luxurioſum,ſed venenoſum & aua
riſſimum,& ſic dicitur Eccleſ.c.25. *Plus placebit com*
morari cum dracone & leone, quam habitare cum mulie
re nequam, quæ garrula & linguoſa eſt, *vbi deberet eſſe*
verecunda & pauciloqua, vt habetur in l.in coniunctio
29 ne,C.de nupt. Mulier enim eſt dux malorum,artifex
ſcelerum,propter cuius incontinentiã tot adulteria &
ſtupra nefandiſſima in ciuitatibus committuntur. Illa
eſt quæ vocatur iter mali & mortis,illa eſt ſerpentis di
ſcipula,cõſiliaria diaboli,fons deceptionis, & propter
30 eã omnium rerum calamitas inducitur. Eſt enim ori-
go peccati,mater delicti,arma diaboli,expulſio para-
diſi,inducit homines ad confuſionem,& vocatur im-
pedimentum viri,vas adulterij, animal peſſimũ,pon-
31 dus grauiſſimum,aſpis inſanabilis,ianua diaboli,can
da ſcorpionis,vulnus inſanabile,beſtia inſatiabilis, ſo
licitudo continua, naufragium incontinentis viri,fœ-
tor continuus. Pręterea eſt ſuperbia incomparabilis,
carens lege, modo, & ratione. Habet mel in ore, &
32 in corde venenum & deceptionem. Animã corrum-
pit,burſas euacuat,eſt impedimentum doctrinæ, per-
33 turbatio hominum,mater culpæ, radix vitiorum, &
principium & finis cuiuslibet mali. Eſt fouea profun-
da,puteus anguſtus, inſidiatur aliena via quaſi latro,
& quos incautos inuenerit,interficiet. Nihil ergo in-
feſta muliere crudelius,conſeruatis vos abſcindere il-
lam a carnibus veſtris,ne vobis a cætero abutatur, ha-
34 bet enim mulier ſubtilia attractamenta, ac infinitas
malitias & ſubtilitates pernicioſas ad hoĩes decipien
dos,quas in volumine ampliſſimo numerare difficile
eſſet. Nõ ergo immerito nomen mulieris cõuenit diffi
nitioni,quia non ſolum a mollitie dicitur, verum etiã
35 a mulceo,es: quaſi viros mulcens non ſolũ in ſangui-
ne,verum ẽt in burſa. Obidq; reuocãdę ſunt tales pu
36 tridę ac fœtidę carnes,cũ tot mala inde ſequantur,ſic
& tot pęnis adulteri afficiũtur apud omnes nationes,
vt tradit Tiraq.l.13.a nu.6.cũ ſeqq.& Guill.Benedi.
37 in c.Raynutius,verb.duas habens, nu.25. vbi refert
38 conditiones bonę & malę fœminarum,& nouem ca-
ſus in quibus mulier liberatur à pœna adulterij tra-
39 dit Queſſada,ſup.c.18.& etiam adulter liberabitur,ſi
dicat ignoraſſe mulierem eſſe coniugatam, cum qua
acceſſum habuit,quæ ignorantia de iure præſumitur:
ita Gama,deciſ.142.& probat lex.5.tit.17.p.7. quod
tene menti.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iudæorum paruuli, non poſſunt baptizari inuitis parentibus.*
2 *Reliquiæ Iſrael in æternum durabunt, hoc eſt deſcendentes ex genere Iudæorum.*
3 *Iudæi permittuntur in pluribus rebuſpub. Chriſtianis, quæ ſit ratio.*
4 *Nullus ad fidem cogendus eſt.*
5 *Deus diligit voluntarium militem.*
6 *Iudæis non poteſt iniuria neque violentia fieri vt profiteantur fidem catholicam.*
7 *Voluntas propria ſiue interpretatiua, requiritur in baptiſmo.*
8 *Concilium Toletanum.4. celebratam anno 681. allegatur pro hac ſententia.*
9 *Vſu eccleſiæ non eſt receptum, quod filij Iudæorum baptizentur inuitis parentibus.*
10 *Contraria communis opinio proponitur.*
11 *Fides offerentium ſufficit paruulis in baptiſmo.*
12 *Iudæi non habẽt filios in ſua poteſtate quoad ſpiritualia.*
13 *Baptiſmi ſuſcipit ſacramentum qui violenter ad baptiſmum attrahitur.*
14 *Paruuli iudæorum habent voluntatem præſumptam profitendi fidem catholicam.*
15 *Materia & forma, intentio, requiritur in baptiſmo.*
16 *Puer infidelium recipit characterem baptiſmi in fide parentis ſpiritualis.*
17 *Cap. iudæorum. 28. q. 1. inducitur pro hac opinione.*
18 *Baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum.*
19 *Filij iudæorum poſſunt baptizari, licet ipſi nec ipſorum parentes ſint capti in bello, dum fiat à poteſtate regia.*
20 *Opinio auctoris in quæſtione propoſita traditur.*
21 *Filij iudæorum recipiunt vere baptiſmum etiamſi de facto, inuitis ſuis parentibus baptizentur.*
22 *Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.*
23 *Deus eſt dominus vniuerſalis.*
24 *Princeps eſt in terra miniſter iuſtitiæ.*
25 *Ratio principalis præſentis opinionis proponitur.*
26 *Mala non ſunt facienda, vt inde eueniant bona.*
27 *Opinio Simancas defenditur circa particulares perſonas.*
28 *Indiæ maris Oceani iuſto titulo poſſidentur à noſtro rege catholico, & traditur ratio.*
29 *Indiæ maris Oceani an iuſte a principio occupatæ fuerint per Hiſpanos primos.*
30 *Nemo per viam belli cogi poteſt fidem catholicam.*

QVÆSTIO DCCXXXV.

Vtrum filij infidelium poſſint inuitis parentibus baptizari. Communis contra communem.

QVæſtio quæ in præſenti venit examinanda, eſt ſatis à doctoribus theologis & iuriſperitis cõtrouerſa, & pro parte negatiua, facit doctrina gloſſæ, in
c. Iudæorum. 28. quæſt. 1. vbi dicitur, quod paruuli Iu-
1 dæorum non poſſunt eripi à parentibus, & baptiza-
ri, illis inuitis & reluctantibus. Quia ſi poſſent eripi
in proceſſu temporis, nullus eſſet Iudæus in mundo,
& ſic non adimpleretur prophetia Eſa. c. 10. & Paul.
2 ad Roman. c. 9. vbi habetur, quod reliquiæ Iſrael ſaluæ fient) ſed à talibus reliquijs cauendum eſt) & illã
glo. ſequitur Cardinalis, Flor. & Marianus, in c. ſicut
3 de Iudæis. Ex qua ratione exiſtimo, quod permittuntur Iudæi, etiam in pluribus reipublicis Chriſtianis,
vt adimpleantur ſcripturæ, & illud inſinuat nobis
Clemens Tertius, in d. c. ſicut, ibi, *Statuimus vt nullus inuitos, vel nolentes Iudæos ad baptiſmum venire, compellat.* Et ibi, *Chriſti fidem habere non creditur, qui ad chriſtianorum baptiſmum, non ſpontaneus, ſed inuitus cogitur peruenire*, & aſſignat glo. ibi rationem, quia nullus ad fidem cogendus eſt, vt in c. ad fidem. 23. q. 5.
4 & c. Iudæis. 45. diſt. quia fides ex neceſſitate eſſe non
debet, vt in c. qđ antẽ, 3. diſt. Deus enim opt. max. diligit voluntarium militem, vt in c. non eſt, 15. q. 1. & ſic
5 omnia iura, tam ciuilia quam canonica diſponunt vt
6 nulla iniuria fiat Iudæis, nullaque violentia, vt in d. c.
ſicut. & in l. in chriſtianis. C. de paganis. Rurſus comprobatur iſta ſententia, quia in baptiſmo requiritur
7 voluntas propria, ſiue interpretatiua per alios, vt ſeruatur in baptiſmo paruulorum Chriſtianorum, vt in c. paruuli, de conſecr. diſt. 4. & in c. maiores. de bapt. Iemo. Et in terminis hanc opinionẽ tenet D. Thomas, 2. 2. q. 10. art. 12. dicens, quod ſi infantes baptizarentur inuitis & reluctantibus eorum parentibus, ſequerentur homicidia, & apoſtaſię. Quam opinionem defendunt & approbant Durand. Ricard. & Palud. in 4. ſenten. diſt. 6. Gerſon, in regulis moralibus. Calder. in tit. de Iudæis, conſ. 3. Caietan. in repet. c. ad limina. 30. q. 1. §. 1. num. 64. Anton. Schapa de iure non ſcripto, lib. 2. c. 41. & Greg. in l. 2. tit. 23. p. 2. gl. 3. Didacus Perez, in l. 12. tit. 1. lib. 8 ord. gl. *tornar a la fee*, Bibaldus in candelabro eccleſ. tit. de baptiſmo, nu. 55. & nouiſſime hanc ſequitur opinionem noſter concines D. Ximenez, in ſua cõcordata iuris, ad d. c. Iudęorum, 28. q. 1. in 2. p. vbi refert duas communes, & dicit ſic tenuiſſe & publice legiſſe doctorem Veram magiſtrum vtriuſq; merito venerandum, & Lælium de Zanchis, de priuileg. eccleſię, priuil. 142. num. 10. & 13. Mench. lib. 1. contron. illuſt. c. 8. nu. 12. Burſ. cõſi. 152. vol. 2. num. 11. & 70. Natta, conſ. 434. Pariſ. cõſi. 2. vol. 4. nu. 17. & 34. & hanc dicit communem opinionem Card. Abb. Prępoſ. & Felin. d. c. ſicut. & hanc dicit veriorem & communiorem Maſcard. de Suſannis, in tract. de Iudæis. 3. p. c. 2. nu. 6. & Didacus Perez, in l. 1. tit. 4. lib. 8. ord. pag. 117. & Enriquez (religioſus ſocietatis Ieſu) in ſua ſumma moralis theologiæ, lib. 2. c. 25. & late per magiſtrum Bannes, in 2. 2. q. 10. artic. 12. & Aragon. ibi q. 10. art. 8. & 12. Quam opinionem etiam tenet Card. Flor. in cle. 1. in fin. de Iudæis, & ſequitur Anania, in d. c. ſicut, vbi Io. de Ligna. dicit, quod communiter approbatur iſta ſententia, ex gl. illius tex. quam etiam ſequitur Caiet. in ſuo ſacramentali, ſacram. baptiſmi, q. 45. & Angelus, in ſumma, verb. baptiſmus, §. 2. & Card. Alex. in c. ſi ſincera. 45. diſt. & alios allegat Matth. de Affli. dec. 151. nu. 3. & Sylueſt. in ſumma, verb. baptiſmus, 4. nu. 5. vbi refert communem opinionẽ, & ſequitur Angles, in ſuis quæſt. theolog. in quæſt. de recipientibus baptiſmum, art. 2. vbi refert tres doctorum opiniones in quæſtione propoſita, & pro hac opinione allegat Fer
8 retus, in conſ. 76. nu. 1. Concilium Toletanum quartum, in c. 59. & 65. quod Concilium fuit celebratum anno domini 681. ſub Honorio I. Pontifice Max. regnante anno tertio Siſenando rege in hac vrbe Toletana.

tana. Concilij verba hæc ſunt. *Iudæi qui Chriſtianas*
mulieres in coniugio habent, admoneantur ab epiſcopo ci
uitatis illius, vt ſi cum eis permanere cupiunt, Chriſtiani
efficiantur, quod ſi admoniti noluerint, ſeparentur: filij au-
tem, qui ex talibus nati ſunt, fidem atque conditioné ma-
tris ſequantur. Similiter & illi qui procreati ſunt de infi
delibus mulieribus & fidelibus viris Chriſtianam reli-
gionem ſequantur, non iudaicam ſuperſtitionem. Quod
decretum Concilij Toletani declarat text. in c. maio-
res. §. propter quod, de baptiſmo. Ex quibus clare col
ligitur, quod filij infidelium ſequuntur conditionem
patris vel matris, profitentium fidem catholicá, qua-
ſi ſecus ſit ſi filij procreati fuerint à patribus Iudæis:
quia tunc inuitis parentibus non ſunt baptizandi, cú
non profiteantur fidem orthodoxam, ſed iudaicam
ſuperſtitionem. Quam opinionem ſequitur Simácas,
9 de cathol. inſti. tit. 29. nu. 53. dicens contrariam opi-
nionem vſu eccleſiæ comprobatam non eſſe.
10. Sed his non obſtantibus, contrariam opinioné de-
fendunt grauiſſimi doctores, imo paruuli infidelium
ab inuitis parentibus auferri poſſe, & baptiſmi ſacra-
mento regenerari. Ita tenent Archid. & Ioan. And. &
alij quos refert Simanc. vbi ſupra, & illos ſequitur
Ioan. Bapt. Ferret. conſ. 76. num. 5. vbi dicit commu-
nem opinionem, & Præpoſ. & Card. Alex. in d. c. qui
ſincera. 45. diſt. & pro hac ſententia plures doctores
refert & ſequitur Matth. de Afil. dec. 151. à nu. 4. quę
confirmatur ex text. in d. c. paruuli. de conſecrat. diſt.
11 4. vbi dicitur, quod paruulis ſufficit fides offerentiú,
nulla facta mentione de fide parentum, & ſic ſufficit
fides patrinorum, vel alicuius Chriſtiani, vt in c. illud
præſcrutari, & c. ſi qui, de conſec. diſt. 3. Nec in hoc
caſu patria poteſtas iudæorum eſt in conſideratione,
prout exiſtimant doctores pro contraria parte addu-
12 cti, quia ſecundum Affl. ſupra, nume. 8. Iudæi non
habent filios in ſua poteſtate, & licet haberent in eos
patriam poteſtatem, procederet quoad temporalia, &
non quoad ſpiritualia. Præterea confirmatur iſta ſen-
tentia ex ratione tex. in cap. maiores. §. propter quod,
13 de baptiſ. vbi baptiſmi ſuſcipit ſacramentum, qui ter-
roribus atque ſupplicijs violéter attrahitur ad baptiſ
mum, & ſic ad obſeruantiam fidei Chriſtianæ cogen
14 dus eſt. Quod quidem à fortiori debet procedere in
paruulo infideli, qui non ſolum non habet volunta-
tem violentam in baptiſmo, imo habet voluntaté pr-
ſumptam profitendi fidem catholicam. Rurſus confir
15 matur iſta ſententia, quia in baptiſmo (de quo eſt no-
ſter ſermo) interueniút omnia requiſita de ſubſtantia
& perfectione baptiſmi, quæ eſt materia, & forma, &
intentio ſacerdoris baptizantis, & voluntas parentis
ſpiritualis, offerentis eum in baptiſmo, & ſic conſe-
16 quitur, quod talis puer recipit characterem baptiſmi
in fide parentis ſpiritualis, & ſemel baptizatus debet
17 cogi ad ea quæ ſunt fidei, vt in d. c. Iudæorum, 28. q.
1. qui tex. optime facit pro hac ſententia, & eius ver-
ba ſunt. *Iudæorum filios, vel filias, ne parentum vltra*
inuoluantur erroribus, ab eorum conſortio ſeparari decer
nimus, deputandos aut monaſterijs, aut Chriſtianis mulie
ribus, aut viris Deum timentibus, vt ſub eorum conſerua
tione cultum fidei diſcant, atque in melius inſtituti, tam
in moribus quam in fide proficiant. Ergo ſi ſunt filij Iu
dæorum, bene infertur quod non ſunt filij baptizati,
& ſi in fide debent proficere, & cultum fidei diſcere,
bene ſequitur quod ſunt baptizandi, cum ſine baptiſ
18 mo fides non ſufficiat, quia baptiſmus eſt ianua om-
nium ſacramentorum; & niſi quis renatus fuerit ex
aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlo-
rum. Quæ opinio ſatis pia & æqua mihi ſemper viſa
fuit, quando pueri ſunt teneræ ætatis, qui non habent
19 velle, nec nolle, ſiue parentes illorum ſint capti in
bello, ſiue ex alia cauſa ſerui fient, ſiue non, quia ba-
ptizari poſſunt reluctantibus parentibus à poteſtate
regia, vt legitur feciſſe ſereniſſimus Rex Federicus,
cuius factum fuit approbatum per conſilium Neapo
litanum, propter fauorem fidei Chriſtianæ, vt refert
Afflictus, ſupra, num. 13. & de epiſcopo Iuſtinopoli-
20 tano idem refert Ferretus, conſi. 76. in princ. Et ſic re
iecta diſtinctione tradita per Simanc. ſupra, ita tenen
dum credo, ſub lima & correctione ſanctæ matris ec-
cleſiæ. Et licet verum eſſet, quod prædicti filij ſuis pa
21 rentibus inuitis non eſſent baptizandi, tamen ſi de fa
cto baptizantur, vere recipiunt baptiſmum, nec am-
plius ſunt parentibus tradendi, vt in d. c. Iudæorum,
22 & in c. 2. de conuerſ. infid. Quia multa fieri prohibé-
tur, quæ tamen facta tenét, vt in l. patre furioſo. ff. de
his qui ſunt ſui, vbi Iaſ. & reſoluit ita Ferretus, ſupra,
num. 6. licet & in hoc contrarium doceat Simanc. ſu-
pra, quæ opinio nimis crudelis & rigoroſa eſt, quia
quando filij Iudæorum, inuitis parentibus baptizan-
tur à regibus, & principibus Chriſtianis, illud faciút
23 auctoritate ſuprema & publica, & ſic cum Deus, qui
eſt dominus vniuerſalis, ſecúdum legem naturalem,
& euangelicam, præcipiat omnes paruulos ſibi per ba
ptiſmum conſecrari, ſequitur, quod licet pater infi-
24 delis, qui eſt dominus particularis, velit oppoſitum,
quod princeps, qui eſt in terra miniſter iuſtitiæ, pote
rit illos auferre, & Deo opt. max. per baptiſmum con
ſecrare, & ſic tales pueri recipiunt characterem ba-
ptiſmalem, prout docet & defendit Angles, ſupra, có
25 cluſione 1. & 2. vbi aſſignat rationé, quia ſi princeps
poteſt ſpoliare patrem infidelé, patria poteſtate, quan
do vult ſuos filios occidere, multo magis & a fortiori
poterit, quando eos ſpiritualiter occidit. Et licet non
26 ſunt facienda mala, vt inde veniant bona, & malum
ſit ſpoliare patrem infidelem poteſtate, quam habet
iure naturali in filium, tamen hæc ratio nó tollit vim
concluſionis, quia ordo charitatis eſt in præcepto, &
quando alia via ſalutis æternæ non patet, quam priuá
do proximum re aliqua temporali, poſſumus illum re
illa priuare, animo recompenſandi, & tunc nulla fit
iniuria. Et ſic cum paruulis infidelium alia via ſalutis
æternæ non pateat, niſi eripiendo illos à patria pote-
ſtate animo recompenſandi iniuriam, conſecrandoq;
illos Deo per baptiſmum, non erit profecto facere ma
lum, cum vitam ſpiritualem, ſalutemque æterná præ-
ferre teneamur bonis temporalibus, vt docet Angles,
ſupra, qui bene hoc declarat. Ex qua doctrina defen-
27 di poteſt hæc noſtra ſententia, & etiam poteſt ſalua-
ri doctrina Simanc. de qua ſupra, vt procedat in per-
ſonis particularibus, qui non habent iuriſdictionem,
nec dominium in infideles, & illorum paruulos, redu
cendo illos ad fidem catholicam, reluctantibus paren
tibus, & ſic ſi de facto a talibus perſonis baptizentur,
non recipient characterem baptiſmalem, vt ipſe do-
28 cet. Ex qua reſolutione & doctrina, de qua per magi
ſtrum Angles, ſupra, defendi poteſt titulus, & domi-

nium,

nium, quod ab antiquo obtinuerunt reges noſtri Hi
ſpaniæ, in regnis Indorum, ex eo, quod illos reduxe-
runt ad fidem catholicam, quod cum facere non poſ-
ſent niſi per viam belli, cum linguam Hiſpanicã non
intelligerent, nec concionatores verbi diuini ſine ma
gno milite admitterent, neceſſe fuit arces munitas
hinc & inde extruere, vt tenet Ioan. Mai. in 2. ſenten-
tiarum, diſt. 44. q. 3. loquens in ſpecie de terris Indo-
rum maris Occeani, à noſtris occupatis. Quod late, &
doctiſſime (more ſuo) diſputat Greg. in l. 2. titu. 23. p.
2. ver. *acrecentar el pueblo a ſu fee.* & latius Marquard.
de Suſan. in ſuo tract. de Iudæis, 1. p. c. 14. vbi diſpu-
29 tat, an Indi maris Occeani, iuſte à principio debella
ti fuerint per Hiſpanos primos, cũ magis animo ditã-
di ſe, quam edocendi illos fidem catholicam, ad illos
30 ſe contuliſſent, & per viam belli cogi non poterãt ad
fidem catholicã, vt in d. l. 2. & in l. 6. tit. 24. p. 2. & do-
cet D. Thom. 1. 2. q. 10. art. 8. in 4. ſenten. diſtinct. 13.
q. 41. art. 1. ad 6. & Syluest. verb. baptiſmus. 4. §. 6. &
verb. Iudæus, num. 11. Siman. de cathol. inſtit. tit. 35.
num. 13. Didac. Perez, in l. 12. titu. 3. lib. 8. ordinam.
pag. 66. colum. 1. & melius Greg. ſupra, verb. *acrecen-
tar el pueblo a ſu fee.*

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiuæ partis in quæſtione propoſita referuntur auctores.*
2 *Commiſſa cauſa poſſeſſionis, non eſt commiſſa cauſa proprietatis.*
3 *Proprietas cum poſſeſſione, nihil habet commune.*
4 *Cap. ex conquæſtione, de reſt. ſpol. declaratur.*
5 *Reconuentionis ratione iudex incompetens efficitur competens.*
6 *Litigatores non poſſunt moleſtare partem in cauſa poſſeſſionis, ſi in proprietate non habent iuſtitiam.*
7 *Peccat mortaliter, qui vtitur iudicio poſſeſſorio, non habens iuſtitiam in proprietate.*
8 *Proprietatis iudicium abſorbet iudicium poſſeſſionis.*
9 *Aduocatus poteſt vti remedijs poſſeſſorijs, licet pars, pro qua aduocat non habeat iuſtitiam in proprietate.*
10 *Aduocatus legis non hominis debet habere conſcientiã.*
11 *Aduocati fuerunt plurimi ſancti.*
12 *Aduocatus fuit Chriſtus dominus noſter.*
13 *Aduocationis officium exercet Virgo Maria pro peccatoribus, & eſt officium, apud Deum laudabile & notorium.*
14 *Aduocati, ſi munus ſuum iuſte exerceant plus merentur apud Deum quam ſacri concionatores.*

QVÆSTIO DCCXXXVI.

Vtrum commiſſa cauſa proprietatis, intelligatur commiſſa cauſa poſſeſſionis. Communis contra communem.

PArtem affirmatiuam in quæſtione propoſita tenet
gl. 2. in c. paſtoralis, de cauſ. poſſ. & prop. cum qua
1 eſt communis opinio doctorum, ex Abb. nu. 10. & 11.
& tenent doctores, in c. ex conqueſtione, de reſt. ſpol.
& dicit cõmunem opinionem Socinus, in c. accedens,
el 2. vt lite non conteſt. & ſequitur Caſſiadorus, deci-
ſione 9. in tit. de cauſ. poſſ. & propriet. num. 11. Nec
huic opinioni obſtat text. in l. ſi de proprietate. C. ſi à
non compe. cui quadrupliciter reſpondit Abb. ſupra.
2 Sed contrariam opinionem in quæſtione principa
li, vt commiſſa cauſa proprietatis, non cenſeatur com
miſſa cauſa poſſeſſionis, niſi veniat incidenter, tenet
gl. in d. l. ſi de proprietate, quæ cõiter approbatur ex
Abb. in d. c. 1. num. 13. & ſequitur Iaſ. in l. nulli, C. de
iudi. num. 13. Ripa, in l. naturaliter. §. nihil commu-
ne, num. 21. ff. de acquirend. poſſ. & ibi Bereng. in re-
pet. 2. par. c. 2. num. 12. & Beroius, in rub. de iudicijs,
num. 8. Et ratio deſumitur ex diſpoſitione tex. in d. §.
3 nihil commune, vbi dicitur, quod nihil habet com-
4 mune proprietas cum poſſeſſione, cui reſolutioni nõ
ſuffragatur tex. in d. c. ex conqueſtione, quia ibi illud
procedit virtute reconuentionis quæ prorogat iuriſdi
5 ctionem in cauſa poſſeſſionis, & ratione reconuentio
nis iudex alias incompetens, efficitur competens, vt
in l. quoties, C. de iudic. c. tuam, de ordine cognit. c. 1.
vbi de mutuis petitio. auth. & conſequenter. C. de ſen
tent. & interloc. om. iud. vnde cum cauſa poſſeſſionis
ſit ſeparata à cauſa proprietatis, licet cauſa poſſeſſio-
nis ſit commiſſa, non ex eo cenſebitur commiſſa cau-
6 ſa proprietatis. Caueat tamẽ litigator ne moleſtet, nec
litibus vexet aduerſarium in cauſa poſſeſſionis, ſi res
de qua agitur, in cauſa proprietatis ad eum non per-
7 tineat, quia illud fieri non poteſt ſine periculo animę,
& ſciens & prudens hoc faciendo, peccat mortaliter
& tenetur ad omnes expẽſas, damna, & intereſſe par
ti victæ. Ita tenet Sarmien. lib. 2. ſelect. c. 13. nume. 5.
8 aſſignans rationem, quia iudicium proprietatis, abſor
bet iudicium poſſeſſionis, c. cum dilectus. c. cum ec-
cleſia Suttina. de cauſ. poſ. & propr. & ideo ſi de non
iure agentis conſtaret poſſeſſorio, per ſem iudicatam
in petitorio, vel per confeſſionem partis ipſius, exclu-
deretur poſſeſſorio, d. c. cum dilectus, & ſecundum
veram & receptam opinionem Innocent. in c. conſti-
tutus, de filijs presbyt. quem ſequuntur DD. in d. §.
nihil commune, vbi Iaſ. nu. 43. Alex. 14. Ripa, 35. &
alios refert Menoch. de recu. poſſ. remedio. 1. nu. 233.
Quæ ſententia nimis rigoroſa mihi ſemper viſa fuit,
& valde torquet animum litigatorum & aduocato-
rum, quia ſi ipſi in foro conſcientię non poſſunt agere
remedio poſſeſſorio, ſimiliter nec aduocatus poterit
iuſte in tali cauſa patrocinium præſtare. Cuius contra
rium ſemper vidimus & audiuimus, & nihil tam vſi-
tatum in iure, quam interdicta poſſeſſoria intẽtare in
limine iudicij & maioratus tenutam illorum reme-
9 dijs vtendo. Et ſic ſub correctione almæ matris eccle
ſiæ exiſtimo, non peccare aduocatum, qui in tali cau-
ſa patrocinium præſtiterit (licet ipſe litigator peccet)
vt tenet Innoc. in c. paſtoralis, num. 6. de cauſ. poſſ. &
proprie. dicens, *neque habeas, ò aduocate, conſcientiam
læſam, eo quod dederis cauſam peccandi ſpoliato & reti-
nendo rem alienam, quia poteſt eſſe quod vere ſua ſit, li-
cet eam non probet eſſe ſuam.* Cuius opinionem ſequi-
tur ibid. Ioan. And. & Bal. in Margarita, verb. aduoca
10 tus, reddens rationem, quia aduocatus legis, & nõ ho
minis debeat habere conſcientiam, & ſequitur Par-
lado. lib. 1. rerum quotidianarum, c. 2. nu. 6. vbi dicit,
quod aduocatus excuſatur a peccato, & reſtitutione,
ſi clientulus in poſſeſſorio iudicio ius habeat, in pro-
prietatis vero non, quod verum exiſtimo, quia aduo-
catorum conſcientiæ magis ſunt exonerandæ, quam
grauandæ,

grauandæ, vt libentius munus illud ſanctè exerceant,
11 & ſic facilius in locum Diuorum conſtituuntur, vt legitur de D. Ambroſio, & Iuo. Brito, qui fuerunt aduocati & ſancti, vt refert Caſſaneus, in Catalogo gloriæ mundi, 7. p. conſiderat. 29. in fi. & Mátienço, in dialogo relatorum. 1. p. c. 7. num. 3. & etiam Chriſtus dominus noſter fuit aduocatus pro Maria Magdalena, contra Martha, vt legitur Lucæ, c. 10. Marci 6. & Math. 24. & Ioan. 12. *Quid (inquit) moleſti eſtis huic mulieri? bonum enim opus operata eſt in me.* Ex quibus authoritatibus ſacri doctores (maxime D. Auguſtinus) dicunt, quod dominus fuit aduocatus pro Maria & Martha, idem tradit Rolandus, conſ. 36. nu. 5. vol. 3. vbi in laudem aduocatorum plura congeſſit, & etiam Virgo Maria aduocata peccatorum vocatur ab eccleſia, in quotidiana oratione, cuius exordium eſt. *Salue regina,* ibi, *Eia ergo aduocata noſtra,* & ita aduocati ſint ſanctorum imitatores exercent officium apud Deum, valde meritorium & laudabile, atque ad vitæ hominum & patriæ ſalutem neceſſarium, plusquam milites armatæ militiæ, vt tradit Rolandus à Valle ſupra. Vnde merito illorum conſcientiæ non ſunt coangustandæ, nec opprimendæ, vt facit Sarmiento, ſup. nu. 5. & ſic verior eſt opinio Paradori, ſupra, qui in nume. 8. reſol-
14 uit, quod aduocatus, ſi munus ſuũ vt debet obeat, qđ plus meretur aduerſus Deum, quam ſacri verbi concionatores. Idemque tenet Burgos de Paz, in proœmio leg. Tauri, nu. 382. & Greg. in l. 1. tit. 4. p. 3. verb. *los juzgadores,* vbi aſſignat rationem.

S V M M A R I V M.

1 *Inceſtus cum conſanguinea vxoris, impedit matrimoniũ contrahendum.*
2 *Inceſtus cum propria conſanguinea, eſt impedimentum ad contrahendum matrimonium, ſecundum communem opinionem canoniſtarum.*
3 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur, quod inceſtus cum propria conſanguinea, non ſit impedimentum de iure.*
4 *Matrimonium magis offenditur per inceſtum commiſſũ cum conſanguinea vxoris, quã cum propria, propter exactionem debiti.*
5 *Inceſtus commiſſus cum propria conſanguinea, nullo iure diuino, nec poſitiuo, eſt impedimentum.*
6 *Copula inter proprios conſanguineos, non eſt impedimentũ ad contrahendum matrimonium, quando in gradu cõſanguinitatis eſt diſpenſatum.*
7 *Copulæ taciturnitas non reddit diſpenſationem nullam.*
8 *Copula inter proprios conſanguineos, etiamſi taceatur in diſpẽſationis petitione, non redditur diſpenſatio nulla.*
9 *Relatio Pontifici non eſt facienda de criminibus, prout eſt crimen inceſtus.*
10 *Inceſtus cum propria conſanguinea eſt crimen & peccatum grauiſſimum, non tamen impedimentum.*
11 *Pontifici eſt facienda mentio de his, quæ eum redderent difficiliorem.*
12 *Pontifex inuitatur ad facilius diſpenſandum quando inter conſanguineos interuenit copula, vt ſcandala euitentur.*
13 *Nemo tenetur ſe prodere, nec delictum occultum manifeſtare.*
14 *Diſpenſationem reddit ſubreptitiam taciturnitas copulæ ſecundum aliquos.*
15 *Gutierrez, & alios impugnat auctor in hac opinione.*
16 *Nunquam vidimus, nec audiuimus inceſtuoſos petere diſpenſationem.*
17 *Stylus curiæ Romanæ non eſt, quod exprimatur copula, cum non dicatur in diſpenſationibus, dummodo cognita non fuerit, ſed dummodo vt ſcitur non ſit.*
18 *Cap. 5. ſeſſ. 24. Conc. Trident. declaratur, vt ſolum procedat in matrimonio iam contracto, habita copula, vt facilius diſpenſetur.*
19 *Stylus curiæ facit ius.*
20 *Iudex in partibus non debet iudicare ſecundum Stylum curiæ Romanæ.*
21 *Stylus curiæ modo albus, modo niger.*
22 *Stylus curiæ eſt volubilis, & mutatur ad mutationem Papæ & auditorum.*
23 *Stylus curiæ debet eſſe ſcriptus, & in aperto prolatus, vt à iudicibus ſit obſeruandus.*
24 *Stylus curiæ debet eſſe confirmatus aliqua ſpeciali deciſione Papæ, alias ordinarius non tenebitur illum ſeruare, dum conſiſtat in facto, & non præſumatur.*
25 *Iuri ſcripto potius inhærendum eſt, quam ſtylo Romanæ curiæ propter illius contrarietatem.*

QVÆSTIO DCCXXXVII.

Vtrum inceſtus cum propria conſanguinea impediat matrimonium contrahendum. Communis contra communem.

1 Inceſtus commiſſus cum conſanguinea vxoris, eſt impedimentum impediens matrimonium contrahendum, non tamen dirimit iam contractum. Ita probat tex. in c. tranſmiſſæ, de eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ. Et hæc eſt expreſſa determinatio eccleſiæ, ſecundũ Veracruz, in ſpec. coniug. 1. p. art. 23. de impedimento inceſtus, & probatur in l. 13. & 14. tit. 2. p. 4. vbi declarat Greg. verb. *con ſu parienta,* & reſoluit noſtram queſtionem dicens, inceſtum cum pro-
2 pria conſanguinea eſſe impedimentum, ſicut cũ conſanguinea vxoris, & qđ ſit ſtandum diſpoſitioni illius legis, cũ ſic per illam interpretetur ius canonicũ. Quã opinionem tenuit gl. in c. de inceſtis, 35. q. 3. & glo. fi. in c. ſi quis viduam, 32. q. 7. & Hoſt. Ioan. And. Abb. in c. 1. de eo, qui cogno. conſang. vxor. & Ang. in ſumma, verb. inceſtus, §. fi. & hæc eſt communis opinio canoniſtarum, ſecundum Nauar. in manu. c. 22. nu. 75. qui huic adhæret opinioni, & Ant. Cuchus, lib. 5. maiorum inſtit. tit. 12. nu. 27. cum tribus ſequentibus.

3 Sed his non obſtantibus, contraria opinio verior & receptior eſt, & ſemper illam defendi in iudicando & conſulendo, quia inceſtus cum propria conſanguinea, non eſt impedimentum de iure, ſed ſolum cũ conſanguinea vxoris, vt in toto titu. de eo, qui cognouit conſang. vxo. ſuæ. & ſic hanc opinionem ſequitur D. Tho. in 4. ſen. diſt. 34. q. 1. art. fi. & Florent. 3. p. tit. 1. c. 16. §. 4. Ricar. dicta diſt. 34. Syluest. verb. matrimonium. 7. impedimento fi. Couar. in 4. 2. p. c. 6. num. 4. Veracruz, in ſpec. coniug. 1. p. art. 23. conclu. 1. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem Theologorum, quam ſequitur Cordo. in ſuis quæſt. lib. 1. q. 12. Ledeſma, de matrim. in ſecund. 4. q. 60. art. 4. quam etiam refert communem Ioan. Gutierrez, cano. quæſt. c. 15. nu. 6.

nu.6. & illam ſequitur Matienço, in rub.titu.1.lib.5.
nou.recop.gl.1.num.138.vbi refert duas communes
opiniones, dicens, quod etſi per inceſtum commiſ-
ſum cum propria conſanguinea, grauius facinus per-
petretur, quam cum conſanguinea vxoris, propterea ta
4 men per inceſtum cum conſanguinea vxoris, ma-
gis offenditur matrimonium, cum propter affini-
tatem exactio debiti impediatur à propria coniuge.
5 Rurſus confirmatur iſta ſententia, quia ſi inceſtus cõ
miſſus cum propria cõſanguinea, eſſet impedimentũ,
quo minus poſſet contrahi matrimonium, ſequeretur
quod aut eſſet impedimentum à iure naturæ indu-
ctum, vel a iure diuino poſitiuo, vel a iure humano,
ſed nullo illorum eſt inductum, ergo nullum eſt im-
pedimentum. Primo, non iure naturæ, prout notiſſi-
mum eſt, nec iure diuino, quia in Leuitico, ſolum pro
hibetur matrimonium cum affinibus & conſangui-
neis, vt Leuitici.c.18. iure poſitiuo non eſſe inductũ
probatur, quia in c.tranſmiſſæ, & in c.ex literis, de eo
qui cogn.conſ.vxo.ſuæ.ſolum ponitur impedimentũ
de inceſtuoſo cum affinibus. Et ſic de primo ad vlti-
mum ſequitur manifeſte, quod nullum ſit impedimẽ
tum de iure. Ex quibus venit dilucidanda illa quoti-
diana & aſſidua quæſtio, contingens ſemper in hoc
tribunali vicarij generalis Toletani, tanquam execu-
toris diſpenſationum Apoſtolicarum, an ſcilicet taci-
6 turnitas copulæ, inter conſanguineos proprios, habi-
ta ante vel poſt diſpenſationem obtentam à Roma.
Pontif. reddat diſpenſationem nullam, ita vt ſit neceſ
ſaria noua diſpenſatio cum relatione copulæ. Cuius
determinatio dependet ex reſolutione noſtræ quæ-
ſtionis, quia ſi nullum eſt de iure impedimentum, ſe-
quitur, quod non ſit facienda mentio copulæ in diſpẽ
ſatione, ac proinde, licet de copula inter proprios con
ſanguineos conſtet iudici, ſiue ex probationibus corã
eo adductis, ſiue ex confeſſione propria ipſorum con
trahentium, non poterit ipſe denegare diſpenſatio-
7 nem, ſi in reliquis relatio diſpenſationis vera ſit. Et
ſub correctione eccleſię dicendum eſt validam eſſe di
ſpenſationem, etiam ſi copula ſit inter proprios con-
ſanguineos, ante petitam diſpenſationem, ſiue poſtea
ſubſequuta contra diſtinctionem, & opinionem, Bar-
tholomæi Humada, in l.2.titu.15.p.2.gl.10.a nu.5.
qui inutiliter diſtinguit. Quod quidem comprobatur
ex principalibus fundamentis ſuperioris quæſtionis,
8 ex quibus probauimus copulam inter proprios con-
ſanguineos non eſſe impedimentum de iure. Ergo ſi
nullum eſt impedimentum, ſequitur quod valida ſit
diſpenſatio, etiam ſi copula non exprimatur. Secũdo
9 comprobatur iſta ſententia, quia de criminibus nõ eſt
facienda mentio Pontifici, vt docet Fel.in c.poſtula-
ſti, nu.2. de reſcrip. & plures allegat Sarmien.lib.1.
10 ſelect.c.9.per totum. Ergo cum inceſtus cum propria
conſanguinea ſit quoddam crimen, & peccatũ morta
le grauiſſimum, ſequitur quod de eo non ſit facienda
mentio, cum non ſit impedimentum de iure, nec ex
hoc Pontifex reddatur difficilior, nam alias de omni
crimine & delicto in vita commiſſo eſſet facienda mẽ
tio, quod non eſt dicendum, vt reſoluit Sarm. ſupra.
Nec ex prædictis obſtat tex.in c.quia circa, de conſan.
11 & affin. vbi eſt facienda mentio Põtifici, de omni eo
quod eum redderet difficiliorem ad diſpenſandum,
quia in caſu propoſito non eſt veriſimile, quod eum
redderet difficiliorem ad diſpenſandum, quia in caſu
propoſito non eſt veriſimile quod Põtifex redderetur
12 difficilior, imo pie credendum eſt, quod facilius con
cederet diſpenſationem, ratione copulæ, vt ſcandala
euitentur. Et ob hanc rationem inuitatur ad facilius
diſpenſandum, prout quotidie vidimus, & docet Co-
uar.d.c.6.nu.13.per tex.in d.c.quia circa, & ſi impe-
trans diſpenſationem faceret relationem copulæ, ma-
13 nifeſtaret ſuum delictum, & ſe proderet, ad quod de
iure non tenetur. Quando vero copula fuit ſubſequu
ta poſt diſpenſationem obtentam, & factam relatio-
nem Pontifici (anteaquã ordinarius diſpenſet) eſt ca-
ſus minus dubitabilis, cum eo tempore vera relatio
facta fuiſſet Pontifici, & licet ſecundum aliquos taci
14 turnitas copulæ reddat diſpenſationem ſubreptitiã,
vt tenet Collect.in c.1.de eo qui cogn.conſ.vxo.ſuæ,
& Gambar.de poteſtate legati, lib.7.nu.409. & ſequi
tur Gutierrez, in ſuis canon.q.c.15.nu.23.vbi dicit,
15 gratia eſt ſubreptitia, ſi copula non exprimatur, verũ
nunquam mihi viſum fuit, cum impedimentum non
ſit de iure, vt tenet Cordoua, in ſuis queſtion.q.45.in
2.edit. Nauar.in man.c.22.nu 65.vbi dicit, quod nũ
16 quam vidimus, neq; audiuimus, quod inceſtuoſi pe-
tant diſpenſationem ad contrahendum matrimoniũ,
quod nõ procederet, ſi eſſet aliquod impedimentum
de iure, & noſtram opinionem tenet nouiſſime idem
Nauar.in conſ.5.tit.de conſang. & affin. vbi loquitur
de conſanguineis qui ſecrete habuerunt copulam, &
reſoluit non eſſe ſubreptitiam diſpenſationem, licet
eam non expreſſiſſent Pontifici, quia non eſt faciẽda
mentio niſi de illis tantum, de quibus iura iubent, ẽt
ſi talia ſint, quibus expreſſis difficilius Papa diſpen-
ſaret, pro qua ſententia allegat Felinum, in c.poſtula-
ſti, de reſcr. & deciſ. Rotę.32. in nouis.tit.de reſ. maxi
me, quia epiſcopus poterit circa inceſtum diſpenſare,
idemq; tenet, in conſ.2.tit.de ſponſal. vbi idem reſol-
uit, quando copula fuit habita poſt conceſſam diſpen
ſationem, & cum fuerit Romæ, & viderit & intelle-
17 xerit ſtylũ curiæ, ſi verum eſſet quod ſit ſtylus curiæ
Romanæ, quod exprimatur copula, profecto ipſe de-
poneret de prędicto ſtylo, & ſi ſtylus curię eſſet in cõ
trarium in omnibus diſpenſationibus diceretur, quã-
do committitur ordinario facultas diſpenſandi, *dum-
modo mulier cognita non fuerit*, quod tamen nunquam
dicitur, ſed ſolum *dummodo rapta non fuerit*. Ergo ſi
in hoc ſolo caſu & crimine quod ſponſa ſit rapta, nõ
diſpenſatur, ſequitur quod in reliquis caſibus & cri-
minibus commiſſis in diſpenſatione non contentis,
18 ſit diſpenſandũ, arg. l.cum prætor.ff.de iud. Nec prę-
dictis aliquid obſtat Concilium Trid.c.5.ſeſſ.24.de
ref.matr.quia procedit in matrimonio iam cõtracto,
& quando ſpe facilius diſpenſationis conſequendæ,
habita eſt copula inter cõſanguineos, quod eſt multũ
diuerſum in caſu quæſtionis propoſitæ, vt dicit Gu-
tierrez, ſupra, nu.17.& Humada, in l.2.tit.15.p.2.gl.
10.nu.5. cum ſequentib. quod magis vero vrget pro
19 contraria ſententia eſt dicere, quod ſtylus curiæ facit
ius, vt in c.quã graui.de crimi.falſi.c.ex literis, de con
ſtit.c.pen.de confirma.vti. vel inutil. & plures refert
Maſcardus, vol.3.de probationibus concl.1312.nu.
51.& quod ſtylus curię ſit, & communis praxis, vt co
pula exprimatur, ſaltim ratione compoſitionis cum
Datario: Quia reſpondeo. Primo, quod Nauar. in ſuis
conſilijs

conſilijs deponeret de ſtylo curiæ, ſi aliquis eſſet. Se-
20 cundo, quod iudex in partibus non debet iudicare ſe
cundum ſtylum curiæ Romanæ. Ita Ferret. conſi. 48.
nu. 19. Azeuedo, in l. 2. tit. 10. num. 11. lib. 4. recopil.
& ſic ordinarios, cui eſt conceſſa facultas diſpẽſandi,
non debet ſecundum illum ſtylum, quem nõ vidit,
21 nec eſt in corpore iuris, iudicare. Maxime, quia ſtylos
curiæ modo albus, modo niger eſt, vt tradit idẽ conſ.
11. nu. 9. & conſ. 52. num. 6. & Mandoſ. in reg. can-
cell. 33. q. 8. nu. 5. & Felynus, in c. Rodulphus, num.
22 22. de reſcrip. vbi dicit, quod ſtylus curię eſt volubi-
lis, & mutatur ad mutationem Papę & auditorum. &
Staphyleus de literis grat. in prælud. no. 4. fol. 13. Mã
doſ. ſup. & Lapus, alleg. 51. & plura tradit Rebuff. in
23 tract. de confir. ar. 2. gl. 13. nu. 54. vbi dicit, quod ſty
lus curiæ, vt ſeruetur, debet eſſe ſcriptus, & in aperto
prolatus, & notorius, & per Rom. Pontif. approba-
tus, & etiam tunc non imponit neceſſitatẽ vt in alijs
tribunalibus & curijs ſeruetur. Ita Bald. in c. 2. de fe-
rijs, & Gomez, in proœm. reg. Cancellariæ. Ergo cum
officiali Toletano committatur per Pontificem, vt di
ſpenſet in tali gradu, ſi preces veritate nitantur, ſequi
tur, quod teneatur diſpenſare, licet ſibi de copula con
ſtiterit, cùm illud non veniat in ſua commiſſione, nec
alias de iure ſit impedimentum, nec de contrario ſty-
24 lo curiæ ſibi aliquo modo conſtet. Et vt ordinarios te
neatur ſeruare in deciſionibus cauſarum ſtylum cu-
riæ, eſt neceſſarium, quod ſit confirmatus ſpeciali de-
ciſione Papæ, vt docet Lapus, alleg. 52. col. 1. & Caſ-
ſiadorus, deciſione 13. circa finem, in tit. de præbend.
& cum ſtylus ſit facti, non præſumitur niſi probetur.
Ita Hieronymus Gigas, conſi. 38. nume. 70. & potius
25 iuri ſcripto adhærendum eſt, quã ſtylo Romanæ cu-
riæ, propter illius varietatẽ. Ita Caſſiadorus, tit. de re-
ſtitutione ſpolia. deciſ. 9. nu. 17. & cum caſus iſte non
ſemel ſed multoties contigiſſet, ita patrocinium præ-
ſtiti, ſimul cum doctiſſimo doctore Nauarro, canoni-
co eccleſiæ Toletanæ, (cuius anima requieſcat ĩ pace)
& pro hac opinione iudicatum fuiſſe bis mihi notum
eſt. In caſu tamen, quando copula habita fuit poſt cõ-
ceſſam diſpenſationem eſt caſus minus dubitabilis
& ſic vterque (meo iudicio) pariformiter debet de-
terminari, cum neutro caſu ſit impedimentum de iu-
re, prędicta copula inter proprios conſanguineos, &
quia nullo iure cauetur (ſecundum Nauat. ſupra in di
cto conſ. 2.) quod non poſſit impetrari diſpenſatio ſu
per vno impedimento, non facta mentione de alio,
quamuis matrimonium iuſte contrahi non poſſit, do
nec ſemper vtroque diſpenſetur. Impedimentum ta-
men inceſtus ſolum impedit, non dirimit, vt ipſe tra-
dit, nu. 2. & in man. c. 22. nu. 74. & 75. quod intelli-
go, quatenus inceſtuoſi de iure impediuntur contra-
here cum alijs, non vero inter ſe, cum hoc non repe-
riatur de iure prohibitum.

QVÆSTIO DCCXXXVIII.

*Vtrum abſens cauſa reipublicę reſtituatur contra vſuca-
pionem completam in abſentia, vel in præſentia. Com-
munis contra communem, & quid iure regio.*

ABſentem reipublicæ reſtitui cõtra vſucapionem, ſiue completa fuerit eo abſente, ſiue eo præſente, lapſo paruo tempore poſt reditum, probat tex. in l. ab hoſtib. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cau. maio. §. rurſus, Inſt. de actio. Quam ſententiam extendit glo. in d. §. ſed quod ſimpliciter, etiam ſi poſt reditum, magnum temporis ſpatium labatur, dum tamen deducto abſentiæ tempore, reliquum tempus nõ ſufficiat ad complendam vſucapionem. Et eſt ſimilis glo. in c. dilecto. verb. & futura, de verb. ſignif. quam dicit veriorem Sal. in l. quod tempore, nu. 2. C. de reſt. militũ, vbi dicit communem opinionem Albericus, dicit & communem Iaſ. in d. §. rurſus, nu. 57. & ratio eſt, quoniam illo tempore abſentiæ dominus fuit læſus per abſentiam, & ſic debet illud abſentiæ deduci de medio, argum. tex. in l. nec non, §. ſi. cum l. ſequenti. ff. ex quib. cauſ. maior. & ſequitur Balbus, de præſcriptio. 1. par. 5. partis. colum. 4.

Sed contrariam opinionem (imo quod non deducatur tempus abſentiæ, nec abſens reſtituatur, tranſacto non modico tempore) tenet Azo, in ſumma, tit. de reſti. militum, & dixit communem opinionem Paul. in l. diuortio. §. non ſolum, nu. 4. ff. ſoluto matr. & pro hac opinione facit text. in d. §. ſed quod ſimpliciter, ibi, *nõ quodcunque ſed modicum tempus*. Maxime, quia poſt multum tempus eſt quod imputetur abſenti, vnde nimirum ſi non reſtituatur, vt in l. his qui reipub. ff. ex quib. cauſ. maiores. Prima opinio verior & humanior eſt, & approbata de iure regio, in l. 28. titul. 29. par. 3. vbi illud notat Greg. verb. *tomen, aſſe*, vbi dicit cõtrariam opinionem communiter reprobari, & pro hac ſententia eſt elegans tex. in l. Pamponius, 85. ff. de acquirend. hered. quem exornat & declarat Ant. Gomez, 1. tom. variarum. c. 9. num. finali.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia in temporalibus non habet iuriſdictionem.*
2 *Clerici ſunt exempti iure poſitiuo, in temporalibus à iuriſdictione temporali.*
3 *Principes tẽporales non ſubijciuntur Papæ in tẽporalib.*
4 *Romana eccleſia, quod poſſidet in temporalibus, habuit ab Imperatoribus.*
5 *Laicus pro re ciuili non poteſt conueniri coram iudice eccleſiaſtico.*
6 *Papa non habet vtrumque gladium in temporalibus.*
7 *Papa non iudicat de cauſa regis Anglorum.*
8 *Iuriſdictio temporalis & ſpiritualis eſt diſtincta.*
9 *Reges Francorum in temporalibus non recognoſcunt ſuperiorem.*
10 *Cæſari danda, quæ ſunt Cæſaris, & Deo quæ Dei ſunt.*
11 *Petro Dei vicario non fuit data poteſtas temporalis, ſed ſpiritualis.*
12 *Auctoritates ſacræ paginæ referuntur pro hac ſentẽtia.*
13 *Iuriſdictio temporalis non habetur à Papa ſed à Deo.*
14 *Papa non habet iuriſdictionem temporalem, & ſic non appellatur ad eum.*
15 *Papa Imperatori ſoluit tributum.*
16 *Potentiæ diſtinguuntur per actus.*
17 *Iuriſdictiones, diſtinguuntur penes obiecta.*
18 *Iuriſdictio temporalis non ſubeſt ſpirituali.*
19 *Deus creauit cęlum & terram in principio, hoc eſt, ſpiritualem & corporalem creaturam.*
20 *Deus creauit lucem in primo die creationis.*
21 *Deus fecit duo luminaria, videlicet Solem & Lunam.*

22 *Papa*

22 *Papa intelligitur per Sólem, & Imperator per Lunam.*
23 *Cap. quoniam. 10. diſtinct. declaratur.*
24 *Caput, cum ad verum, & cap. duo ſunt. 96. diſtinct. declaratur.*
25 *Mundus regitur duabus perſonis, Papa & Rege.*
26 *Cap. tuam, de ord. cognit. declaratur.*
27 *Imperator dicitur mundi dominus.*
28 *L. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iactu, declaratur.*
29 *Dominium eiuſdem rei non poſſunt duo inſolidū habere.*
30 *Imperium à Deo eſt traditum imperatori.*
31 *Iuriſdictio laica non naſcitur ex eccleſia.*
32 *Reges Hiſpaniæ in temporalibus nemini ſubiacent.*
33 *Subditus regis in temporalibus non appellat ad Papā.*
34 *Singula officia ſingulis perſonis ſunt committenda.*
35 *Pater ſpiritualis, & carnalis eiuſdem filij, nemo poteſt eſſe.*
36 *Imperator erit vnus & ſolus.*
37 *Iuriſdictio ſpiritualis & temporalis differunt ſpecie.*
38 *Sol ſicut ſuperat Lunam, & aurum plumbum, ita iuriſdictio eccleſiaſtica ſuperat ſecularem.*
39 *Deus continet perfectionem omnium rerum.*
40 *Papa poteſt facere nouos principes, & imperium diuidere.*
41 *Papa in temporalibus habet ſupremam poteſtatem, & non habet.*
42 *Papa non habet iuriſdictionem quam Deus non habuit.*
43 *Auctoritates ſacræ paginæ traduntur pro hac opinione.*
44 *Poteſtas, & iuriſdictio, dantur propter vſum.*
45 *Caput 28. Matthæi, declaratur.*
46 *Contraria communis opinio proponitur.*
47 *Gladij duo ſignificant duas poteſtates.*
48 *Imperium diuiſum fuit in quatuor partes.*
49 *Vnus eſt finis ad quem omnia diriguntur.*
50 *Rationes vrgentiſſimæ, & Philoſophicæ referuntur pro hac opinione.*
51 *Cap. nouit de iudic. declaratur.*
52 *Qui de duobus ſibi propoſitis alterum negat, alterum fateri videtur.*
53 *Iura plurima pro hac ſententia referuntur.*
54 *Imperator recipit coronam à Papa.*
55 *Papæ poteſtas comparatur auro, & Imperatoris plūbo.*
56 *Imperator eſt inſtar Lunæ & Papa inſtar Solis.*
57 *Eccleſia militans eſt conſtituta ad exemplum triumphantis.*
58 *Papa dedit poteſtatem eligendi Imperatorem magnatibus Germaniæ.*
59 *Papa, quando cognoſcat contra Imperatorem.*
60 *Papa deponit Reges & Imperatores, & dat illis coadiutores.*
61 *Papæ omnis creatura eſt ſubiecta.*
62 *Iudicans de medijs, poteſt iudicare de fine.*
63 *Sanitas eſt finis artis medicæ.*
64 *Finis poteſtatis Papæ eſt felicitas æterna.*
65 *Cui iuriſdictio conceſſa eſt, videntur conceſſa omnia, ſine quibus iuriſdictio exerceri non poteſt.*
66 *Iuriſdictio ſpiritualis non poteſt commode exerceri ſine iuriſdictione temporali.*
67 *Dominus aliquando vtrumque gladium exercuit.*
68 *Imperator eſt Papę vicarius in temporalibus.*
69 *Extrauag. vnam ſanctam. de maior. & obed. declaratur.*
70 *Gladius ſpiritualis & materialis eſt ſub poteſtate eccleſiæ.*
71 *Doctores tenentes hanc opinionem referuntur.*
72 *Declaratio quæſtionis proponitur, & reſponſio ad argumenta contraria.*
73 *Cauſæ quædam ſunt ſpirituales, quædam temporales, quædam mixtæ.*
74 *Iudex eccleſiaſticus ratione incidentiæ cognoſcit de cauſis temporalibus.*
75 *Iuriſdictiones ſpirituales, & temporales immediate a Deo ſunt inſtitutæ.*
76 *Reges regnant per Deum.*
77 *Ratio propter quam iuriſdictiones fuerunt bipartitæ traditur.*
78 *Experientia eſt rerum magiſtra.*

QVÆSTIO DCCXXXIX.

Vtrum Romanus Pontifex in tēporalibus habeat vtrumque gladium. Communis contra communem.

1 ECcleſiam non habere vtrumque gladium in tēpotalibus, tenet gl. in c. quoniam, verb. diſcreuit, diſt. 10. & Bald. in proœmio Digeſtorum, vbi docet, quod Imperator in temporalibus non recognoſcit ſuperiorem. Idemq; tenet Alber. in l. cunctos populos, nu. 9. & 10. C. de ſum. Trinit. & in c. bene à Zenone. C. de quadri. præſcri. nu. 16. & Card. in c. nouit, de iudi. vbi Nauar. notab. 3. nu. 4. & Maior. in 4. diſt. 24 q. 3. & Victoria, in relect. 2. de poteſtate eccleſiæ, in propoſit. 4. 7. & 8. Soto, lib. 4. de iuſt. & iu. q. 4. art. 1. Driedonius, de liber. Chriſtiana. c. 15. Pro qua ſententia facit doctrina Innoc. in c. 2. de maior. & obed. quam ap-
2 probat Couar. pract. c. 31. nu. 2. vbi ait, quod clerici, exceptis ſpiritualibus, in reliquis ſunt exempti, iure poſitiuo tantum, & hanc opinionem dicit eſſe communem Bermond. de publicis concub. verſ. & ſi regali præfulgeat dignitate. nu. 16. & Mench. lib. 1. controuer. illuſt. c. 20. nu. 3. vbi refert duas communes opiniones in quæſtione propoſita, & c. 21. nu. 1. & pro
3 hac ſententia, quod principes temporales non ſubijciantur Papę in rebus tēporalibus, nec eccleſia & eius vicarius Pontifex maximus, habeat in his vtrumque gladiū, probatur ex tex. in c. ſolitæ, de maior. & obed. vbi dicit Innoc. *non negamus quin Imperator præcellat in temporalibus illos duntaxat, qui ab eo ſuſcipiunt tem-*
4 *poralia*, ſed Papa & Romana eccleſia, quidquid habent in tēporalibus pro maiori parte perceperunt ab Imperatoribus, ergo ad illos tanquam ad collectores bonorum pertinet iuriſdictio tēporalis, & non ad Papam, cui ſubeſſe non debent. Secundo pro hac ſenten-
5 tia facit tex. in c. licet, de for. compe. vbi dicitur, quod laicus laicum pro re ciuili coram iudice eccleſiaſtico non poteſt conuenire, niſi in defectum iudicis ſecularis, vnde bene ſequitur quod Romanus Pontifex in temporalibus habet tantum ſubſidiariam iuriſdictionem. Et ſic quod nec Papa temporalibus, nec Imperator ſpiritualibus, debet ſe immiſcere. Tertio pro hac ſententia facit tex. in c. nouit, de iudicijs, vbi dicit Innoc. *non putet aliquis, quod iuriſdictionem illuſtris regis Francorum perturbare aut minuere intendamus, cum ipſe iuriſdictionem noſtram, nec velit nec debeat impedire.* Ex quo tex. clare colligitur, q̄ Papa nō habet vtrumque gladium, & ſic non dicitur in tēporalibus. Quarto confirmatur iſta ſententia, ex tex. in c. cauſam, el 2.
7 qui filij ſint legitimi, ibi, *Nos attendentes quod ad re-*

gem

gem pertinet, non ad eccleſiam, de talibus poſſeſſionibus
iudicare, ne videamus iuri regis Anglorum detrahere,
qui ipſarum iudicium ad ſe aſſerit pertinere, fraternitati
veſtræ mandamus, quatenus regi poſſeſſionum iudicium
relinquentes, de cauſa principali plenius cognoſcatis. Er-
go ſi hoc dr̃ de rege Anglorum, qui Romanæ eccle-
ſiæ feudalis eſt, & cenſualis, multo magis de alijs regi
bus dicendũ erit, quod notat gl. ibi, verb. ad regem, di
8 cens, quod iuriſdictio temporalis & ſpiritualis, eſt di-
ſtincta & diuiſa. Quinto fulcitur iſta ſnĩa ex tex. ad li
teram, in c. per venerabilem, eod. tit. vbi expreſſe dici
9 tur, ꝙ rex Francorum in temporalib. non recognoſcit
ſuperiorem, & ſic patet reges in temporalibus non
debere ſubeſſe Papæ, ſicque Deus interrogatus à Iu-
dæis, vtrum liceret cenſum dare Cæſari, an non, reſpõ
10 dit. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt
Dei, Deo. Ergo ea quæ ſunt Dei, & ea quæ ſunt Cæſa
ris diſtincta ſunt & ſeparata, & per conſequens bene
infertur Papam in tẽporalibus non habere iuriſdictio
11 nem. Quod etiam deducitur ex commiſſione vicariæ
conceſſa Petro, quia non legitur iuriſdictionem tẽpo
ralem conceſſam fuiſſe, ſed tantum ſpiritualem, & ſic
dixit Dominus, *Tibi dabo claues regni cęlorum*, non ve
ro illi dedit dominium terrenorũ, & ſic ſtatim ſubiun
git, quaſi ſemetipſum exponens de ſpirituali tantum
poteſtate dixiſſe, *Quodcunque ligaueris ſuper terrã erit*
ligatum & in cælis, & quodcunque ſolueris, &c. & rur-
ſus poſt reſurrectionem ſuam dixit Apoſtolis, *accipite*
ſpiritum S. quorum remiſeritis peccata remittuntur eis.
Ex quib. verbis ſpiritualis iuriſdictio, & non tempo-
ralis fuit ſucceſſorib. Petri conceſſa. Sexto corrobora-
tur iſta opinio ex tex. & ibi gl. in c. quoniam, 10. diſt.
vbi dr̃, quod Chriſtus officia vtriuſq; poteſtatis exer
cuit, vt oſtenderet, ꝙ vtraque poteſtas ab eo proceſſit,
nõ quod vna perſona illa duo officia gerere debet, cũ
12 ſint poteſtates diſtinctæ, & iuriſdictio temporalis nõ
13 hr̃ à Papa, ſed à Deo, & ſic in temporalibus nõ appel-
latur ad Papã, vt in c. ſi duobus, de app. & in d. c. cau-
ſam, qui filij ſint legitimi, vbi probatur Papam nõ ha
bere iuriſdictionem temporalem, quod maxime ex eo
15 colligitur, quod Papa ſoluit tributum Imperatori, vt
in c. tributum. 23. q. 8. & in c. magnum quidem. 11. q.
1. & qui ſoluit alicui tributum, non vr̃ expreſſe in tẽ-
poralibus, ſed magis ſubeſſe, vt in c. omnis anima, de
cenſibus. Septimo confirmatur iſta ſnĩa ex doctrina
16 Ariſt. in 2. de anima, vbi dicit, quod potentiæ diſtin-
guitur per actus, & ideo vbi actiones diſtinctæ ſunt,
ibi neceſſario poteſtates ſunt ſeparatæ. Sed ſic eſt, qđ
gubernatio ſpiritualium & temporaliũ, ſunt actiones
oĩno ſeparatæ: ergo ſuccedit regula philoſophica, quę
dicit, quod illa quæ ſeparata ſunt, vnum non ſubeſt al
teri, & ſic cõcludendum eſt, iuriſdictionem & aucto-
ritatem tpalem nõ ſubeſſe ſpirituali. Maxime, quia ſe-
17 cundum Philoſophum, iuriſdictiones diſtinguuntur
penes obiecta, quia cum ſonus, qui eſt obiectum audi
tus, differt à colore, qui eſt obiectum viſus, ideo audi
re & videre ſunt duę poteſtates diſtinctę. Et ſimiliter,
quia temporalia & ſpiritualia ſunt inter ſe diſtincta,
10 nec cõtinentur ſub eodem genere, nec cõmunicãtur,
conſequens eſt, iuriſdictionem tpalem nõ ſubeſſe ſpi
rituali. Octauo facit pro iſta ſententia, quia in princi-
19 pio creauit Deus cęlum & terram, vt hr̃ Gen. 1. vbi ſe
cundum theologos exponitur, id eſt ſpirituale & cor
poralem creaturam. Et iſta eſt prima & præcipua dif-
ferẽtia, quæ eſt inter creaturas, & ſic diuerſa requirũt
20 regimina, quia in primo die creationis mundi, Deus
creauit lucem, & diuiſit lucem à tenebris, & per lucẽ
(ſecundum gloſſatorem Bibliorum) ſignificantur ſpi-
ritualia; & per tenebras temporalia, ergo diſtinguun-
tur, & diuiduntur ſpiritualia à temporalibus & pote
ſtates vtriuſque regiminis ſunt oĩno diſtinctæ. Quod
21 quidem euidẽtius datur intelligi ex eo, qđ Deus quar
to die fecit duo luminaria magna ad regimen & deco
rem vniuerſi, videlicet Solem & Lunam, quorum of-
cia ſunt diſtincta & diuerſa, quia Solem ordinauit vt
præeſſet diei, Lunã vero vt præeſſet nocti, & per iſta
duo luminaria ſignificantur poteſtates ſpiritualis &
22 temporalis, per Solem intelligitur Papa, & per Lu-
nam Imperator, qui præeſt temporalibus, vt dicit tex.
in d. c. ſolitę, de maior. & obed. ibi, *ad firmamentũ vni*
uerſalis eccleſiæ fecit Deus luminaria magna, quæ ſunt
Pontificalis auctoritas, & regalis dignitas. Ergo mani
feſte conſequitur, Romanum Pontificem quo ad tem
poralem iuriſdictionem nullam habere poteſtatem.
Nono fulcitur iſta ſnĩa in c. ſuſcipitis, & in c. quoniã.
23 10. diſt. vbi mediator Dei & hominum, homo Chri-
ſtus Ieſus, ſic vtriuſque poteſtatis officia diſcreuit, vt
Imperatores pro æterna vita Pontificibus egerent, &
rurſus Pontifices pro curſu tantummodo temporaliũ
rerum imperialibus legibus vterentur. Et ſic clare cõ
ſtat Chriſtum ſeparauiſſe vtriuſque poteſtatis officia,
& Papam indigere Imperatore quoad bona tempora-
24 lia. Idem probatur, in c. cum ad verum, 96. diſtin. ibi.
Cum ad verum ventum eſt vltra ſibi nec Imperator iu-
ra Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperato-
rum vſurpauit, & in c. duo ſunt, ead. diſt. ibi, *duo ſunt*
quippe Imperator Auguſte, quibus principaliter hic mũ
dus regitur, auctoritas ſacra Pontificum, & regalis pote
ſtas, tex. etiam in c. nos ſi incompetenter. §. ſed notã-
25 dum. 2. q. 7. ibi, *duæ ſunt perſonæ quibus mundus iſte re*
gitur, regalis videlicet, & ſacerdotalis, ſicut reges præ-
ſunt in cauſis ſeculi, ita ſacerdotes in cauſis Dei, & pau-
lo poſt habetur, *ſicut Ozias à domino lepra percuſſus*
eſt, quia ſacerdotium officia vſurpare voluit, ſic ſacerdoti
bus & prophetis Regum vſurpare officia non licuit. De-
29 cimo pro hac opinione facit tex. in c. tuam, de ordine
cogni. vbi Honorius Tertius præſupponit ſe idoneũ
iudicem ad cognoſcendum de natalibus Reginæ Cy
pri, at vero ad cognoſcendum de ipſius ſucceſſione,
non ipſum ſed Regem Francorum exiſtere competẽ
tem. Idemq; tradit Alexander Tertius, in cap. cauſam
quæ, elem. 2. qui filij ſint legitimi, vbi rñdit, ad regẽ,
non ad eccleſiam pertinere de poſſeſſionibus cogno-
ſcere, & addit, *ne videamur iuri Regis Anglorum detra*
here, qui ipſarum iudicium ad ſe aſſerit pertinere. Vnde
27 cimo confirmatur iſta ſentẽtia ex l. deprecatio. ff. ad l.
28 Rhod. de iactu, vbi Imperator dicitur dñs totius mũ
di, quam optime declarant Ant. Gabriel, lib. 5. cõmu.
concl. tit. de acq. rerum dom. concl. 3. Menchaca, lib.
1. controuer. illuſt. c. 20. nu. 18. (omnino videndus) &
Caſſa. in Catalogo glo. mundi, lib. 5. conſid. 28. & pro
fundamento noſtræ quæſtionis illam tradit Soto, lib.
4. de iuſt. & iur. q. 4. art. 2. illudq; probatur in l. bene
à Zenone. C. de quadr. præſcr. l. 2. §. pe. C. de iureiurã
do propter calum. dãdo. l. 1. §. cum lex. C. de rei vxor.
actio. ſi ergo imperator eſt eſt dñs mundi, ſequitur ꝙ
Papa

Digitized by Google

29 Papa non ſit dominus,quia duo in ſolidum nequeũt
eſſe domini eiuſdem rei.l.ſi vt certo.§.duobus vehicu
lum.ff.commod.l.3.§.ex contrario.ff.de acq.poſſe. &
ſic dicendum eſt,quod imperator ſit dominus quoad
temporalia, Papa vero abſolutus dominus quo ad ſpi
30 ritualia,quia imperium traditum eſt à cęleſti maie-
ſtate Imperatori, vt in l.1.C.de vet.iur.enucleando,
& in auth.quomodo op.epiſcopos,collat.1. & in au-
then.de non alienan.§.ſancimus, collat.2.authen. de
inſtrum.caut.& fide §.quia igitur,collatione 6.vbi di
31 citur Imperium à Deo de cœlo inſtitutum, & ſic ſu-
prema poteſtas laica non naſcitur ex eccleſia, nec eſt
32 penes eccleſiæ principem, vnde Reges Hiſpaniæ in
temporalibus nemini ſubiacent,vt tradit glo.in cap.
Adrianus,63.diſtin.& in c.& ſi neceſſe,de donat.in-
ter vir.gloſ.verb.reſtitui, & ſic tanquam domini rerũ
temporalium loquendo cum prælatis, in ſuis proui-
ſionibus regalibus dicunt, *ſopena de las temporalida-
des*, & ſolent aduerſus inobedientes exequi pœnam,
vnde bene dicit Nauarrus,in d.c.nouit, notab.3.nu.
33 32. in hæc verba, *quis enim eorum ferat ſibi ſubditum à
ſe ipſo ad Papam appellantem? quis eorum pareat Papæ
iubenti,ne in illa vel illa cauſa prophana cognoſcat? quis
enim eius legitimationẽ quoad ſucceſſionem temporalẽ
in ſuis regnis recipiat, quis enim legib⁹ eius cõtrarijs ſuis
extra ſpiritualẽ, & ad ſpiritualia ordinatã materiam pa
reat.* Vltimo pro confirmatione huius opinionis facit
34 ratio naturalis,quę ſuadet ſingula officia ſingulis eſſe
cõmittenda perſonis.c.1.89.diſt.cum ſingula, de præ
ben.in 6.l.nemo.C.de aſſeſſoribus,l.conſulta.C.de te
35 ſtam.& ideo nemo debet eſſe carnalis & ſpiritualis pa
ter eiuſdẽ,vt in c.ad limina.30.q.1.quia pluribus in-
tẽtus,minor ſit ad ſingula ſenſus,& qui vtrumq; feſti
nat,neutrum bene peragit.d.l.nemo. Et ſic inter apes
eſt vnus princeps, & inter grues vna dux,vt in c. in
apibus.7.q.2.ſic Imperator erit vnus,& ſolus ad exer
cẽdam temporalẽ iuriſdictionem, vt in extrau. ad re-
primẽdam,quomodo in crim.læſ.maieſt. Pro qua ſen
tentia plures alias rationes & auctoritates adducit do
37 ctiſſimus Nauar.ſupra,dicens,quod hæ duæ poteſta-
tes differunt ſpecie,quia iuriſdictio mere laica eſt na-
turalis, iuriſdictio eccleſiaſtica ſupernaturalis, & ſic
38 ſicut aurum ſuperat plumbum altitudine ſuæ quiddi
tatis ſeu eſſentiæ, & Sol, Lunam, ita poteſtas eccle-
ſiaſtica ſuperat mere laicam,ſua eſſentia & eminẽtia,
& eminenter contineat eam,ſicut perfectio auri emi-
nenter continet perfectionem plumbi, & Sol perfe-
39 ctionem Lunæ, & Deus ipſe perfectionem omnium
creaturarum, vt docet D.Tho.communiter receptus.
1.p.q.4.ar.2.& ſic optime dixit Frãciſcus a Victoria,
de poteſt.eccleſiaſt.q.5.verſi.octaua propoſitio,quod
Papa in ordine ad ſupernaturalia habet ampliſſimam
poteſtatem,ſuper omnem temporalem,qua vti poteſt
quando quantumque neceſſe fuerit ad finẽ superna-
40 turalem,& poteſt non ſolũ omnia quæ poſſunt prin-
cipes ſeculares,ſed & facere nouos principes, & tol-
lere alios, & imperia diuidere. Nec omittam in hac
quæſtione illud notandum celebreque dictum Caie-
tan.tom.1.tractatu 2. de auctoritate Papæ & Conc.c.
3.ad 8.dicentis in hæc verba: *Papa habet ſupremam
41 poteſtatem in temporalibus, & non habet ſupremam po
teſtatem in temporalibus, affirmatiua, namque eſt vera
in ordine ad ſpiritualia, negatiua vero eſt vera, directe,
ſeu ſecundum ſe ad ipſa temporalia.* Quæ verba aurea
ſunt in hoc propoſito, & ex his poteſt plene intelligi
fundamentum noſtræ quæſtionis, & illius vera reſo-
42 lutio. Quæ opinio corroboratur,quia ſummus, Ponti
fex (vt Chriſti domini noſtri vicarius) non poteſt ha-
bere iuriſdictionem,quam dominus noſter nõ aſſum
pſit, vt tradit Soto, libro 4. de iuſtitia & iure, artic.1.
& Guerreo,in ſpeculo principum.c.16.ſed Dominus
dixit Pilato. *Regnum meum non eſt de hoc mundo*, & in
Euangelio Matthæi dicitur, *Vulpes foueas habent, &
volucres cęli nidos, filius autem hominis non habet vbi
caput ſuum reclinet*, ex quibus verbis ſignificauit, non
eſſe ſibi tanquam homini iuriſdictionem, & imperiũ
in temporalibus. Et rurſus legitur Ioannis,capit.3.
*Non uenit filius Dei in mundum, ut iudicet mundum, ſed
vt ſaluaretur mundus per ipſum.* Quod quidem repeti-
tur Luc.7.ibi, *dicimus vt deſcendat ignis de cęlo, & con
ſumat illos, & dixit, non miſit Deus filium ſuum in mun
dum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluaretur mundus per
ipſum*. Cum ergo poteſtas detur propter vſum, vt in
l.non cogẽdum.§.Sabinus.ff.de procurat.l.hęc ſtipu-
latio.§.Diuus.ff.vt lega.nomin.cauea. ſequitur,quod
cum Dominus nullam temporalem iuriſdictionem
exercuiſſet,quod eius vicarius non ſucceſſit in illam,
& quod Chriſtus nullam temporalẽ iuriſdictionem
exercuerit,probat Soto, vbi ſupra,art.1. & 8.& legi-
tur in Pſalmo 2. *Ego conſtitutus ſum Rex ab eo, ſuper
Sion montem ſanctum eius*, quod interpretatur Soto,
ſuper eccleſiam, prædicãs præceptum eius, & illud Mat
45 thæi,cap.28. *Data eſt mihi poteſtas in cęlo & in terra*,
ſubintelligitur ſecundum verba ſubſequentia, ibi, *do
cete omnes gentes*, & ſic illam poteſtatem interpreta-
tur Soto,& reſtringit ad ſolam poteſtatem docendi,
& prædicandi,non vero ad iuriſdictionem & poteſta
tem temporalem.

46 Sed pro contraria parte non deficiunt alia fortiſ-
ſima & vrgentiſſima fundamenta & rationes, & pri-
mo probatur iſta ſententia, quia tempore paſſionis
Chriſti,diſcipuli duos gladios ei oſtenderunt,dicen-
47 tes, *Ecce duo gladij hic*, & Dominus reſpondit, *ſatis
eſt*, & hi duo gladij ſecundum ſentẽtiam theologorũ
ſignificant duas poteſtas, quæ ſunt in eccleſia, apud
ſummum Pontificẽ principaliter reſidentes, & ſic po
terit ipſe (qñ neceſſitas vrgeat) vti vtraq; poteſtate cõ
tra quemcunque,& etiam contra Reges & Imperato
48 rem,quia apud Papam reſidet imperium, quod diui
ſum fuit in quatuor partes. Primum imperium fuit
Babylonis, ſecundum Perſarum, tertium Græcorum,
quartum Romanorum, & quintum fuit imperium
Chriſti,& ſic apud eius vicarium remanſit vterq; gla
dius ſpiritualis, & temporalis, vt dicit Bart. in d.ex-
trauag.ad reprimendam,gloſ.verb.totius orbis. Nec
hæ iuriſdictiones bene conuenirent diuiſæ & ſepara
tæ,quia ſicut vnus ſolus eſt creator omnium,tam ſpi
49 ritualium,quam temporalium, ſic etiam vnus eſt fi-
nis ad quem omnia ſicut ad finalem terminum ordi-
nantur,vnde vnus ſolus debet eſſe gubernator,& re-
ctor,tam ſpiritualium quam tẽporalium, cum in vno
50 corpore naturali vnum tantum ſit caput, in quo vi-
gent omnes ſenſus,& omnia membra regit, & ſic in
corpore myſtico (quod eſt eccleſia) vnum tantum erit
caput,quia aliter eſſet monſtroſum eccleſiam duo ca-
pita habere, ſicut eſſet monſtroſum in vno corpore

naturali; maxime quia in omni genere rerum, ordina
tarum ad inuicem, eſt ponere vnum ad quod omnia
reducuntur, & ſic in eccleſia, quæ maxime debet eſſe
ordinata, oportet eſſe vnum ad quem, & per quẽ om
nes alij ordinentur, quoniam à principio mundi hu-
manum genus non niſi vnum rectorem præcipuum
dicitur habuiſſe, & ſic in ſtatu innocentiæ Adam præ
fuit omnibus, in ſtatu naturæ Noe ſuo tempore præ-
fuit omnibus, & poſtea Abrahã, Iſaac, Iacob, & Mel-
chiſedec. Et ſimiliter in lege Moſaica Moyſes habuit
vtramque poteſtatem, & vtroq; gladio vſus eſt. Ergo
multo fortius in ſtatu legis euangelicæ ſummus Pon
tif. habebit vtrumque gladium ſcilicet ſpiritualem &
temporalem, & illud denotant illa verba Chriſti, quã
do vicario ſuo commiſit vtramque poteſtatem, dicẽs,
Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam
meam, vt habetur Matth. c. 16. & in c. quamuis, 21. di
ſtin. & ſicut in ædificio materiali vnus eſt lapis prima
rius & fundamentalis, ſic in eccleſia Dei vnus debet
eſſe princeps principalis, & totius eccleſiæ fundamẽ-
tum ad exercendam vtramque poteſtatem, quia alias
non haberet plenitudinem poteſtatis, nec etiam eſſet
51 dominus temporalium. Secundo pro hac opinione
facit tex. bene intellectus in d. c. nouit, ſecundum de-
clarationem Nauar. ibidem nu. 1. exponẽs illa verba,
non putet aliquis, quod iuriſdictionem illuſtris Regis Frã
corum perturbare aut minuere intendamus, cum ipſe iu-
riſdictionem, noſtram, nec velit nec debeat impedire, qđ
ubi Innocentius tertius non dicit, ſe non poſſe, vel nõ
debere perturbare, vel minuere iuriſdictionem Re-
gis Francorum, ſed non intendere id facere, ac ſi cla-
rius dixiſſet, Regis iuriſdictionem ego nolo impedi-
re, ille vero neque vult, neque poteſt. Et ita clare in-
52 nuit poſſe, quia ex duobus ſibi propoſitis qui alterũ
negat, alterum fateri videtur. c. nonne, de præſump. c.
53 qualis, 25. diſt. l. cum prætor. ff. de iud. Tertio com-
probatur iſta ſententia, ex c. 1. 21. diſtin. illis verbis,
Chriſtus æternæ vitæ clauigero iura terreni ſimul & cæ-
leſtis Imperij commiſit, cuius verba determinant pro-
fecto noſtram quæſtionem. Faciunt etiam verba tex.
in c. auctoritatem. 15. q. 6. ibi, *hæc in mandatis damus,*
& ſpirituali & temporali gladio malignos illos inſequã
tur, ſi igitur vterque gladius apud Papam non eſſet,
quorſum Niculaus hoc mãdat epiſcopis Galliç. Quar
to fulcitur iſta ſententia ex d. l. bene à Zenone. C. de
quadriennij præſcrip. vbi probatur Imperatorem ſu
54 ſcipere infulam (ideſt diadema, iuxta glo. ibi in fi. ſeu
coronam ſecundum Albericum, ibi). non ab alio quã
à Papa, ergo à Papa dicitur habere imperiũ, & ſic ni-
mirum ſi ipſe habeat iuriſdictionem etiam quoad tẽ-
poralia, cum ſit eius ſuperior, vt in authen. de mona-
chis, §. ſi vero relinquens, & in auth. quum opport. epi
ſcop. §. 1. collat. 1. & in auth. vt clerici apud prop. epi-
55 ſco. §. fi. collat. 6. & hinc venit, quod poteſtas Papalis
cõparatur auro, & imperatoria plumbo, vt in d. c. duo
56 ſunt, 96. diſt. & quod Papa eſt ſolis inſtar, imperator
autem inſtar lunæ, vt in c. ſolitæ, de maiorit. & obed.
& ſic cum Luna recipiat lumen à ſole, ſic imperator
poteſtatem, quam habet recipit à Papa. Quinto con-
57 firmatur iſta ſententia, quia eccleſia militans ad inſtar
triumphantis eſt conſtituta, iuxta illud Apocalypſis
21. *Vide Hieruſalem ſanctam nouam deſcendentem de*
cælo, hoc eſt eccleſiam militantem veluti exemplatã
à triumphante, iuxta gl. in clement. ad noſtram, verb.
eccleſiæ, de hæret. & ita eſt vna ſicut & triumphans,
iuxta illud, *Vna eſt columba mea*, Cant. 6. quod de ec-
cleſia militanti intelligit Hieron. in ca. loquitur. 24.
q. 1. ergo ſicut in triumphante eccleſia, vnus eſt om-
nium princeps, ita & in militante vnus erit omnium
monarcha, ipſeque eſt ſummus Pontifex, habens vtrã
que iuriſdictionem. Sexto comprobatur iſta ſentẽtia,
quia Papa tranſtulit imperium à Græcis in Germa-
nos, anno à natiuitate Saluatoris 776. vt dicit gloſ. in
58 c. venerabilem, de electio. Et ipſe dedit poteſtatẽ eli-
gendi Imperatorem illis ſeptem Germaniæ magnati-
bus, qui recenſentur à gl. in c. apoſtolicę, de re iud. in
59 6. ipſe etiam cognoſcit de electione Imperatoris, an
ſit confirmanda vel caſſanda, ipſi iurat Imperator fi-
delitatem, c. ſi tibi. 63. diſt. cle. 1. de iureiur. ipſe depo
nit Imperatorem cõfirmatum & coronatum, vt in d.
c. apoſtolicæ, vbi Innocentius quartus depoſuit Fede
ricũ ſecundum. Ergo bene ſequitur quod Papa ſit ſu
perior, & quod habeat temporalem iuriſdictionem,
quam non haberet ad illa facienda, niſi penes ipſum
eſſet ſuprema poteſtas laica. Nec prædictis obſtabit di
cere, illud procedere in Imperatoribus, quaſi ſecus ſit
de Regibus, nulla namque eſt diuerſitatis ratio. Quia
60 Zacharias Papa depoſuit Childericum Regem Fran
corum, vt in c. alius, 15. q. 6. & Innocentius quartus,
in Concilio Lugdunenſi dedit coadiutorem Regi Lu
ſitanorum, vt in c. grandi, de ſupplend. neglig. præla.
61 li. 6. & ratio eſt, quia omnis creatura ſubiecta eſt Chri
ſti vicario, vt in c. 1. de conſtit. ibi. *Papæ Chriſti vica-*
rio omnis creatura ſubiecta eſt. Septimo pro hac opi-
nione facit ratio naturalis, quæ dictat, eius eſſe iudica
62 re de medijs, cuius eſt iudicare de fine. l. de qua re, ff.
de iud. cuius verba ſunt, *de qua re cognouerit iudex, de*
eadem quoque iudicare cogẽdus erit, l. oratio. ff. de ſpõſ.
63 vt medicinæ ars, cuius finis eſt ſanitas, iudicat de me
dijs ſanitatis. cap. tua, de homic. & ars militaris, cuius
finis eſt victoria, iudicat de equeſtri quæ ad illam eſt
neceſſaria, vt docet Ariſt. 1. Ethic. dicens, in omnibus
artibus inordinatis præcipere debet illa, cuius finis
eſt altior & potẽtior, & dirigere illa, quorum finis eſt
inferior, vt ars architecturæ, cuius finis eſt ipſa dom⁹
tota, præcipit & dirigit artes illas, quorum finis eſt in
64 inferior. Et ſic cum finis poteſtatis Papæ ſit felicitas
æterna, & omnes ad illam dirigere, & poteſtas ſecula
ris ſit quodam medium ad eum finem. cap. Princeps.
c. Regum, & c. vides. 22. q. 5. ſequitur ergo quod ad
Papam tanquam ad finem pertineat iudicare in tem-
poralibus. Octauo confirmatur iſta ſentẽtia, quia cui
65 iuriſdictio conceſſa eſt, videntur conceſſa omnia ſine
quibus iuriſdictio exerceri non poteſt, l. 2. ff. de iuriſ-
dictione omnium iudicum, capitu. præterea, de of-
fic. delega. imo etiam illa cenſentur conceſſa, ſine
quibus commode iuriſdictio exerceri non poteſt. l.
penul. de vſufruct. l. cuicunque. §. ſi ei qui ad venden-
66 dum. ff. de inſtitor. actione. Sed ſic eſt, quod iuriſ-
dictio ſpiritualis non poteſt commode expediri, ſine
iuriſdictione temporali, ergo ſequitur Pontificem
habere vtramque iuriſdictionem. Nono facit pro
67 hac ſententia, quia dominus aliquando vtrumque
gladium exercuit, vt tradit Diuus Thomas, libro 3.
de re-

Digitized by Google

de regimin. Principum, cap. 11. Sylueſter, verb. Papa,
quæſt. 16. Caſtro, de iuſta hæretico. punit. lib. 2. c. 23.
vnde videtur, quod dominus noſter ita dediſſet Petro
eius vicario vtrumque gladium, vt ſentit Matthæus
de Afflictis, deciſ. 265. num. 14. & tenet Guettero, in
ſpecul. princ. c. decimoſexto, & c. quinquageſimoquin
68 to, in princ. vbi affirmat Imperatorem eſſe Papæ vi-
carium, etiam in temporalibus. Ergo cum Deus ſit do
minus totius mundi, & Papa ſit eius vicarius tam in
ſpiritualibus, quam in temporalibus, & Imperator ſit
Papæ vicarius in temporalibus totius mundi, ſequi-
tur Papam eſſe dominum totius mundi, etiam quoad
gubernationem & iuriſdictionem temporalem. Deci
69 mo, hæc opinio videtur definita per extrauag. vnam
ſanctam, de maior. & obe. quam ad hoc pluribus mo
dis inducit & declarat Nauarr. ſup. Primo, quatenus
probat ſubeſſe Romano Pontifici omnem humanam
creaturam. Secundo, in illis verbis, *qui in poteſtate Pe
tri temporalem gladium eſſe negat, male verbum atten-
dit domini proferentis: Conuerte gladium tuum in vagi-
nam: vterque eſt in poteſtate eccleſiæ ſpiritualis ſcilicet
gladius, & materialis.* Et ibi, *oportet autem gladium eſ-
ſe ſub gladio, & temporalem auctoritatem ſpirituali ſu-
bijci poteſtati.* Et ibi, *lex diuinitatis eſt infima per media
in ſuprema reduci, non ergo ſecundum ordinem vniuerſi
omnia æque ac immediate: ſed infima per media, & infe
riora per ſuperiora, ad ordinem reducuntur.* Et ibi, *ſpiri
tualis poteſtas terrenam poteſtatem inſtituere habet &
iudicare, ſi bona non fuerit.* Et ibi, *ſpiritualis homo iudi-
cat omnia.* Ex quibus verbis ſatis nota & comproba-
ta videtur noſtra ſententia, & ſic concludit Nauarr.
ponderãdo illa verba. Quis ergo catholicus neget a-
pud Romanum Pontificem eſſe vtramque poteſtatẽ
70 alterã in actu, alteram ſaltim in habitu. Et vt alia fun
damenta breuitatis cauſa omittamus, hanc opinio-
nem tenet gloſſ. verbo, iuriſdictio, in dicto capit. no-
uit, glo. in c. cauſam quæ, qui filij ſint leg. glo. in clem.
ad noſtram, de hereticis (per dictam extrauag. vnam
ſãctam) & tenet Innocent. in d. c. nouit. de iud. & Ho
ſtienſ. & Ioann. Andr. Felin. & Decius, ibi, Bart. in l. 1.
71 §. præſens. ff. de requiren. reis, dicens contrarium eſſe
hereticum, & ſequitur Cou. in reg. peccatum. §. 9. nu.
7. de reg. iur. lib. 6. & hæc opinio eſt communis ſecũ
dum Abb. in c. ſi duobus. §. fin. de appella. & Deci. in
d. c. nouit, num. 7. & dicit communiorem Hoſtienſ. in
ſua ſumma, tit. de appell. §. quoniam, §. à quo, dicit e-
tiam communem pluribus citatis) Nauar. in d. c. no-
uit, notab. 3. num. 20. Mencha. lib. 1. controuerſ. illu-
ſtr. c. 21. num. 2. & c. 22. & Turrecremata, de poteſt.
eccleſiæ. lib. 2. c. 16. Pala. Rub. de obtentio. regni. Na-
72 uarrus, 2. par. §. 6. Et tenendo hanc opinionem (quam
magis receptam & communiorem appellat Menchi.
d. c. 21. in princ.) facilis eſt reſponſio ad fundamenta
contrariæ partis, quia licet verum ſit, quod iure diui-
no eccleſiaſtica & temporalis iuriſdictio ſint diſtin-
ctæ, illud procedit, quoad actum & exercitium, nõ ve
ro quoad habitum, quo caſu non ſunt diſcretæ nec ſe-
paratæ iuriſdictiones, ſed reſident penes Papam vir-
tualiter & eſſẽtialiter. Et vt facilius veritas huius quę
ſtionis appareat tres caſus diſtinguere debemus, quia
73 quædam ſunt cauſæ mere ſpirituales, quædam mere
temporales, & quædam mixtæ. Cauſæ vero mere ſpiri
tuales, ſunt cauſę matrimoniales, de quibus loquitur
text. in c. cauſam. de officio deleg. Item cauſæ decima
rum, ſimoniæ, hæreſis, & excommunicationis. Alię
ſunt cauſæ mere temporales, vt ſunt cauſæ feudales,
& ſanguinis quas Deus immediate, & principaliter
commiſit imperatoribus & regibus, & ſic nec Papa,
nec reliqui iudices eccleſiaſtici illis ſe debent intro-
mittere. Et ſic intelligi debet tex. in d. c. ſolitæ, vbi di 1
cit Papa, *non negamus quin Imperator præcellat in tem
poralibus.* & in d. c. nouit. vbi Papa ſic loquitur, *non pu
tet aliquis, quod iuriſdictionem illuſtris Regis Francorũ
perturbare aut minuere intendimus,* quia illud procedit
in cauſis, quæ mere temporales ſunt, & nullam habẽt
ſimilitudinem & annexionem cũ ſpiritualibus: Sũt
etiam aliquæ cauſæ mixtæ temporales, quæ habent cõ
nexionem cum ſpiritualib. vel ratione rei, vel pacti,
74 vel iuramenti, & in his cauſis poteſt eccleſiaſticus co
gnoſcere, ſiue ratione incidentiæ, ſiue principaliter,
quando cauſa fuit coram eo per citationem præuen
ta. Ita debet intelligi tex. in c. de prudentia, de donat.
inter vir. & vxor. c. per tuas. c. ex tenore, qui filij ſint
legitimi, vbi iudex eccleſiaſticus, ratione incidentiæ
cognoſcit de cauſis temporalibus. Et ratio eſt, quia iu
75 riſdictiones tam ſpirituales, quam temporales, imme
diate à Deo ſunt inſtitutæ. De iuriſdictione ſpirituali
habetur Matth. c. 16. vbi dicitur. *Tu es Petrus, & ſu-
per hanc petram ædificabo eccleſiam meam.* De iuriſdi-
ctione temporali habetur in auth. de inſtrum. caut. col
76 lat. 6. & Prouerb. cap. 8. *Per me reges regnant, & legũ
conditores iuſta decernunt, per me principes imperant,
& potentes decernunt iuſtitiam.* Idemque habetur Da-
niel. c. 4. vbi dicitur, *transfert regna Deus atque conſti-
tuit, & nulla eſt poteſtas niſi à Deo.* c. duo ſunt, 96. diſt.
77 Et licet verum ſit, quod prædictæ iuriſdictiones à
Deo proueniant, ſunt tamen inter ſe diſtinctæ & ſe
paratæ, & vt reſpublica recte gubernetur, fuerunt bi-
partitæ inter duos principes, eccleſiaſticum & ſecu-
larem, quoad vſum & exercitium: ſunt tamen vnitæ
virtualiter, in Pontifice maximo, veluti homo, qui cõ
ſtat ex duobus, ſcilicet corpore & anima. Et vita etiã
dicitur duplex, videlicet ſpiritualis & corporalis, &
ſic propter vitam ſpiritualem conſeruandam, homo
ſpiritualibus indiget, & propter temporalem tempo-
ralibus, & ex hac cauſa Reges habent poteſtatem ſu-
per corpora, & res temporales ad vitam corpoream
pertinentes veluti rempublicam ordinare, populos ſi
bi ſubiectos in pacis trãquillitate ſeruare, patriam de
fendere, aduerſarios debellare. Pontifices vero habẽt
iuriſdictionem temporalem, quę ad regimen & ſalutẽ
78 pertinet animarum, & ita docet experientia optima
legum interpres, vt in Clemen. ad conditorem. §. quã
quam, vbi gloſſ. verb. experientia, de verborum ſigni
ficatione.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus tranſit in creditorem, quando pignori da-
tur vniuerſitas.*
2 *Sequeſter habet ius præſentandi.*
3 *Contraria opinio in quæſtione principali proponitur.*
4 *Ius patronatus pertinet ad eum, qui habet proprietatem
vel poſſeſſionem.*

QVÆSTIO DCCXL.

Vtrum ſequeſter, pene, quem eſt depoſitum ius patronatus, habet ius præſentandi. Communis contra communem.

1 SI vniuerſitas pignori detur, in qua eſt ius patronatus, illud tranſit in creditorem cui pignori datur. Ita tenet gloſſ.fin.in c.cum Bertoldus,de re iud.& eſt bonus textus pro hac ſententia, in leg.eleganter. §.fi. ff.de pign.actio.& comprobatur iſta ſententia ex l. 9. tit.15.par.1.vbi illud tenet Grego. verb.*empennando*, idemque videtur dicendum in quæſtione propoſita, quod ſequeſter habeat ius præſentandi. Et ratio eſt, quia ſequeſter regulariter poſſeſſionem & adminiſtrationem habet earum rerum quæ ſequeſtrantur, vt in clem.vnica,de ſequeſtr.poſſ.& fruct. & hanc opinionem tenet Imola,num.11.in c.examinata,de iud. quem ſequitur Paul. de Eleazaris,& alij, in d.clem. vni.& poſt Imol.tenet Barbac.in d.c. examinata, nu. 68.& Felinus, in d. c. cum Bertoldus, num.29. Rochus de Curte,de iure patrona.verſi. ipſe vel is à quo. quæſtione 32.num.71. & hanc eſſe magis communẽ opinionem dicit Cæſar Lambert.de iure patr. 2. par. art.319.quęſt.princip.1.memb.num.3.& 5. Selua,de beneficijs,2.parte,quæſtio.9.num.1

Sed contrariam opinionem tenet Hoſtienſ.in d. c.examinata,vbi Anton.& Abbas,num.15. & eſſe cõmunem opinionem tenet ibi Corſet.in verſic.ſucceſſiue quęritur. Quæ opinio magis vera & recepta eſt, ex traditis per Greg.in d.l.9.ver.*empennando*,quia ius pręſentandi pertinet ad eum qui habet proprietatem, vel poſſeſſionem iuris patronatus,ſed ſequeſter(proprie loquendo) nullum habet ius, ſed ſolum nudum miniſterium:ergo ſequitur, quod non poſſit præſentare,& pręſentatio ab eo facta erit nulla, & neque recipietur ab ordinario,nec aliquem operabitur effectũ.

SVMMARIVM.

1 *Fur non debet furca ſuſpendi pro primo furto.*
2 *Furtum eſt delictum priuatum.*
3 *Fur pro vno furto qualificato & egregio, furca ſuſpendi poteſt.*
4 *Iura tranſgredi licitum eſt propter atrocitatem criminis.*
5 *Contraria cõmunis opinio refertur in quęſtione principali.*
6 *Arbitrio iudicis relinquitur,an fur ſit pro primo furto ſuſpendendus.*
7 *Furtum magnum,vel paruũ,arbitrio iudicis relinquitur.*
8 *Doctori codicem,in quo laborauit,ſurripere magnum furtum eſt.*
9 *Auferens ruſtico porcum,aufert oculum.*
10 *Iudex debet benigniorem pęnam ſemper eligere.*

QVÆSTIO DCCXLI.

Vtrum pœna mortis pro primo furto graui poſſit imponi. Communis contra communem.

RECeptiſſima iuris concluſio eſt, quod pro pri-
1 mo furto non debet latro furca ſuſpendi, nec hac luce priuari.Ita probat text.in authent.ſed nouo iure.C.de ſeruis fug. ibi,*ſed pro furto non morietur,nec aliquod membrum abſcindetur, ſed aliter caſtigabitur*; idemque probatur, in auth.vt nulli iudicum.§.pro furto autem,collat.9.quæ opinio recepta eſt,& eam exornat Caſſaneus,in conſuetud. Burgundiæ,titulo,*des iuſtices*,§.5.verſiculo,*pour la primien*,vbi dicit eſſe communem,quam ſequitur Gomez, in §. ex maleficijs, nume.12.Inſtitut.de action. Et rationem huius concluſionis aſſignat D.Ludouic.à Peguera,deciſionum
2 crimen.c.27.num.1.quia tale delictum eſt priuatum, & ſic pœna extraordinaria fur eſt coercendus.l.fi.ff. de furtis.l.fin.ff.de priuat.delict. quam opinionem li
3 mitant doctores,quando furtum,licet ſit vnum,eſt tamen multum enorme, & egregium & qualificatum, quia tunc pro vno furto poteſt fur furca ſuſpendi, & hæc eſt receptiſſima opinio Baldi,in d.auth.ſed nouo iure,num.3.quia propter atrocitatem criminis, licitũ eſt leges tranſgredi,vt dicit Innocent.in c.1.de con-
4 ſtitut. & ſequitur Ang. in tractat.de maleficijs,verb, & veſtem cœleſtem, nume. 13. qui dicit ſe ita ſemel practicaſſe Peruſij, Hippolytus,in l.vnus.§.cognitorum,numer.79.ff.de quæſtio.& hanc dicit magis cõmunem opinionem Alciat.in c.cum non ab homine. notab.vltim.de iudic.dicit etiam communem Menoch.lib.2.de arbitr.caſu.197.num.9. & hanc eſſe vſu receptam atteſtatur Padilla, in l.tranſigere, num.12. C. de tranſactio. & ſequitur Montal.in l.6.tit.5.lib. 4.fori, verb.*muera por ello*,& in tribunalibus Hiſpaniæ hanc eſſe admiſſam opinionem teſtatur Bernard. Diaz, in praxi criminali Canonica.c.90.col.3.& eum refert & ſequitur Peguera, ſupra.c.27.num.8.licet non in proprio loco alleget eum, ſed in c.84.vbi nec vllum verbum, & plures pro hac opinione refert Segura,in l.Imperator, num.133. ff.ad Trebell. & pro hac opinione adducitur tex.in leg.ſi quis tres, verſic. cæterum,ff.de excuſat.tu.tex.in authent.de pace tenẽda.§.ſi quis quinque,l.capitalium.§.graſſatores, & §. famoſos.ff.de pęnis,per quæ iura tenet Iulius Clarus, in §.furtum, lib.5.recept.ſentent.quod de generali conſuetudine tales latrones ſuſpenduntur in alta furca.Sed contra Baldi opinionem in d.authent.ſed nouo iure,tenet ibi,Aret.Salicet.Fulgoſ.& Paul.Caſtrẽ. & Rolandus,conſ.51.num.43.lib.1.& plures contra illam opinionem refert Couar.lib.2.var. c.9.num.7. Ant.Gomez,3.tom.variar.c.5.num.7.& hanc ſequitur(dicens magis communem opinionem)Greg. in l. 18.tit.14 part.7. verb.*matar*, Auend. lib.2. de exeq. mand.c.16.num.14. Mexia, ad pragmat. panis,concluſ.2.numero 10. Soto,de iuſt. & iure,lib.5.quæſt. 3.in reſpon.ad 2.argumentum,in fine,quam dicit veriorem Salcedo, in addition. ad practicam Bernardi Diaz, cap. 90. vbi alios refert,& nouiſſime poſt hæc ſcripta hanc opinionem ſequitur don Ioan Vela, in tractatu,de delictis. c.12.verſ. ſed ſi vnum, vbi dicit ita eſſe obſeruãdum, & Salazar,de vſu & conſuetudine.c.5.num.18.& ratio fundamentalis eſt,quia in iure non reperitur cautum, quod pro primo furto latro, furca ſuſpendatur, licet ſit grauiſſimum, vt diximus in princip.& ſic in foro conſcientiæ ſeruari debet prædicta opinio, ſecundum Sotum, ſupra. Sed verius eſt
6 ꝙ in iuſtitia & conſcientia hoc relinquatur arbitrio iudicis,vt tradit Couarr.ſupra, & Menoch.d.c.295. nu.10. vbi dicit ꝙ iudex inſpecta facti qualitate, & pſonarũ cõditione, arbitrabitur an furtũ ſit magnum

vel

vel patrium.& Angel.in l.1. in fine, C. vnde vi, vbi fa
8 uorabiliter loquens pro ſtudentibus, & in ſuis libris
laborantibus, dicit eſſe magnum furtum ſurripere
doctori codicem in quo multum inuigilauit. Aliud
enim exemplum tradit gloſſ. in leg. illicitas, §. ne te-
9 nuis. ff. de officio præſiden. dum dicit, quod qui au-
fert ruſtico porcum, aufert oculum, quam dicit ſingu-
larem Romanus, ſingular. 706. & Boer. deciſ. 304.
num. 4.& ſic cum ex prædictis hoc dependeat ex iu-
dicis arbitrio, ipſe poterit (attentis & conſideratis fur-
ti qualitatibus, & circumſtantijs) furem vſque ad
pœnam mortis condemnare, l. hodie, ff. de pœnis, & re
ſoluit Iulius Clarus, lib. 5. recept. ſentent. §. fin. quæ-
ſtio. 83.& Menochius, de arbitr. lib. 1. quæſt. 86. nu.
10 1. Debet tamen iudex æquiorem, & benigniorem pœ
nam eligere, vt in l. reſpiciendum. ff. de pœn. quam le
gem, & eius ſummam æquitatem, iudices præ oculis
ſemper habere debent. Et proſequitur Azeuedo, in l.
7. tit. 11. num. 103. lib. 8. recopilat. & in l. 1. tit. 23. nu
mero 55.

SVMMARIVM.

1 *Intra annum luctus de iure ciuili prohibitæ fuerunt ſecū*
de nuptiæ.
2 *Pœnæ ſecundo nubentium ſunt ſublatæ de iure canonico.*
3 *Mulier ſoluta eſt à lege viri, eo mortuo.*
4 *Lex 3. tit. 1. lib. 5. recop. eſt conformis iuri canonico.*
5 *Pœna impoſita ſecundo nubentibus, quæ reſpiciunt filio-*
rum vtilitatem, non ſunt correctę de iure canonico.
6 *Opinio Abbatis reprobatur in quæſtione principali.*
7 *Mulier ſecundo nubens, incurrit pœnas inductas fauore*
filiorum, quæ non ſunt de iure canonico correctæ.

QVÆSTIO DCCXLIII.

Vtrum pœnæ legales, impoſitæ contrahenti ſecundas nu-
ptias intra annum luctus, habeant locum iure canoni
co, quando reſpiciunt fauorem filiorum. Communis con
tra communem.

1 IVre ciuili Imperatorum prohibitum erat feminis,
mortuis prioribus viris, alijs nubere intra annum
ad lugendum præſtitum ſub certis pœnis. Ita textus
in l. 1.& 2.& in authentica, eiſdem pœnis. C. de ſe-
cun. nupt. quod quidem iure regio etiam prohibitum
2 erat per legem fin. tit. 12. part. 5. quæ iura corrigun-
tur profecto de iure canonico, quo inſpecto illæ pœ-
næ iam ſunt ſublatæ, vt in c. pen.& in c. fin. de ſecūd.
nupt.& rationem inſinuat nobis Apoſtolus, dum di
3 cit. 1. Corint. 7. *Mulier viro ſuo mortuo, ſoluta eſt à lege*
viri, nubat in domino cui vult. Et ſic licebit vxoribus
ſoluto matrimonio, non ſolum bis, ſed ter, & toties
quoties voluerint alteri nubere, quia tempus nuben-
di ſecundo, vel tertio, vel vlteriori viro non præſtrin-
gitur, imo intra annum vel menſem impune nubere
licet. Quæ opinio communis eſt, vt (pluribus citatis)
reſoluit Ioan. à Garronibus in l. 1. num. 24. C. de ſe-
cund. nupt. quam ſententiam confirmat nouiſſime l.
4 3. tit. 1. lib. 5. nou. recop. ibi, *Mandamos que las muge*
res biudas puedan libremente caſar dentro en el año que
ſus maridos murieren, ſin incurrir en pena alguna, vbi
illud notant doctores, qui hanc receptiſſimam con-
cluſionem limitant & intelligunt, quando pœnæ ſunt
poſitæ in odium matrimonij, ſecus vero quando pœ-
næ reſpiciunt fauorem filiorum primi matrimonij, vt
l. feminæ, & in l. hac edictali, & in l. generaliter. C. de
ſecund. nupt. quia illæ pœnæ non ſunt aliquo iure a-
brogatæ, canonico nec regio. Ita tenet Gutierrez, in l.
nemo poteſt, num. 19.& 21. ff. de legatis 1. vbi ſic li-
mitat & declarat prædictam legem regni. Innocen-
tius, in d. c. fin. de ſecund. nupt. vbi Abbas, & Præpo
ſit. dicunt communem. Idem Abbas, in repet. c. eccle
ſia, num. 10. de conſtitut. vbi Felin. num. 57. Decius,
num. 35. ibidem Bar. in d. l. 1. C. de ſecun. nupt. vbi la
te Ioan. de Garronib. gloſſ. fin. num. 23. idem tenet
Corraſ. lib. 3. miſcellan. c. 1. Couarru. de ſponſal. 2. p.
c. 3. §. 9. num. 5. Greg. in d. l. fi. tit. 12. part. 4. Coſta, in
c. ſi pater. prima parte, verb. legauit, num. 34.& dicit
communem Matienço, in d. l. 3. tit. 1. lib. 5. recopil.
gloſſ. 2. num. 1. Palat. Rub. in cap. per veſtras, de do-
nat. inter. §. 67. num. 3. Didac. Perez, in tit. 1. lib. 5. or
dina. pag. 51. cum ſequent. & hæc eſt vera reſolutio
doctorum, à qua non eſt recedendum in iudicando
& cōſulendo, licet Abb. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ,
6 num. 15. de conſtitut. & in d. c. fi. num. 3. de ſecund.
nupt. teneat eſſe communem opinionem, pœnam lega
lem eſſe ſublatam, etiam ſi fauore filiorum ſit appoſi-
ta, niſi eſſet inflicta facto culpoſo ipſius matris, & il-
lius opinionem dicit etiam communem Zacharias,
in addit. ad Ab. d. num. 15. in verſ. pœna legalis. Quo-
rum opinio non eſt admittenda, quia ius canonicum
& regium ſolum tollit pœnas impoſitas mulieribus cō
trahentibus ſecundas nuptias, nō vero ex hoc priua
buntur filij commodo & vtilitate illis relictis à teſta
tore, vel à lege, ex facto matris ſecundo nubentis, &
quatuordecim pœnas, quas incurrit mulier ſecundo
nubens, tradit Matienço, ſupra, à nu. 4. vſque ad nu.
15. quas dicit non eſſe correctas de iure canonico, ne-
que regio, imo ſunt approbatæ ex l. 15. Tauri, quę eſt
l. 4. d. tit. 1. nou. recopilat. & vtrobique doctores. Et
pro hac opinione adduco textum de iure regio, in l.
26. tit. 14. parte 5. ibi, *ſi ſe caſaſſe ella en ſaluo queda a*
ſus hijos. Quam opinionem ſequitur Baeça, de non
meliorand. filiab. c. 1. num. 8. Gutierrez, in d. l. nemo
poteſt. num. 20.& 21. Gregor. in l. 3. tit. 12. p. 4. vbi di-
cit communem opinionem, Villalobus, in ſuis com-
mun. litera B. num. 29.& eſſe communem declaratio-
nem ad d. l. 3. tit. 1. lib. 5. recopilationis, tenet Azeue-
do, ibi num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Bona vinculata & fideicommiſſo ſubiecta poßunt alie-*
nari ex cauſa dotis.
2 *Authent. res quæ. C. com. de leg. declaratur.*
3 *Debitor dotis non poteſt aliquo pacto tollere ſuam obli-*
gationem.
4 *Fauor publicus introduxit, vt bona alienentur ex cauſa*
dotis, maxime cum regia facultate.
5 *Contraria communis opinio in quæſtione principali pro-*
ponitur.
6 *Lex 27. Tauri, inducitur pro hac opinione.*
7 *Auth. res quæ quæ, procedit ex tacita mente teſtatoris.*
& non procedit contra eius expreßam voluntatem.

QVÆSTIO DCCXLIII.

Vtrum probibitio alienationis bonorum facta à teſtato
re, comprehendat alienationem ex cauſa dotis. Com-
munis contra communem.

1 IVris notiſſima concluſio eſt, qua diſponitur, teſta
toris bona vinculata, vel aliter fideicommiſſo ſubie
2 cta, poſſe ex cauſa dotis filiarum alienari. Ita probat
tex. in auth. res quæ, C. commu. delegat. quam decla-
rat Sarmiento. lib. 7. ſelectarum, cap. 4. Burgos de
Paz, conſ. 4. num. 11. Molina, lib. 4. de Hiſpanorum
primog. c. 7. Gregor. in l. 6. tit. 11. p. 6. verb. *queno la pu*
dieſſe vender, Anto. Gomez, in l. 45. Tauri, à num. 87.
Quam concluſionem exiſtimant aliqui doctores pro-
cedere, etiam ſi teſtator expreſſe prohibuerit prædi-
ctam ex cauſa dotis alienationem, quia illius præce-
3 ptum non erit in hoc caſu ſeruandum, quia cum teſta
tor ſit debitor dotis, vel donationis propter nuptias,
vt in l. fin. C. de dot. promiſſ. non debet eſſe in eius fa
cultate tollere hanc obligationem legalem, dotandi
filias. leg. ſicut. C. de actio. & obligat. Quod maxime
procedit iſta ſententia ex ratione tex. in d. authenti-
4 ca, res quæ, in fin. vbi ob fauorem publicum hoc fuit
inductum priuilegium; & ſic non poteſt mutari vel
tolli ex diſpoſitione teſtatoris. l. quod de bonis. §. fi. ff.
ad l. falcid. l. nemo poteſt, de legat. 1. l. teſtandi, C. de
teſtament. & ſic hanc opinionem tenet Paulus Ca-
ſtrenſ. conſ. 80. lib. 1. & ſequitur Tiraquellus, de iure
primogen. quæſt. 61. nu. 7. & 8. & alios pro hac opinio
ne (dicens communem) refert Roland. à Valle, conſ.
85. num. 23. volumine 1. & hanc opinionem dicit cõ
munem Alciat. conſ. 644. num. 4. quem refert Moli-
na, lib. 4. de Hiſpanorum primogen. c. 6. num. 10. vbi
refert duas communes in quæſtione propoſita, & no
uiſſime alios pro hac communi ſententia & opinio-
ne (referens etiam duas communes) tradit Ioan. Botta,
conſ. 10. num. 12. & 13. & hanc opinionem etiam ſe
quitur Iaſon, in d. auth. res quæ, num. 59. & dicit etiã
communem Decius, conſ. 519. & alios refert Villalo
bos, dicens communem, in theſauro communium,
litera A. nu. 127. & Couar. lib. 3. varia. c. 6. nu. 10. qui
dicit non valere alienationem, etiam cum regia facul
tate, quando vinculum fuit factum in 3. & 5. bonorũ
parte, & ſequitur Mier. de maioratu. 4. p. quæſt. 2. nu
5. vbi late proſequitur, & in q. 1. limit. 1. nu. 22.
5 Sed his non obſtantibus, contraria opinio verior
eſt, & tenenda, & practicanda in iudicando & conſu-
lendo, vt tenet Alex. conſ. 56. num. 3. lib. 1. Crotus,
conſ. 18. Botta, vbi ſup. d. conſ. 10. Loaces, in l. filius-
fam. §. Diui, nu. 160. ff. de leg. 1. & hanc ſequitur Co-
uat. vbi ſup. dicens veriorem, & Villalobos, qui indu
6 cit pro hac opinione l. 27. Tauri, & hanc dicit com-
munem (pluribus citatis) Rolandus, d. conſ. 85. num.
23. vol. 1. & hanc opinionem ſequitur Gregor. in l. 6.
tit. 11. p. 6. verb. *que no la pudieſſe vender*, colum. 4. &
Anton. Gomez, in l. 40. Tauri, num. 87. vbi dicit hãc
eſſe communem opinionem, quam ſequitur Molin.
vbi ſupra, num. 10. & ab hac non eſſe recedendum in
iudicando & conſulendo, dicit Padilla. in d. auth. res
quæ, num. 10. & pro hac opinione conſuluit Paul. Pa-
riſ. conſ. 52. num. 37. lib. 2. & ex noſtratibus Burgos
de Paz, conſ. 9. num. 10. vbi plures refert pro hac ſen
tentia, quam etiam ſequitur Palá. Rub. in rub. de do-
nat. inter. §. 16. num. 11. & hanc dicit eſſe receptiſſi-
mam ſententiam in regno Hiſpaniæ, Pinel. in repet.
l. 1. C. de bonis mat. 3. p. num. 102. Et ratio huius opi
7 nionis eſt, quia d. auth. res quæ, procedit ex tacita mẽ
te defuncti, & ſic ceſſat eius deciſio, quãdo conſtat de
contraria voluntate. Et pro hac opinione facit tex. in
auth. de alie. emphy. §. ſanctiſſimarũ, collat. 9. ibi, *niſi*
ſub hac conditione poſſeſſiones aliqui eis dederunt, vt nul
lo modo eas alienent, & facit d. l. 27. Tauri, vbi imponi
poteſt quodlibet grauamen, ſeruatã forma illius legis.

SVMMARIVM.

1 *Creditor habet hypothecam in re empta ex pecunia ſua.*
2 *Creditor qui mutuauit pecuniam ad emptionem domus,*
præfertur in re empta omnibus creditoribus, etiam
anterioribus habentibus expreſſas hypothecas.
3 *Hypotheca non contrahitur in rebus venditis, habita fide*
de pretio.
4 *Contraria communis opinio proponitur.*
5 *Tex. in authent. de æqualit. dotis. §. his conſequens, collat.*
6. declaratur.
6 *Hypotheca tacita à iure inducitur, quando res emitur ex*
pecunia ad illius emptionem data.
7 *Argumentum à contrario ſenſu non procedit, quando da*
tur legum correctio.
8 *Paria ſunt mutuare rem ad emptionem domus, vel ad*
eius refectionem.
9 *Hypothecam cum prælatione habet creditor, qui mutua*
uit pecuniam ad refectionem domus.
10 *Lex 26. tit. 13. par. 5. decidit noſtram quæſtionem.*
11 *Doctores regni loquuntur in hac quæſtione contra legem*
partitæ.
12 *Dominium rei emptæ cum pecunia creditoris, non tran-*
ſit in eum niſi cum onere hypothecæ.
13 *Duo copulatiue requiruntur vt inducatur tacita hypo-*
theca in re empta pecunia creditoris.
14 *L. licet. C. qui potiores in pigno. hab. procedit quando bo-*
na generaliter obligantur.

QVÆSTIO DCCXLIV.

Vtrum mutuan[illegible] pecuniam alteri ad emendam domum,
vel aliam rem, habeat in ea tacitam hypothecam,
pro illius pecuniæ mutuatæ ſolutione. Communis con-
tra communem, & quid iure regio.

IVris eſt notiſſima concluſio, creditorem habere hy
1 pothecam & ius prælationis in prędio empto ex pe
cunia ſua, quando ſpecialiter fuit pro debiti ſolutio-
ne obligatum. Ita probat textus egregius, in l. licet,
2 C. qui potio. in pig. hab. l. 30. tit. 13. p. 5. in quib. iuri-
bus talis creditor præfertur omnibus alijs creditori-
bus, etiam anterioribus, & expreſſam hypothecam
habentib. Quam concluſionem limitant doctores, vt
non procedat quando pecunia, licet fuit mutuata, ad
emptionem, & res fuit empta ex illa pecunia, non ta-
men actum fuit vt interim quoad pecunia ſoluitur,
ſit res empta pignori obligata, quia in hoc caſu ſolum
competere creditori actionem perſonalem, non vero
hypothecam, tenet gloſſ. verb. conuenit. in d. l. licet.
ibi, *ſecus ſi non conuenit*, gl. in l. quod quis, ff. de priuil.
cred. vbi doct. glo. verb. credidero, in l. interdũ, ff. qui
potio.

potio.in pigno.hab.vbi Bart.idem in d.l.licet, vbi Sa
licet.num.3.dicit communem, idem Salicet.in au-
thent. quo iure, C. qui potior.in pigno.hab. num.3.
vbi dicit Bald.hanc eſſe communem opinionem gloſ
ſarum,& ab ea non eſſe recedendum,& ſequitur Bal.
Nouell.de dote.10.p.num.35.Neguſant.de pig.5.p.
2.memb.num.3.Ripa,in l.ſenatusconſulto,num.10.
ff.quibus mod.pign.vel hypoth.taci.contr. quam ſe-
quitur Couar.lib.1.var.c.7.num.3. vbi dicit veriorẽ
& frequentiori doctorum calculo receptam, & Ma-
tien.in l.7.tit.16.lib.5.recop.nu.6.vbi alios allegat
pro communi, quam nouiſſime ſequitur Gutierrez,
lib.3.practic.quæſtio. quæſt.98.vbi refert duas com-
munes, & ex profeſſo proſequitur hanc quæſtionem,
dicens ita tenendum eſſe, quia hæc opinio eſt verior
& receptior,& pro ea facit tex.in d.l.licet, vbi hypo-
theca contrahitur,quando pecunia ad emptionem ali
cuius rei mutuatur, ſi expreſſe actum ſit quod obliga
ta & hypothecata maneat. Ergo ceſſante pacto, ceſſa-
bit hypotheca, cum res non ſit pro certo pretio obli-
gata ſpecialiter, imo dominium eſt translatum in em
ptorem,& ſic creditores hypothecarij præferuntur,
vt in l.procuratoris.§.ſi plures,verſic.ſed ſi dedi.ff.de
tribut.act. l.quidam ſundum, ff.de in rẽ verſo.vbi ſi
3 merces vendantur habita fide de pretio,nulla compe
tit in eis hypotheca, niſi illud expreſſe actum ſit in li
mine venditionis. Hanc dicit communem opinionẽ
Bart. & Alex.in l.ſi cum dotem,§.fi. ff.ſi cert.pet. &
Iaſ.in d.l.creditor,num.5.

4 Sed his non obſtantibus contraria opinio verior
eſt,& tenenda in iudicando & conſulendo, ita quod
ab ea nemo iam poſſit recedere,vt infra apparebit. Et
pro hac opinione eſt gloſ.ſingul.in d.auth.quo iure,
C.qui potio.vbi dicit,quod mutuans pecuniam alte-
ri ad emendam aliquam rem, eandem rem emptam
iure pignoris habebit obligatã pro illius pecuniæ ſo-
lutione,vbi Bal.& Ang.ſequũtur gloſſæ opinionem,
dicentes communem,& illam approbat Iaſon in d.l.
creditor, Alex.in d.l.ſi cum dotem,§.fi.Campe.de do
te,4.p.q.8.nu.3.Caſſa.in catal.glor. mun.2. p.conſi-
dera.99.col.6.limit.3.in fi. & eandem opinionem te-
net Bal.ſibi contrarius,in l.pro debito,nu.1.C.de bo
nis auct.iud.poſſid. & ſequitur eum (dicens commu
5 niter receptam) Nauar.in manu.c.17.nu.49.& pro
hac veriſſima opinione facit tex.in auth.de æqual.do
tis,§.his conſequens, collat. cuius verba ſunt. *His
conſequens eſt & illud decernere, quod in caſibus huiuſ
modi dubitatum nouimus, antiquioribus creditoribus ali
quas hypothecas præponere iuniores exiſtentes, ex pri-
uilegijs à legibus datis, quale eſt, quãdo aliquis proprijs
pecunijs procurauerit nauem comparare, aut fabricare,
aut domum forſan ædificare, aut etiam emi agrum, aut
aliquid horum. In his enim omnibus priores exiſtunt
poſteriores creditores, quorum pecunijs empta, aut reno-
uata res eſt, ijs qui etiam multo antiquiores ſunt.* Ecce
verba tex. manifeſte probantia noſtram concluſionẽ,
6 vbi ſufficit, quod pecunia detur ad emptionem alicu
ius rei, vt ipſa res empta ex tali pecunia remaneat hy
pothecata, licet nihil actum ſit de ſpeciali rei hypo-
theca, quia ipſa tacite à iure inducatur,& ſic cum ibi
habeamus pro hac ſententia text.expreſſum, non de
7 bemus ex d.l. licet, ſumere argumentum à contrario
ſenſu, cũ datur legum correctio, maxime quia in d.
8 §.his conſequens, paria ſunt dare pecuniã ad emptio
nem domus, vel ad eius refectionem, quia in vtroq;
9 caſu inducit lex tacitam hypothecã cum prælatione,
& in caſu quo datur pecunia ad refectionem domus,
nemo vnquam dubitauit creditorem habere tacitam
hypothecam, vt in l.interdum, ff.qui po.in pign.hab.
cui conſonat l.28.tit.13.part.5. Quæ ſententia veriſ-
ſima eſt de iure communi, & veriſſima itidem de iu-
re regio cum hic caſus expreſſe ſit deciſus per l.26.
10 titu.13.par.5. in fi.ibi, *E aun dezimos que ſi algun ho-
me recibieſſe de otro marauedis preſtados para guarnir
alguna naue, o para refazerla, o para facer alguna caſa,
o otro edificio, o para refazerlo, que qualquiera de ſtas co
ſas ea que fueſſen meditos o deſpendidos los marauedis,
fincan obligadas calladamente a aquel que los empreſto,*
vbi illud expreſſe tenet doctiſſimus Greg. Lopez, ver
bo, *para fazer,* vbi dicit per illam legem tolli opinio-
nes contrarias de iure communi; & eſſe multum mẽ
11 ti tenendam. Et profecto valde miror de noſtris ſcri
ptoribus Hiſpanis, qui non conſiderarunt, nec memo
riæ mandarunt illam legem, nec doctrinam Greg. vbi
clamat menti eſſe tenendam, ex qua lege omnino tol
leretur dubietas, cum qua locutus fuit Gutier. in d.
quæſt.98.lib.3.num.9. in fin. qui licet non vidiſſet il
lam legem adſtrictus difficultate tex. in d.§.his conſe
quens. ſub dubio tamen & ſaluo meliori iudicio, ſe-
quutus fuit contrariam opinionem, quod nequaquã
feciſſet, ſi legem illam & doctrinam Gregorij vidiſ-
ſet, quæ l.ſummam continet rationem & æquitatem,
cum pecunia ſit recepta & mutuata ea intentione, vt
ex ea domus comparetur, quæ cum empta ſit ea pe-
cunia, clarum eſt quod debet remanere hypothecata
pro ſolutione illius, cum res empta, non ſit in domi-
12 nio debitoris, niſi cum illo onere & hypotheca licet
nihil conuentum ſit. Et ex hac ratione appelletur à le
ge tacita hypotheca ibi, *fincan obligadas calladamen-
te.* Vnde duo requiruntur, vt inducatur. Primum, q̃d
pecunia detur & recipiatur ad emptionem alicuius
13 rei, ſecundum, quod realiter & vere ex illa pecunia
mutuata res ſit empta, vt tradit Caſſaneus, ſup.limit.
12. Ex quib. venit intelligenda doctrina Alberici, in
l.obligat.generali.ff.de pign. vbi dicit procedere præ-
14 dictam l. licet, etiam ſi ſpecialis hypotheca non fiat
rei venditæ, quia ſufficit generalis omnium bono-
rum, quem ſequitur Cæpolla, cau.124. num.2. licet
dubitet Neguſant. de pigno.5. quæſt.principali, nu.
8.& Gutierrez, allega.5.num.2. Quæ omnia ſunt per
petuo menti tenenda, & illa l.26. d.ti.3.p.5. eſt ad-
denda Couarru. Matienço,& Gutierrez, ne forte ex il
lorum doctrina ſequamur opinionem antiquorum,
ex illius legis deciſione abrogatã, vt docet ibi Gregor.
ver. *para fazer,* & ver. *el poſtrimero,* in l.39.ti.13.p.5.

S V M M A R I V M.

1 *Signum eſt quaſi teſtis ſcripturæ, qui mutus loquitur pro artifice.*
2 *Signum dicitur cifra vel chimera.*
3 *Artifex poteſt alium artificem prohibere, ne vtatur ſuo ſigno conſueto.*
4 *Res dicitur eius eſſe, cuius ſigno eſt ſignata.*
5 *Signum denarij denotat dominium.*
6 *Animal p̃ſumitur eius eſſe, cuius eſt ſignũ quo ſignatũ eſt*

7 *Stigma alienum nemo poteſt ponere in rebus ſuis.*
8 *Qui vtitur ſigno alieno, perdat rem ſignatam.*
9 *Nomen non debet quis fraudulenter mutare, neque veſtem. Et vnde habuit originem mutatio nominis in Romano Pontifice.*
10 *Contraria communis opinio proponitur.*
11 *Lex, quæro. ff. de iure patro. declaratur.*
12 *Arma aliena non debet quis portare in ſuis ſcutis.*
13 *Hominum malitijs obuiandum eſt.*

QVÆSTIO DCCXLV.

Vtrum faber mallearius, vel alius officialis publicus, poſſit vetare alium ne ſigno ſuo vtatur. Communis contra communem, & quid iure regio.

1 Signum eſt quaſi teſtis ſcripturæ, & licet incertus
& mutus loquitur pro artifice, & dicitur cifra vel
2 chimera, ſecundum Baldum de pace Cóſtantiæ, verb.
ſigillum, & in l. falſus. C. de furtis. Et ſic dixit Pla-
tea, in l. ſtigmata. C. de fabricenſib. libro vndecimo,
3 quod optimus officialis & peritus in ſua arte, pote-
rit prohibere alium vti ſuo ſigno, quia intereſt eius
propter ſui operis bonitatem, opinionem, & famam,
ne alius imperitus vtatur illo ſigno, ex quo confuſio
inducatur, argumento tex. in c. nonnullis, de Iudæis.
Quam opinionem tenet expreſſe Bart. in tract. de in-
ſig. & armis, num. 9. Felinus, in proœmio Decretal.
num. 37. Caſſaneus, in Catalog. gloriæ mundi. 1. p. cō
ſid. 35. & eſt cōmunis ex traditis per Paul. Pariſ. conſ.
29. num. 8. lib. 1. pro qua ſententia allegatur tex. in d.
l. ſtigmata, & in l. eos. §. fin. ff. ad l. Cornel. de falſ. & ru
brica. C. vt nemo priuatus. & authent. de mand. prin-
cipum. §. penultim. textus in cap. dilecta, vbi Abbas,
numero 3. de exceſſibus prælatorum, vbi hanc ſequi-
tur opinionem, quam dicit communem, Azeuedo in
l. 7. titu. 1. numero 2. lib. 4. recopilatio. Beonenutus,
de mercatura. 2. par. nom. 92. cum ſequentibus, & tra
dit Guillermus Benedictus, in c. Raynutius, ver. Ray
nutius, de Clera, de teſtam. num. 59. & facit tex. in c.
diſplicet. 23. quæſt. 4. ibi, *& vos oues Chriſti eſtis, cha*
4 *racterem Dominicum portantes*, & ſic dicitur res eſſe
eius, cuius ſigno eſt ſignata. l. quod ſi neque, §. ſi. ff. de
pericul. & commod. rei vend. c. ſi iudex, de ſententia
excommunic. in 6. Et facit tex. in c. quod quidam. 1.
quæſt. 1. & c. quemadmodum. 21. quæſt. 7. c. poſtea
ſignatur. 21. quæſt. 2. cap. ſane profertur, & c. magnæ,
5 de voto, & Luc. 20. *Oſtendite mihi denarium, cuius ima
ginem habet & ſubſcriptionem. Et reſpondentes dixerūt,
Cæſaris: dixit illis: Reddite quæ ſūt Cæſaris Cæſari, & quæ
ſunt Dei Deo*, & Geneſeos 4. *Poſuit dominus ſignum in*
6 *Cain.* & ſic ſignum animalis demonſtrat dominum, &
eo ipſo quo equus, bos, vel ouis, vel alia res reperitur
cum ſigno meo, quo vtor ſignata, probatur mea, arg.
tex. in d. l. ſtigmata. l. penult. C. de aquæducto, lib. 11.
& ita tenent Bart. & Platea, in d. l. ſtigmata, licet Bal.
in auth. dos data. C. de donat. ante nupt. dicat, quod
ſolum facit præſumptionem, quia alias de facili poſſet
fraus committi, & illum ſequitur Caſſaneus, ſupra,
ponens exemplum in ballis mercatorum, & Anton.
Gom. in l. 45. Tauri, num. 77. & Auendan. in c. præ-
torum, c. 19. num. 32. qui loquitur, *del Lancero de Guadalajara*, Menochius, lib. 2. de arbit. caſu. 318. nu. 13.
& Maſcard. volumin. 1. probationum, concluſ. 90. vbi
etiam num. 5. confirmat noſtram cōcluſionem, quod
7 non poteſt quis ſtigma alienum ponere in rebus ſuis.
& allegat l. 1. C. de nautib. non excuſ. lib. 11. & ſi quis
8 de facto vtatur ſigno alieno, perdit rem, vt in l. ſacril.
9 §. qui eum, ff. ad l. Iuliam peculatus, & etiam vtens no
mine alieno fraudulenter punitur, vt in l. 1. C. de mu
tatio. nominis, l. falſi nominis, ff. ad l. Cornel. de falſ.
ita eleganter tradit Menochius, de arbi. caſu. 318. nu.
3. omnino videndus, vbi declarat vnde habuit origi-
nem mutatio nominis in Romano Pontifice, & Ille-
ſcas. 1. par. hiſtoriæ pont. lib. 4. cap. 33. Meſia, in Syl-
ua, variarum lect. lib. 1. c. 21. Conradus, in templo
omnium iud. lib. 2. c. 1. §. 2. num. 8. fol. 117. & ita de fa
cto fuiſſe obſeruatum tradit Anton. Gomez, in l. fin.
Tauri, nu. 11. & etiam puniuntur portantes habitum
alienum & vſurpantes, ita Tiraquellos, ad ll. connu-
biales, leg. 3. num. 58. Rebuff. de priuilegijs ſcholaſti
corum, priuilegio. 94. Didacus Perez, in rubric. ordi
namenti, tit. 18. lib. 8. Petrus Georgius, in ſyntagma.
iuris, lib. 39. c. 21. Gregorius, in l. 3. tit. 17. p. 5. verb.
veſtidura, plura in propoſito refert, Dominus don
Ioan Vela (meritiſſimus collega dioi Bartolomei) in
tractato delictorum, c. 13. & Azeuedo, in l. 8. tit. 10.
num. 1. lib. 4. recop.
10 Sed contrariam opinionem in quæſtione princi-
pali (imo quod nemo poſſit alium prohibere, ne eodē
ſigno vtatur) tenent Bald. & Salicetus, in l. 1. C. quæ
res vend. non poſſunt, Alberi. in l. quæro, ff. de iure pa
tron. & eſt communis opinio, vt tradit Ioannes Han
nibal, in repeti. rubric. ſoluto matrimonio, num. 216.
11 Pro qua opinione facit optimus textus in d. l. quæro,
ff. de iure patro. cuius verba ſunt. *Quæro an libertis pro
hiberi poſſit à patrono, in eadem colonia in qua ipſe nego
tiatur, id genus negotij exercere? Scæuola reſpondit non
poſſe prohiberi.* Sed illa lex parum obſtat, quia ibi ſolū
permittitur, negotiari eodem genere negotiationis in
eadem prouincia, non autem permittitur vt negotia
tores vterentur eodem ſigno, maxime vſurpando ſtig
ma alterius. Idemque eſt dicendum in delatione ar-
12 morum, quia arma mihi competentia, poſſum prohi-
bere, ne alius deferat, vt copioſe reſoluit Caſſanens,
ſup. concluſ. 44. & hanc opinionem exiſtimo verio-
rem & practicandam, & pro ea audiui fuiſſe obtentū
in regali cancellaria Pinciana, quia alias omnia eſſent
in confuſo, & daretur locus mille fraudibus, & vtilē
13 eſt vt malitijs hominum obuietur, vt in l. conuenit.
ff. de pactis dotalibus, & facit bonus tex. in d. c. dile-
cta, de exceſſibus prælatorum, vbi expreſſe hoc deci-
ditur, & confirmatur hæc opinio, in l. 49. tit. 13. lib. 4.
recop. & in l. 19. tit. 14. lib. 7. recop. vbi tamen poni-
tur pœna decem millium marapetinorum contra v-
ſurpantes ſignū alterius, quod declaratur in leg. 8. ti-
tulo 15. & in l. 12. titulo 16. eodem libro. quæ leges
ſunt notabiles pro confirmatione huius opinionis, à
qua non eſt recedendum de iure communi & regio.

SVMMARIVM.

1 *Malitia ſupplet ætatem in matrimonio.*
2 *Puer nouem annorum grauidauit nutricem ſuam.*
3 *Salomon genuit filium in vndecimo anno.*
4 *Malitia ſupplet ætatem in ſponſalibus ſecundum aliquos.*

5 Impedi-

5 *Impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis inducitur ex ſponſalibus contractis cum minore ſeptennio.*
6 *Contraria communis opinio proponitur.*
7 *Infans in ſua ætate quod vidit, ignorat.*
8 *Defectus naturales nemo poteſt ſupplere.*
9 *Septennium completum requiritur in ſponſalibus.*
10 *Minor, etiam diſcretus, non poteſt profiteri religionem ante legitimam ætatem.*
11 *Lex 6. titul. 1. part. 4. adducitur pro hac opinione.*
12 *Lex requirens certum tempus annorum, requirit tempus perfectum.*
13 *Tempus ſtat pro forma.*
14 *Forma rei non poteſt mutari.*
15 *Caput, iuuenis. de ſponſalibus, declaratur.*
16 *Lex, in ſponſalibus, la 2. ff. de ſponſalibus, declaratur.*
17 *Iudicium infantis non ſemper diſcerni poteſt.*
18 *Ratio diuerſitatis inter ſponſalia & matrimonium traditur, circa quæſtionem propoſitam.*
19 *Potentia ad copulam eſt quia extrinſecum.*
20 *Lex. 12. tit. 1. par. 4. declaratur.*
21 *Ratio ob quam magis in ſeptennio quam in alia minori ætate ſponſalia contrahantur, traditur.*
22 *Minor poteſt in ætate ſeptennij ad ordines minores promoueri.*
23 *Aetas ſeptennij eſt principium diſcretionis & intelligentiæ.*
24 *Septennij numerus dicitur ſacratus, & quare.*
25 *Septennij numerus dicitur perfectus, quia homo conſtat ex ſeptenario.*
26 *Leges Digeſtorum & partitarum ſunt in ſeptem partes diuiſæ, & vita hominum in ſeptennio mouetur & variatur.*
27 *Partus dicitur legitimus in ſeptimo menſe.*
28 *Dentes formantur in ſeptimo menſe, & in ſeptimo anno cadunt.*
29 *Septem horis genitale ſemen conuertitur in humanam naturam.*
30 *Septem modis mouetur homo.*
31 *Septem doctores faciunt communem opinionem.*

QVÆSTIO DCCXLVI.

Vtrum in ſponſalibus malitia ſuppleat ætatem, vt ante ſeptennium ſponſalia contrahi poſſint. Communis contra communem, & quid iure regio.

1 MAlitia ſupplet ætatem in matrimonib. Ita pro-
bat tex. in c. de illis, el. 3. de deſponſ. impub. c.
vni. §. 1. eod. tit. in 6. vbi glosſ. verb. ſupplebat. Et fa-
cit pro hac ſententia tex. in l. 6. tit. 1. p. 4. in fi. ibi, *que*
la ſabiduria e el poder que han para fazer eſto, cumple
la mengua de la edad, vbi Gregor. Lopez, verb. *la ſabi-*
duria, refert illud quod vulgo circunfertur, & narrat
B. Gregor. in dialogo, quod puer nonem annorum im
2 prægnauit nutricem, & de puero decem annorum idé
refert D. Hieronymus, ad Vitalem, & de Salomone di
3 citur, quod genuit filium in vndecimo anno, vt tradit
Ioann. Andreas, in c. fi. de eo, qui cognou. conſang. v-
xor. ſuæ. Sed an in ſponſalibus malitia ſuppleat ſepté
nium, dubium grauiſſimum eſt, & partem affirmati-
4 uam tenet gloſſ. magna, in fin. in c. iuuenis, de ſponſ.
gloſſ. in c. ſponſam, eod. tit. gloſſ. in ſumma. 30. quæſt.
2. & Franeus, in d. c. vni. Ledeſma, de matrimon. in ſe
cundum quarti, quæſt. 42. art. 2. & hanc dicit commu
nem opinionem Præpoſitus, in d. c. iuuenis, num. 9.
& Couarr. in 4. 1. p. c. 2. in prin. num. 1. vbi confir-
mat opinionem Abb. in d. c. iuuenis, quia cum in ma
trimonio malitia ſuppleat ætatem (vt ſupra diximus)
conſequens eſt in ſponſalibus præmaturam potentiá
ad generandum, ipſum defectum ætatis ſupplere. qđ
videntur inſinuare verba tex. in l. in ſponſalib. la 2.
ff. de ſponſ. vbi dicitur ſatis eſſe ſi ſponſi quid agant,
intelligant, conducit etiam tex. in d. c. iuuenis, vbi ex
5 ſponſalibus contractis cum minore ſeptennio, indu-
citur inpedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, non
alia ratione, niſi quia malitia ſupplet ætatem, ex qua
ratione tenet illud Veracruz, in ſpeculo coniugior. 1.
p. art. 16. lit. B. vbi ſequitur D. Thomam, in 4. diſtin.
27. art. 2.

6 Sed his non obſtantibus, contraria opinio verior
videtur, & tenenda, quia vbi in iure certa ætas requi
ritur ad intellectum & diſcretionem, malitia non po
teſt illam ſupplere, vt in l. qua ætate, ff. de teſtament.
7 quia illa ætas, quod vidit, ignorat, vt in d. l. de ſponſa
lib. & in l. fin. C. de falſ. mone. & eſt optimus text. in
8 l. final. C. de teſtament. militis, vbi defectus iuris na-
turalis nulla cauſa poteſt ſuppleri, & illum tex. exor-
nat Roderic. Xuarez, allegat. 12. Et in terminis pro
hac opinione facit tex. in c. literas, & in c. acceſſit, de
deſponſatio. impub. vbi ſeptennium completum re-
9 quiritur, vt ſponſalia contrahi poſſint. Et hanc opi-
nionem confirmat tex. in c. 1. de regularibus. in 6. vbi
10 impubes ante legitimam ætatem non poteſt profite-
ri religionem, quę ætas hodie eſt præfinita in ca. 16.
ſeſſione 25. Concilij Trident. & profeſſio erit nulla,
etiam ſi puer ſit maxime diſcretus, & malitia ſupple-
at ætatem, vt tenet gloſſa communiter approbata, in
c. poſtulaſti, de regularib. quam ſequitur Abb. in c. ſi-
gnificatum, eodem. & Cardin. in clemen. fin. quæſt.
3. de ætate, & quali. Sylueſt. verb. religio, 2. in quæſt.
12. & verb. religio. 3. in quæſt. 2. Caiet. in verb. votú,
verſ. imperfectum, & ſequitur Brunel. in tractat. de
ſponſal. quæſt. 2. conclu. 4. Et pro hac ſententia facit
11 tex. in d. l. 6. tit. 1. par. 4. vbi loquens de matrimonio
dicit, quod malitia ſupplet ætatem, loquens vero de
ſponſalibus, nullum verbum. Et vltra prædictos do-
ctores, hanc opinionem ſequitur glo. communiter re
cepta, in clem. fi. de ætat. & qual. Abb. in c. cum in cú
ctis, in prin. num. 6. de elect. Feli. in c. cum vigeſimú,
de officio deleg. & hanc eſſe communem opinionem
& diſtinctionem firmat Corne. conſ. 213. vol. 1. &
pro hac doctrina eſt notabile dictum Archidiaco.
12 in c. ſi annum, de iudi. in 6. vbi dicit, quod quando
lex requirit certum tempus annorum, ſemper ſequi-
tur perfectio, niſi aliud exprimatur. Et ſequitur Bal-
dus in d. cap. cum vigeſimum, & Aretin. in dict. l. qua
ætate. Quod quidem notiſſimum eſt in ætate ſtatuta
ad conficiendum teſtamentum, & in tutela vel cura.
Et ratio eſt, quia ætas ſeptem annorum ideo ſufficit
ad ſponſalia, quia voluntas quæ in naturali conſenſu
quieſcit, cadit in impuberem, qui impleuit ętatem ſe
ptem annorum, vt in l. ſi infanti. C. de iur. delib. & il
13 lud tempus a iure ſtatutum ſemper ſtat pro forma.
glo. in auth. quę ſupplicatio. C. de precib. impe. offer.
vbi dicunt Bald. & Salicet. quod ille qui non obſer-
uat tépora conſtitutionis pręfinita, non obſeruat for-
mam,

mã,&tradit Tiraq.de retract. Linag.§.3.glo,4.nu.3.
&, Paz, in ſua praxi.1.tom.7.p.c.vni.num.101. For-
14 ma autem non poteſt mutari.l.qui heredi.l.Mæuius.
ff.de cond.& demonſt. c. adime.1.q.1. Quibus non
15 obſtat tex.in d.c.iuuenis, quia ibi Rom.Pontifex nõ
ſe fundat in doli capacitate,ſed in alijs, vt patet ex lra
16 illius tex,in d.l.in ſpõſalibus,vbi dicit,*ſatis eſſe ſi ſpon
ſi intelligant quod agant*,qui potius probat noſtram ſẽ
tentiam,quia verus & genuinus illius tex. intellectus
eſt,in ſponſalibus non eſſe neceſſariam eam ætatem ,
quæ in matrimonijs, ſed ſufficere quod vterq; intelli
17 gat quid agat. Cæterum , quia non ſemper diſcerni
poteſt iudicium in ſantis,ſubiungit ibi iureconſ. *id eſt
ſi non ſint minores ſeptem annis*. quem intellectum ſen
ſit gloſſ.ibi, qui profecto veriſſimus eſt omiſſo tradi-
to à Soto,in 4.diſt.27. quæſt.2.art. 2. quem tex.opti-
me declarat Anaſtaſius lib 2.animaduerſionum.c. 6.
18 poſt Couar.in 4.2.p.c.2.num.1. Nec obſtat quod in
matrimonio malitia ſupplet ætatem, quia reſpondeo
diſparem eſſe rationem in ſponſalibus, quia in matri-
monio ætas illa quatuordecim annorum deſignata
eſt, non ſolum per vſum rationis , verum etiam pro-
pter vigorem naturalem,& potentiam coeundi,vnde
nimirum ſi malitia ſupplere poſſit ætatem , vt in d.c.
de illis,el.2.notat Abb.communiter receptus, in d.c.
fin.de deſponſ.impuberum. vbi gloſſ. verb. pruden-
tia,& Alexan.de Neuo,conſ.1.num.9. & 13. dicens
non ſufficere in ſponſalibus malitiam in rebus agen
dis, ſed potentiam ad copulam,per tex. in c.puberes,
19 in fi. eod. tit. & ſic cum hæc potentia ad copulam ſit
quid extrinſecum , facile de ea conſtare poteſt , &
vbi conſtat eam præueniſſe ætatem legitimam, ſufficit
ad matrimonium. At vero in ſponſalibus , cum ætas
ſeptennij ſolum deſignetur per iudicium intellectus,
non præuenitur propter præmaturam prudentiam ,
cum ſit quid intrinſecum , quod de facili conſtare nõ
poteſt. Et cum hac diſtinctione eſt intelligenda pri-
ma & ſecunda opinio , vt prima procedat, quando
duo concurrunt, nempe, quod malitia ſuppleat æta-
tem,& quod puella fuerit carnaliter cognita,hæc ve-
ro,quando licet malitia ſuppleret ætatem, non eſt vr
gens præſumptio,quod puella ſit attẽtata,nec carnali
ter cognita. Idemque ſentit Moccius de contract.tit.
de nup.num.4.fol.168.& ita eſt tenenda & intelligẽ
20 da l.6. & l.12. in fi.tit. 1.par.4. ibi, *Eſto ſe entiende ſi
los deſpoſados fueſſen de edad de ſiente annos cumplidos
o poco menos, de manera que ayan entẽdimiẽto para pla
zerles las deſpoſadas*,ſolet tamen dubitari, quare ma-
gis in ſeptimo anno quam in ſexto, vel in alia ætate
fuit deſignata ætas ad ſponſalia de futuro contrahen
da. Et licet aliqui mihi reſponderunt quod ſic placuit
legislatoribus , & quod de his quæ à maioribus con-
dita ſunt , ratio non ſemper reddi poteſt : tamen non
21 ſine magno myſterio magia illa ætas quam alia fuit
deſignata , prout etiam videmus in pueris , qui vo-
lunt ordinari, nam etiam requiritur ætas ſeptennij ad
ordinem primæ tonſuræ, vt reſoluit Rubuff.in pract.
benef.fol.4.num. 11.Soto,in 4.ſent.diſt.25. q.1.art.
2.& Albert,Trotius,de vero & perfecto clerico.c.17.
num.1.Gutier.canonic.quæſt. c. 26. in princ. qui ſic
intelligit tex. in c. ſingulis. 77. diſt. & clementinam
primam, de ætat. & qual. vbi probatur quod omnes
22 minores ordines poſſunt in ſeptennio ſuſcipi, & ra-
23 tio poteſt eſſe, quia illa ætas eſt principium diſcretio
nis & intelligentiæ,& ſic dixit Ariſt,lib.1.de ſecreto,
quod trinitas eſt primum ſuper quo omnes res ſunt
fundatæ,& mediatur per quinquenarium,& perfici-
tur per ſeptenarium,& Cælius Rhodigin.lib. 12.le-
ctio.antiq.c.11. & 36. ſcribit , quod ſeptimus quiſ-
que annus ætati ſignum imprimit,& iſte numerus di
24 citur ſacratus, vt in c.presbyter.91.diſtin.quia ſeptẽ
ſunt Sacramenta eccleſiæ, & quia ſeptem ſunt dona
Spiritus ſancti, & quia in ſeptimo die Deus ſummus
omnium rerum opifex ab opere quieuit. Vnde meri-
to illa ætas magis quam alia fuit deſignata , quia ille
numerus conſtat ex vno & ſex, vel ex duobus & quin
que, vel ex tribus & quatuor,& ſic habet vnitatem,tã
quam copulam geminæ trinitatis , & conſiderando
eius ſingula membra,eorumque compagines, eſt pro
fecto omni maieſtate pleniſſimum. Et plura de nume
ro ſeptenario habentur in proœmio legum ſeptem
25 partitarum, vbi Greg, verb. *ſeptenario*, dicit illum nu
merum eſſe perfectum,quia homo conſtat ex ſeptena
rio, id eſt ex triplici animi proprietate, & quatuor e-
26 lemẽtis. Et ſic imperator Iuſtinianus in ſeptem par-
tes diuiſit leges Digeſtorum, vt habetur in l.2. C.de
vet.iure enul. & leges partitarum in ſeptem libros di
uiſæ fuerunt , & Mexia, ad pragmaticam regiam , in
ſeptem concluſiones diuiſit totum opus, vbi plura
notanda recollegit de hoc numero ſeptenario, & Ze
nedo,in collectaneis iur.collect. 15.num.10. & Ioan.
Garcia,in tractat.de Hiſpanor.nobilit. gloſſ. 48.§.1.
num.3.vbi etiam dicit,quod vita hominum ſeptena-
rio mouetur & variatur, & plura tradit Caſſan.in Ca
talogo gloriæ mundi. 12.parte. conſideratio. 37. &
Petrus Bongo, de myſtica numerorum ſignificatio-
ne,tit.de num.ſeptenario,pag.198 & in ſeptimo mẽ
27 ſe partus dicitur legitimus , vt in l. ſeptimo men-
28 ſe.ff.de ſtatu hominum. Et in ſeptimo menſe forman
tur dentes in infantibus, & in ſeptimo anno cadunt,
vt tradit Tiraq.in l.ſi vnquã.ver.reuertatur,nu.210.
29 col.2.C.de reuocand. donat. & ſeptem horis ſemen
genitale conuertitur in matrice in humanam naturã.
Et ſeptẽ horis poteſt homo viuere ſine reſpiratione.
Septemque feneſtras habet corpus humanum , qui-
bus alitur, videlicet, oculos, nares, aures, & os, & ſeptẽ
horis fit bona digeſtio, ſeptem horis oportet dormi-
re, vt fiat nutrimentum bonum , ſeptem diebus po-
30 teſt homo viuere abſque cibo , ſeptẽ modis mouetur
homo, videlicet, ante, retro, ſurſum, deorſum, dextror
ſum, ſiniſtrorſum, & in circulo, & in teſtamento in
ſcriptis , ſeptem requiruntur teſtes . Et quod magis
31 huic operi conuenit, ſeptem DD. faciunt communẽ
opinionem, & ad approbandum ſcholarem requirũ
tur ſeptem DD.vt tradit Zenedo, in collect.ad ius ca
nonic.collect. 15.ad decretum.num.7.fol.18.Nauar.
in repet.c.ſi quãdo,de reſcrip.pag.96.in medio.Pau.
Fuſ.de viſitat.lib.2.c.5.num.10. & Ant.Maria Cor-
rati.lib.1.comm.opinionum.tit.3. num.19. cum ſe-
quentibus Ex quibus facile colligi poteſt, quam con
ueniens fuit, vt ſeptimus annus conſtitueretur ad
contrahenda ſponſalia de futuro , magis quam a-
liud tempus , propter maiorem perfectionem intel-
lectus.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Heres tenetur luere rem obligatam, à teſtatore relictam, non vero legatarius.*
2 *L.11.tit.9.par.6.declaratur.*
3 *Heres indiſtincte tenebitur rem obligatam luere, quando pro tanto pretio eſt hypothecata.*
4 *L.ſi res obligata.ff.de leg.1. declaratur.*
5 *Quando res eſt hypothecata pro tãto pretio, non eſt ſpes ſolutionis.*
6 *Legatum rei alienæ ignoranter non valet.*
7 *Teſtator ſolum præſumitur legare ius quod habet in re.*
8 *L.11.tit.9.p.6.adducitur pro prima opinione.*
9 *Contraria communis opinio refertur.*
10 *Res hypothecata, pro tanto pretio, cenſetur alienata à patrimonio teſtatoris.*
11 *L.fi.C.de reb.alien.non alienan. declaratur.*
12 *Alienatio ſi prohibeatur, prohibetur etiam pignoratio.*
13 *Res pignorata cenſetur alienata, quando pignoratur pro æquali pretio.*
14 *Alienatio non præſumitur in hypotheca, pro æquali pretio, quando in re pignorata cadit affectio.*
15 *L.ſi in emptionem.ff.de minoribus, exornatur.*
16 *Procurator habens mandatum repudiandi hereditatem, non poteſt repudiare res quæ fuerunt maiorum.*
17 *Obligatio generalis non comprehendit, quæ ſpecialiter non eſt veriſimile aliquem eſſe obligaturum.*
18 *Padilla increpatur in ſua opinione.*
19 *Opinio communis defenditur ab impugnationibus Padillæ.*
20 *Accidens non mutat ſubſtantiam.*
21 *L.prædia, C.de fideicom. limitatur in annuo cenſu.*
22 *Annuus cenſus eſt quædam ſeruitus prædio inhærens.*
23 *Sententia Padillæ, in d.l.prędia, num. 11.declaratur.*
24 *Verbum, cenſus, intelligitur de perpetuo.*
25 *Redemptio cenſus ſuper aliqua poſſeſſione impoſiti pertinet ad heredes imponentis, non ad poſſeſſorem.*
26 *Penſio impoſita ſuper beneficio, tranſit contra beneficij poſſeſſorem.*
27 *Creditor cenſus vel penſionis poteſt heredes vel rei poſſeſſores conuenire.*
28 *Debita defuncti tenetur heres ſoluere.*
29 *Caſus de facto proponitur.*
30 *Melioratus non tenetur ſoluere debita ſuper re, in qua facta fuit melioratio.*
31 *Heres tenetur ſoluere debita, inſita in rebus vinculatis, ſiue debitum ſit contractum ante maioria inſtitutionem, ſiue poſtea.*
32 *Qui vult conſequens, vult antecedens per quod deuenitur ad illud.*
33 *Maioratus poſſeſſor non tenetur ad debita, quando ſunt bona libera fundatoris.*
34 *Creditor annui reditus poteſt agere ad exigendum debitum aduerſus conſtituentem eiuſque heredes, omiſſo tertio fundi poſſeſſore.*
35 *L.21.Tauri, declaratur vt ſit correctoria iuris communis.*
36 *Legatarius partis bonorum non tenetur ad debitã defuncti.*
37 *L.4.tit.1. 2.declaratur.*

QVÆSTIO DCCXLVII.

Vtrum heres teneatur luere rem obligatam, quam teſtator legauit, quando fuit obligata pro pretio æquiualenti, ipſi res. Communis contra communem, & quid iure regio.

1 HEres tenetur luere rem obligatam, vel hypothe
catã ex legato, vel fideicommiſſo alicui relictã,
quando teſtator ſciebat rem lagatam pignori, vel hy
pothecæ obnoxiam. Ita probat tex. in l. ſi res obliga-
ta.60.ff.de lega.1. ibi. *heres liberare debet*, l. Mæuius.
68.§.fundo legato.ff.de leg.2.l.licet.ff. de dote præle
2 gat.l.prædia.C.de fideicom.l.11.tit.9.par.6.ibi, *man
da faziendo el teſtador de alguna coſa ſuya, que ſabia que
era empennada o obligada a otro por menos de loque va
lieſſe, tenudo es el heredero dela quitar de los bienes del
finado, e darla a quien fue mandada.* Quam concluſio-
3 nem limitant doctores, vt non procedat quando res
legata eſſet obligata pro tanto pretio, vt eo ſoluto ni-
hil aut parum commodi eſſet remanſurum, apud lega
tarium: quia in hoc caſu, nulla habita ratione ſcientię
vel ignorantiæ, tenetur heres eam rem luere, ob gra-
tiam & fauorem legatarij. Pro qua limitatione adduci
4 tur tex.in d.l.ſi res obligata.ff.de lega.1.ibi, *vel poteſt
aliquid eſſe ſuperfluum ex ſoluto ære alieno*, ita in hoc ſẽ
ſu accepit illa verba gloſſ.ibi, cuius opinionem teſta-
tur communem Alexan ibi, col.2. & Iaſ. num.9.dicit
etiam communem opinionem & intellectum Fulgoſ.
in d.l.prædia, num.3. vbi Corneus, eod. num. quam
opinionem ſequitur & dicit communem Vinius, lib.
2.comm.verb.legatum, & eam appellat veriorem &
communiorem, & in practica ſequendam Michael
Craſſus, receptarum ſentent.§.legatum, quæſt.15.nu.
5 2.Et ratio huius opinionis eſt, quia quando res eſt pi
gnorata vel hypothecata pro tanto pretio, non eſt
ſpes ſolutionis, quia tunc, aut legatarius nollet luere,
aut ſi lueret, nullum commodum apud eum remane-
ret, & per conſequens legatum eſſet nullius momen-
ti, maxime, quia tunc videtur rem alienam ignoran-
6 ter legatam, & ſic legatum non valet, vt in l.cum rem
alienam.C.de legatis.§.non ſolet.Inſtitu.eod.tit.l.10.
tit.9.pat.6.Et in dubio teſtator ſolum videtur legare
7 ius quod habet in re.l.ſeruũ electione, §.fi.de legat.1.
l.ſi dominus.§.fi.eod.tit.l.vxor patri, C.eod.& tradit
Mantica, de coniect.vlt.volunt lib.9.tit.1.num.8.&
Couar.c.2.pract.q.Ant.Gom.1.tom.c.12.num.15.
& num.39.hanc defendit opinionem (ſatisfaciens a-
liquibus fundamentis in contrarium per eum addu-
ctis) & tandem pro hac ſententia dicit eſſe textum, in
d.l.11.titu.9.p.6. vbi hoc expeſſe probatur, ibi, *por
8 menos de loque valieſſe*, ergo ſi pro æquiualenti pretio,
non procederet illius tex. deciſio, nec noſtra princi-
palis concluſio.

Sed his non obſtantibus contrariam opinionem (imo quod heres hoc caſu quando teſtator ignorauerit hypothecam, non teneri luere rem obligatam) tenet Angel.in d.l.ſi res obligata.vbi Paul.num.7.dicit hoc eſſe mirabile, & dicit Alex.ibi, num.3.ſibi placere hunc intellectum, fuiſſeque eum Cumani, quem ſequitur Iaſ.in d.l.prædia, dicens quod eum ſequũtur moderni. Quam opinionem dicit communem Padil-

la,

la, in d. l. prædia, num. 7. in fine. vbi ſequitur & defen
dit hanc opinionem ex aliquibus fundamentis, quo-
10 rum principalior eſt, quia quando res eſt obligata
pro pretio rei ipſi æquiualenti, cenſetur alienata à pa
trimonio teſtatoris. l. legata, §. fin. ff. de ſuppell. legata.
l. qui habebat. ff. de leg. 3. & ibi doct. Bart. in l. ſi tibi
homo, in princ. num. 1. ff. de legat. 1. & in l. quorum,
num. 1. ff. de pign. & plures (more ſuo) pro hac opi-
nione refert Tiraquel. de retractu, in præfat. num. 36.
vbi dicit communem, quam ſequitur Palat. Rub. in
rub. de donat. §. 69. nu. 8. qui omnes teſ. ſuút, cum Gome
zio, ſupra, quod ſi res pignoretur tanto pretio quanto
illa vendi poſſet, cenſetur iam alienata à patrimonio
teſtatoris, & ſic cum talis res cenſeatur alienata, non
eſt mirum ſi non valeat tale legatum, cum ſit legatum
rei alienę ignorante teſtatore, vt in d. l. cum rem alie-
nam, C. de leg. Ex qua doctrina (ſi vera eſt) colligitur
11 notabilis intellectus, & declaratio ad l. fi. C. de reb.
12 alien. vbi prohibita alienatione, prohibetur etiam pi-
gnoratio. ibi, *ſed & vſusfructus dationem, vel hypothe-
cam, vel pignoris nexum penitus prohiberi*, quia illa pi-
13 gnoris prohibitio eſt intelligenda, quando fit pro
pretio æquiualenti ipſi rei pignoratæ, ita vt non ſit
ſpes luitionis, quia tunc res pignorata cenſetur alie-
nata. Ita notabiliter illum text. intelligit Abb. conſ.
91. vol. 2. Montalous, in l. 13. tit. 10. lib. 3. fori, gloſ. 1.
& ſic eſt intelligendus tex. in d. l. in quorum. ff. de pi
gnorib. ſecundum Iaſ. in l. principalibus, ff. ſi cert. pet.
14 Quod limita & intellige, quando in re pignorata ca-
deret affectio, quia tunc non cenſebitur alienata. Ita
Ripa, in l. filiusfam. §. Diui. ff. de legat. 1. quia cum ſit
res maiorum quæ ſemper durauit in familia, non eſt
veriſimile rem illam relictutum & non redemptu-
tum, vt (pluribus citatis) exornat Tiraq. ſup. num. 36.
15 per tex. in l. ſi in emptionem. ff de minor. Vnde op-
16 time reſoluit Barbac. conſ. 18. lib. 2. procuratorem ha
bentem mandatum repudiandi hereditatem, non poſ
ſe repudiare res, quæ fuerunt maiorum ipſius mandā-
tis, argum. l. lex, quæ tutore, C. de adminiſt. tuto. quia
in generali mandato nō videtur illud intellexiſſe, quē
ſequitur Socinus, conſ. 250. lib. 2. Pro qua opinione
adduco etiā tex. in l. obligatione generali. ff. de pigno.
17 vbi in generali obligatione, non veniunt ea quæ ſpe
cialiter non eſſet quis obligaturus, quem tex. ad hoc
exornat Gregor. in l. 5. tit. 14. part. 5. Pinel. in rub. C.
de bonis mat. a. p. num. 47. Ant. Gabr. lib. 6. comm.
concl. tit. de regu. iur. concl. 12. & Maſcard. de pro-
bat. 3. vol. concl. 1120. Redeundo tamen ad noſtram
concluſionem (à qua digreſſi ſumus) ſequitur mani-
feſte, quod ſi res legata ſit obligata, vel hypothecata
pro tanto pretio, quod non ſit ſpes luitionis, quod cē
ſebitur penitus alienata, & exiſſe patrimonium debi
toris, & ſic teſtator tanquam debitor legando illam
rem ignoranter, non valebit legatum, ad hoc quod he
res teneatur eam luere, & redimere, ſed tantum ipſe
18 legatarius, vt contendit probare Padilla, ſupra, cuius
opinio eſt contra legem partitæ 11. titu. 9. part. 6. &
19 fundamento de re aliena adducto per Padillam, ſu-
pra, ſatisfacit optime Ant. Gom. d. 1. tom. c. 12. num.
39. col. 3. dicens, quod quando res quæ legatur eſt pe-
nitus aliena, tunc procedit illa opinio, ſecus vero quā
do eſt propria teſtatoris, licet alteri ſit obligata, vel
hypothecata pro iuſto & æquiualenti ipſius rei valo

re, quia tunc in ipſa re, vel ſubiecto principali, nulla
datur ignorantia, ſed tantum in pignore vel hypothe
ca, & qualitate, ſibi inhærenti, quæ non debet nocere,
20 cum accidens non mutet ſubſtantiam, tex. in l. natu-
raliter. §. apium. ff. de acquir. rerum dom. ex quibus re
manet comprobata noſtra concluſio, contra Padillā,
21 ſup. qui num. 14. limitat d. l. prædia, vt non procedat
in debito quod quotannis renaſcitur, puto annuo cen
ſu, dicens, quod ſemper legatarius, non vero heres te
nebitur luere rem, quia annuus cenſus eſt veluti quæ
22 dam ſeruitus prædio inſita, & pro ſua limitatione al-
23 legat Baldum, in rub. de pignor. num. 3. Cuius opi
nio veriſſima eſt in cenſu perpetuo emphyteutico,
quia illa penſio, cum perpetuo, & quotannis abſque
ſpe luitionis ſoluatur, dicitur quędam ſeruitus perpe-
tua, vt in l. 63. tit. 5. p. 5. & ſic cum prædicta penſio re
dimi non poſſet, abſque facto, & voluntate creditoris,
ex ſua primordiali natura, ſequitur quod cenſetur le-
gata talis res cenſui obnoxia, cum prædicto onere, cu
ius ſolutio non debet ſpectare ad heredem, ſed ad ip
ſius fundi poſſeſſorem. Et ita poteſt intelligi illa opi-
nio, cum ad illud tendat ratio aſſignata per prædictū,
dum dicit, quod illa penſio eſt veluti quædam ſerui-
24 tus, præmaxime, quia verbum *cenſus*, adaptatur pro-
prie ad cenſum perpetuum emphyteuticum, vt tradit
Solis, in proœmio ad tractatum de cenſib. num. 9. &
probatur in d. l. 63. quam ſic intelligit Gutierrez, lib.
2. pp. quæſt. 109. & ſi illam opinionem velis intellige
re de cenſu redimibili, vulgo *alqeitar*, profecto falſa
25 erit prædicta ſententia, quia ſi legetur domus, ſuper
qua eſt cenſus redimibilis impoſitus, ſolutio & redē
ptio illius cenſus pertinebit ad heredes, non vero ad
legatarium domus cenſui obnoxię, quia talis cenſus,
cum ſit redimibilis ad libitum debitoris, non poteſt di
ci ſeruitus, cum de facili amoueri poſſit ex primordia
li cenſus natura. Nec prædictis obſtat, quod domus
prædicta eſt affecta onere reali, & ſic videtur legata
vel relicta cum onere. l. 1. & ti. C. ſine cenſ. vel reliq.
fund. comp. l. Imperatores. ff. de publica. l. fundi par-
26 tem. §. fi. ff. de legat. 1. & in penſione impoſita ſuper
beneficio vt tranſeat cum ſuo onere, reſoluit Gigas,
de penſio. quæſt. 39. & 40. quia reſpondeo illud pro-
cedere reſpectu creditoris, qui poteſt conuenire pro
27 debito cenſuali, vel pro penſione tam heredes, quam
poſſeſſores domus ſuper qua cenſus eſt impoſitus,
28 nos vero loquimur reſpectu heredis, ad quem ſpe-
ctat de iure debitorum ſolutio, l. 1. C. de actionibus ad
hered. & contr. hered. & probatur in iuribus ſupra al
legatis, in principali concluſione, & tenet Padilla, ſu-
29 pra, num. 4. Et cum caſus iſte ad huc de facto pēdeat
inter heredes licentiati Martini de Roxas doctiſſi-
mi quondam in hac ciuitate Toletana aduocati, &
quendam ſucceſſorem particularem ipſius, in quadā
domo vinculata per meliorationem tertij & quinti
bonorum ſuorum (ſuper qua antea cenſum redimi-
bilem impoſuerat) ita reſpondi, cum de hoc caſu fuiſ-
30 ſem interrogatus, licet aduocatus contrarius exiſti-
maret prædicti cenſus redemptionem, pertinere ad
ipſum melioratum ſucceſſorem in ipſa domo, non ve
ro ad heredes dicti licentiati. Cuius opinio fundaba-
tur de doctrina Padillæ ſupra, qui non loquitur ſecun
dum doctorem quem allegat, & rationem quam aſſi-
gnat, in cenſu redimili, ſed in perpetuo, & ſi loquitur

in

in cenſu, *alquitar*, vera nõ eſt prędicta ſententia, quia
per d.l.prædia.& per l.11.tit.9.p.6. contrarium pro-
batur, & per tradita per Gregor.ibi, verb. *ſuya*, vbi re-
31 ſoluit per tex.in l.ſi tibi homo.§ prin. de le.1. quod ſi
poſſeſſor maiorię, leget maioriã ſequenti in gradu, &
res maiorię erat obligata alicui iure pignoris ex facul-
tate regia, quod heredes defuncti legatis teneãtur lue
re talẽ rẽ, non vero ſucceſſor maioratus: maxime, quia
teſtator ſciens annuos reditus eſſe conſtitutos ſuper ip
ſa domo, eã vinculo ſubiecit, vnde clare eius volun-
tas colligitur, vt vendi non poſſit, ad ipſos redimen-
32 dos: quia qui vult antecedens, videtur velle & conſe
quens, per quod peruenitur ad illud. l.neque is, §. 1.
ff.de acquirenda hereditate, l.ad legatum. l.ad procu-
ratorem. ff.mandati. l.oratio. ff.de ſponſalibus. Ita te-
33 net Gutierrez, conſil.18. num.29. Rurſus fundatur
iſta opinio, quia fundator vinculi fuit verus debitor
prędicti cenſus, & ſic ad illum & ſuos heredes ſucce-
dentes in bonis liberis pertinet ſolutio, & redem-
ptio illius, non vero ad ſucceſſorem vinculi. Ita tenet
Palatius Rubeus, in rub.c.per veſtras, §.17. num.14.
in fine. Peralta, in l.3.§.qui fideicommiſſum, nu.138.
verſ.ex his deducitur, Padilla, in l.vnum ex familia,
§.ſi de falcidia, num.7. ff.de l.2. Molin.lib.1. de pri-
mog.c.10.num.2.ver.ita tamen. Matienço, in l.6.tit.
7.gloſſ.3.num.21.in fin.lib.5.recop. Greg. in l.4. tit.
15.p.2.verb. *ſus deudas*, col.2.in medio, & Gutier.li.
2.pract.quæſt. quæſt.53. nu.2.in fin. & nos diximus
in quæſt.636.num.14. Præterea confirmatur & fulci
34 tur iſta ſententia, quia creditor annui reditus poteſt
agere ad exigendum annuum reditum aduerſus con-
ſtituentem, ipſiusque heredes, omiſſo tertio poſſeſſo-
re fundi, ſuper quo cenſus fuit conſtitutus. Ita Cou.
lib.3.var.reſolut.c.7. num.5. in verſ.ſexto, quem in
hoc ſequitur Gutier. lib.2. pract.quæſt. 177. num.4.
Ex quibus clare conſequitur, ad heredes pertinere re
demptionem illius, non vero ad poſſeſſorem. Nec præ
35 dictis obſtat l.21.Tauri, vbi melioratus tenetur pro
rata, tanquam heres ſoluere debita defuncti, ibi, *ſean
abligados, los tales mejorados a las pagar pro rata de la
36 dicha meiora*. Per quam legem licet de iure commu-
ni legatarius partis bonorum nõ teneatur ad debita,
vt in l.1.C.ſi cert. petat. l.ex facto.la magna. ff.de he
red.inſt. l.14.tit.3.p.6.de iure tam regio illud eſt iam
correctum, vt tradit Couar.lib.2.varia.cap.2.num.2.
Matien.in l.5.tit.6.gloſſ.2.& 5. num.3. lib.5. recop.
Ioan.Garcia, de expenſ. c.11. num.63. quos ſequitur
Gutierrez, lib.2.pract.quęſt.q.58.num.4. Quia reſpõ
deo quod prædicta l.21.Tauri non procedit, quando
res in qua facta fuit melioratio fuit vinculata, vel me
lius intelligitur reſpectu creditoris cui pecunia debe
tur, non vero reſpectu heredis ſuccedentis in bo-
nis liberis, quia ad ipſum pertinet ſolutio debiti, non
vero ad melioratum (dum valor rei, in qua facta fuit
melioratio non excedat iuris limites) & ita eſt tenen-
dum in quæſt. propoſita, in iudicando & conſulendo,
vel intellige ſecundum Molin.lib....cap.10.nu.13.&
14. ex qua reſolutione poteſt intelligi tex. alias diffi-
cilis, in l.4.tit.15.p.3. vbi ſucceſſor in regno tenetur
ſoluere debita prædeceſſoris, quam declarat Ant.Go-
mez, in l.40.Tauri, num.72. & Peralta, ſupra, in d.§.
qui fideicommiſſum, nu.138. Quæ omnia ſunt męti
tenenda, quia quotidiana, & in praxi ſæpe contingũt.

SVMMARIVM.

1 *Votum eſt promiſſio Deo facta cum deliberatione animi.*
